ANTONINVS
DE
AMATO.
VARIARVM
RESOLVTIONVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

VARIARVM FORENSIVM ET PRACTICABILIVM IVRIS RESOLVTIONVM,

Liber Primus, & Secundus.

IN QVO QVÆSTIONES IN DIES FERE OCCVRRENTES controuerſæ, dilucidè continentur, quæ iuris proprij Siculi interpretatione, & Deciſionibus Tribunalium exornantur.

AVCTORE

ANTONINO DE AMATO

Panormitano. V. I. D.

ET APVD SICILIÆ SVPREMA TRIBVNALIA Cauſarum Patrono.

CVM INDICE GEMINO, CAPITVM SEV ARGVMENTORVM Singularium reſolutionum altero, Altero rerum memorabilium.



VENETIIS, M. DC. LV.

APVD TVRRINVM.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Illuſtriſ. D. meo, ac Patrono Colendiſ.

DOMINO IOSEPH GIRVNDÆ

Patritio Nobili Barienſi, ac I. V. D. Celeberrimo.

SVmmum illud virtutis Imperium, quod nulla videtur actiuitatis ſphæra circunſcribi, in partes remotas talia cernitur operari, vt in eos etiam, quos nunquam vidimus pręcipuo amore quodam efferamur. Quòcirca non mirum ſi hæc, quæ in te multiplici titulo ſedem collocauit me in tui obſequium ità deuinxerit; vt ex me exigat, quamuis à longè tributum ſeruitutis: Nam denuo Opus hoc legale VARIARVM IVRIS RESOLVTIONVM Auctore ANTONINO de AMATO typis mandaturus, quod temporis vetuſtate ſimul cum tanto Viro Iure in vtroque verſatiſsimo videtur euanuiſſe nõ alteri ſacrandum putaui, quàm tibi vti de legibus Doctori optimo meritiſsimo, vt & mea ergà te eluceſcat obſeruantia, & opus ipſum in Patrono tali, quaſi in proprio centro locaretur. Suæ lucis igitur quieſcit in gremio, dum ad tuam properat, omniũ, ſed maximè legalium ſcientiarum excellentiam, quę ſan-

guinis

guinis ſplendori fulgentiſsimo, nec non fortunæ bonorum vbertati maritata honorum tibi fętus altiſsimos propagauit; ità vt etiam inter aſtra ſplendeant inſignia tuæ claritatis argumenta; nec huic vnquam alius ſplendor poterat arridere ſuauior, quàm tui Vmbra ſereniſsima, quippe qui in legibus viuens à legali munere non poteris abhorrere. Hoc tamen primum meæ deuotionis ſpecimen ſic velim conſpicias, vt ſtudium minimè obliuiſcaris offerentis, qui quamuis quid non legale in his tamen, quæ tibi accepta ſunt conumerari, & in quibuſcumque tibi placitis vellet famulari; quod ſe maximè præſtaturum confidet, quando tuæ protectionis vmbra iſtic, & vbique plurimum auctoritate pollente nouerit ſe eſſe munitum. Vale. Idibus Decembris M.DC.LIV.

Dom[nis]: Tuæ Illuſtriſsimæ.

Seruus Addictiſſimus

Ioan. Maria Turrinus.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DON ANTONIO PIMINTELLI MARCHIONI TAVARÆ, Domino Villæ Alixæ, & Vigliadæ, Villæ Faſilæ, & Villæ Vincenti. Commendatori de Beluis, ac Sierræ, vni ex Præfectis Cubiculi Clauis Aureæ, Maeſtatis Catholicæ in Regno Siciliæ Proregi, & Capitaneo Generali.

CVM dubitare de ſingulis ex Ariſtotelis ſententia non ſit inutile. prudentiſſime Princeps, hoc ſi cui maximè erit vtile legum profeſſoribus, at vtilius earum dubietates dilucidè expedire, & ad veritatis lucem doctrinæ ordine concinnaque oratione traducere, Sed vtiliſſimum horum videtur, ſi quæ dubia legum latores vt digna tractarunt, tot iuris diſperſa voluminibus in vnum redigerentur veluti corpus, & quid in ijs accuratè diſſoluendis in ſummis totius orbis tribunalibus fuerit obſeruatum ſingillatim proponeretur. Hinc vero ego magis perplexas, magiſque explicatu dignas quæſtiones accuratius ad notatas argumentis, & auctoritatibus vtrinque fere ſemper adductis, pleniore reſolutione indigentes, ab optimis deciſas iudicibus maturè ſelegi vt forenſibus rebus, & legum cupidis pro virili parte conſulerem: Sed ex pluribus quas præmanibus habeo, quinquaginta ſolum in præſentia iuris reſolutiones innumeris prope modum refertas quæſtionibus, ac deciſionibus, in lucem proferre decreueram; dubius tamen eram ne defenſore carentes dubiæ prodirent, & nomini contrarium conſequerentur effectum, Sed quando tui clariſſimi nominis fama velut heſperio deductum cœlo ſidus tota Sicilia ad eo fulgenter illuxit, vt optimarum artium cultores, præſertim iure conſulti, ſtudiorum lumen, ac tutamen aduenisse ſibi polliciti fuerint, quas ſupra retuli iuris reſolutiones luci committere non dubitaui, Ariſtarchi laudes oculis ad imum demiſſis, Critici vero docte perſtringentis vnguem æquo animo ſuſcepturas, at Zoili mordacem liuorem ſub te Muſarum Mecęnate inclyto parui facturus. Et quem hercle te aptiorem mihi; ſtudijſque meis patronum eligere potuiſſem? Vt qui antiquiſſimi Pimentellorum generis nobilitate, maiorum exemplis haud ſatis decantata, mentis, ac religionis ſinceritate, virtutum ſplẽndore, ampliſſimæ dignitatis ornamento, & infinitis vndique dotibus illuſtratus ad populorum vtilitatem coleris, & amaris, eoque honoris faſtigio collocaris, quo nullus Princeps quamuis maximus vnquam euectus eſt, Neque benignior inueniri poterat defenſor, cui fidentius meas commendarem lucubrationes de cauſis agentes in hoc Regno præcipuè ſæpe definitas; Patet enim magnus tuus amor in hoc Regnum, hanc Vrbem hos Ciues, re ipſa ſæpius comprobatus, ſatis etiam claret quam tibi legum ſapienti legale ſtudium cordi ſit, & quam tibi ſit curæ virtus, quamque gratus virtutis effectus. Horum teſtis eſt Valentiæ Regnum abſte iuſtiſſime adminiſtratum, aliaque tibi commiſſa imperia. His enim longè luculentius eſt inuictiſſimi, ſapientiſſimique Regis noſtri teſtimonium, dum tibi ſuas vices, & ſummos rerum apices demandare conſulto conſueuit, cuius partes adeo regie refers, vt ipſa te Catholica Maeſtas, & affectu maximo proſequatur, & actiones tuas Hiſpano Imperio per vtiles, ac miras, placidiſſimus obſeruet, & merito, atque optimo iure commendet. Ingrederer pelagus laudum tuarum, ni tua amplitudo, & tenuitas ingenij mei me deterrerent, & ſilentio potius, ac admiratione dignum te fore, quam minus apta oratione iudicarem, Senecæ ad Lucillum præcepto doctos præſtantius exiſtere laudabilem eſſe, quam laudari. Igitur hæ reſolutiones qualeſcunque ipſæ ſint in lucem tutiſſimæ eduntur, confido enim fore vt regij animi tui benignitate mecum protegantur, & in fidem recipiantur. Deus Optimus Maximus te tibi, Regno, Regique ſeruet incolumen, dum virtus celo finitimum in dies altius extollet.

Panormi die primo Februarij 1627.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
S. P.

SI qua in re locum habet adagium, deliberandum eſſe diu, quod ſtatuendum eſt ſemel, profectò hoc in Libris Typo demandandis præcipuè ſeruetur oportet, cum in ijs id agatur, vt ſemel emiſſum irreuocabiliter ſit euolaturum, Hoc fuit in cauſa vt non niſi poſt diuturnas vigilias, & viginti annorum ſolidorum ſtudio compoſitas difficiliorum cauſarum deciſiones, ac pulcherrimas vſu forenſes quæſtiones, tum à noſtratibus, tum ab exteris iuris erudentiſſimis accuratè determinatas, ea qua datum eſt diligentia in ordinem digeſſerim, & paulo vberiores in lucem ediderim, alias quoque foro frequentiores molior, & volente numine in lucem proferam iuris reſolutiones, quas voco vtriſque me tibi ſapienti Lectori mancipo, & curo vt tempus quod à clientela, & conſultationibus, quaſi per ſatyram mihi conceditur in dies aliquid boni poſſit afferre, eas igitur æquo legas animo, nec forte legiſſe te pœnitebit, & proxime diuulgandarum te nunquam deſtituet deſiderium. Vale.

AVCTORIS.
PROTESTATIO.

TEſtor illud primum nil hic me nec alibi ſic aſſeuerare, aut ex animo defendere vt à Sacroſanctæ Eccleſiæ decretis, canonibus, & traditionibus, quidquam deuiare præſumam, Sed quæ ſcribo (auſpice Ieſu, & Deiparæ Virginis Succurſu) Sanctæ Matris Eccleſiæ Cenſuræ in omnibus me ſubmitto.

ANA-

ANAGRAMMA

ANTONINVS AMATVS.

IT NONA MVSA NATVS.

MErcurius Maia genitus ſublimia pennis
Præpetibus, dulci tranat & eloquio:
Penna, ac ore potens Iuriſconſultus Amatus
IT NONA MVSA NATVS ad alta celer;
Cuius doctrina, (quia conſonat) aſtra relinquit
Iuſtitia, & Siculos læta iuuare venit.

TETRACTICON

OLim quod populis oracula Sacra ferebat
Rite erat a cunctis alma vocata Themis,
Iuris Sacra refers reſponſa, & iura reſoluis
Ambigua, hinc quali nomine dignus eris?

AD OPERIS AVTHOREM.

Don Petri Velazquez de lara & dela çerda V.I.S.

ANAGRAMMA.

DOCTOR D. ANTONINVS AMATVS:

SVNT TVA DONA NORMA DOCTIS:

FRugiferam fama eſt Cererem coluiſſe Panormi
Rura, & conſerta dona dediſſe manu:
Hac tamen Vrbs Fœlix non tàm ſe iactat alumna,
Quàm te quod foueat ciuis Amate ſinu,
Illa tulit leges aruis auidiſque colonis,
NORMA ſed hæc DOCTIS SVNT TVA DONA viris.

AR-

ARGVMENTA
RESOLVTIONVM
Quæ in hoc Primo Libro continentur.

RESOLVTIO. I.

MAIOR natus ex tertiogenito an in feudi ſucceſſione minori natu ex ſecundogenito præferatur, fratris primogeniti filio defunctо ſtante, clauſula iuris francorum, ad intellectũ capituli ſi aliquem Sereniſſimi Regis Iacobi,& cap. 18. Regis Philippi.

RESOLVTIO. II.

Dos de Paragio an debeatur nepti ex filio ſecũdogenito præmortuo viuente auo, ad intellectum conſtitutionis in aliquibus.

RESOLVTIO. III.

Dominus directus pro canone, & proprietate, dos vel alius priuilegiatus creditor an præferatur priuilegiatam hypothecam habenti ex leg. licet C. qui potior.in pign. habean.& l. interdum ff. eodem ad intellectum capituli Ritus 192.

RESOLVTIO. IV.

Prætium feudi redempti ex pacto de retrouendendo an pertineat primogenito tantum cum ſuccedat ipſe ſolus in feudo vel ſit diuidendum inter omnes fratres.

RESOLVTIO. V.

Hipote dotis reſtituende retrotrahitio an ad initium promiſſionis, vel contracti matrimonij ad prçiudicium creditorum medio tempore contraentium fiat.

RESOLVTIO. VI.

Nouum grauamen quando dicatur ex ſententia illarum vt tertia appellatio, vel ſecunda reuiſio concedatur.

RESOLVTIO. VII.

Soluens quando in iuribus,& loco dimiſsi creditoris priuilegiati ſuccedat atque ſubintret.

RESOLVTIO. VIII.

Tacita ſtipulatio de iure fauore dotis præſumpta in capitulis matrimonialibus an paratam habeant exequutionem ad intellectum Ritus. 101.

RESOLVTIO. IX.

Adhæſionis remedio an quandocumque etiam poſt decem diem, vel deſertam propriam appellationē altera pars vti poſſit in capitibus connexis,ſi ab vno quatenus, & in quantum appellatum fuerit.

RESOLVTIO. X.

Vocatis per teſtatorem illis, qui de iure ſuccedere debente an vltimi hæredis defuncti inteſtata ſucceſſio locum habeat, vel teſtatoris aut grauati ſpectetur proximitas.

RESOLVTIO. XI.

Creditor non citatus tempore quo aduerſus debitorem ab alio creditore pignus diſtrahi petitum eſt à iure ſuo ſuper diſtracto pignote non excluditur eſto quod antea in primo decreto citatione fuiſſet admonitus.

RESOLVTIO. XII.

Reuendicatoria actio,an ſecundo donatario, vel in contractu ſubſtituto contra tertium rei donate poſſeſſotem competat.

RESOLVTIO. XIII.

Exequutio contractus hæredis grauati an contra, vel ad inſtantiam fideicommiſſarij vniuerſalis fiat, vel eius qui in inſtrumento,ex vi comprehenſiua & incluſiua,continetur, quamuis in eo non nominati, ad interpretationem Capitulorum Ritus.103.122.123.& 124.

RESOLVTIO. XIV.

Melioramenta,& magni ſumptus,qui non concernunt conſuetam meliorationem emphyteuſis, an emphyteute,vel domini ſint te,ad dominum ex caducitate deuoluta, & de materia melioramentorum emphyteuſis.

RESOLVTIO. XV.

Pupillaris ſubſtitutio ad hæreditatem, vel bona ipſius teſtatoris reſtricta, an omni tempore fideicommiſſaria ad matris excluſionem vel non

Digitized by Google

non iudicari debeat.

RESOLVTIO. XVI.

Ius Prælationis ad feudum alienatum R. C. competens an alteri cedi poſſit.

RESOLVTIO. XVII.

Debitum nomine proprio petenti an recte obijciatur de compenſatione eius quod veluti hæres defuncti,& ſic diuerſo nomine debet, & an pariter exequutiui.

RESOLVTIO. XVIII.

Renuntiatio caſus fortuiti,& inopinati ſoliti, vel inſoliti, an impediat mercedis remiſſionē conductori fieri ex caſu valde inſolito, & omnino, & incogitato, & an damnum à conductore paſſum vltra dimidium eſſe debeat.

RESOLVTIO. XIX.

Pactum de retrouendendo ius luendi,an pro re ex eo recuperata exequi poſſit.

RESOLVTIO. XX.

Tabula nummularia, vel Bancherius,an teneatur reſtituere vero domino pecunias ab alio expenſas à Tabula vel Banco, cum falſis apodixis, & ſubſcriptionibus.

RESOLVTIO. XXI.

Obligatio,intuitu & ratione poſſeſsionis rei, an tādiu duret, quam & poſſeſſio ipſa, & quamdiu poſſeſſor re non careat ex cauſa voluntaria.

RESOLVTIO. XXII.

Debitor an ad quinquēnalem dilationem admittatur non probatis infortunijs,ad intellectum Capituli Ritus,190 & Capituli 42. Regis Ioannis.

RESOLVTIO. XXIII.

Iurata renuntiatio an prætextu in modicæ læſionis reſpectu bonorum matris reſcindatur, ſi à patre & matre communis filia renuntians de paternis & maternis congrue dotaretur ad ſummam vtriuſque legitime debitam.

RESOLVTIO XXIV.

Matre ignorante, vel non citata, an poſſit filijs dari tutor, vel ea in mora exiſtente moram purgare poſſit.

RESOLVTIO. XXV.

Compendioſa ſubſtitutio verbis communibus facta a pagano filio tunc impuberi in pupillari decedente an ſit omni tempore fideicommiſſaria fauore matris,vel eam de medio exiſtentem omnino etiam à legitimæ portionis debito excludat.

RESOLVTIO XXVI.

Poſt perfectam donationem,an donans poſſit bona donata in præiuditium donatarij alteri obligare,ita vt creditor poſterior ex cauſa oneroſa donatario, & creditori anteriori, & ex cauſa lucratiua præferatur.

RESOLVTIO. XXVII.

Pactum,quod nedum de quantitate, ſed etiam de captura cambij a ſemetipſo ſtetur dicto cum iuramento creditoris an valeat.

RESOLVTIO. XXVIII.

Fideicommiſſi onus dotis reſtitutioni adiectum,an reijciatur, & dos libera pro muliere remaneat ſoluto matrimonio per mortem viri.

RESOLVTIO. XXIX.

Solutiones anticipate an debitorem liberent in præiudicium ſucceſſorum eiſque noceant.

RESOLVTIO. XXX.

Primus donatatius num filijs,vel ſecundis donatarij in donatione vocati abſentibus, quibus ex ſtipulatione ius eſſet quæſitum,in donatis preiudicare poſſit.

RESOLVTIO. XXXI.

Exceptio quod in pari cauſa eque priuilegiata melior ſit conditio poſſidentis,an obſtet aduerſus exequutionem cōtractus bullaris, ſi omnes ex eodem contractu cauſam habeant.

RESOLVTIO. XXXII.

Tertius citatus quatenus ſua putauerit intereſſe, an iure proprij fori declinatoriam apponat, & petat principaliter citari quamuis clericus vel alieni fori eſſet.

RESOLVTIO XXXIII.

Abſenti non ſubdito an à iudice loci rei ſite cōtractus vel ſolutionis deſtinate poſſit dari curator.

RESOLVTIO. XXXIV.

Emptor frumenti certa die ſtatuta non conſignati,an contra venditorem ad frumenta, & ſpetie ipſam venditam vel ad pretium conuentum aut intereſſe quanti plurimi, via executiua agere poſſit ad intellectum Capitulorum Ritus. 101. & 114.

RE-

Digitized by Google

RESOLVTIO XXXV.

Terminus ſiue dilatio, an currat articulo diſſenſus vel alio preiudiciali pendente, ſi opponens ſuccumbat, & quid ſi habeat iuſtam cauſam litigandi, & fuerit ab expenſis abſolutus.

RESOLVTIO. XXXVI.

Preuentio ſuper exceptione, metus nullitatis vel ſimilium, an impediat exequutionem inſtrumenti, ſi ante exequutionem fuerit aliquo modo exceptio probationibus detecta.

RESOLVTIO. XXXVII.

Creditot quibus, & quo tempore ſoluentibus cogatur cedere iura etiam contra ſe ipſum, vt cedendarum exceptione repelli poſſit.

RESOLVTIO. XXXVIII.

Poſt perfectam ſubhaſtationem legitime conſtitutam, an ope reſtitutionis in integrum, Fiſco, Ciuitati, Eccleſiæ vel minori ſuccurratur prætextu melioris conditionis a nouo licitatore oblate.

RESOLVTIO. XXXIX.

Defuncti bonorum poſſeſſio, in quem hæredem vel ſubſtitutum continuetur, ad intellectum Capituli 43. Regis Ferdinandi.

RESOLVTIO. XL.

Subſtitutionis primo gradu ob ſubſtituti præmorientiam vel condictionis defectum caducato, an deinceps ad ſucceſſionem per pupillarem vel compendioſam ſubſtituti admittendi ſint.

RESOLVTIO. XLI.

Contrapoſitio partitarum ad creditum debitoris à creditore in libro eiuſdem ſcripta, an inducat cõpenſationem debiti contrapoſiti eiuſdemque extinctionem, & quid ſi ſumma non correſpondeat.

RESOLVTIO. XLII.

Ex relatiua prætij confeſſione ad partitam tabule vel banci, a cenſus venditore facta, an emptor cenſus fundatam habeat intentionem, ſi de ſolutione relata non conſtet, ita vt onus negatiuam probandi in venditorem tranſlatum ſit, & quid ſi incontinenti prætium ſolutum non appareat.

RESOLVTIO. XLIII.

Dotis fructus an petita, vel recepta tantum dote, remiſſi cenſeantur, vel ex eo ſaltem futurorum fructuum curſum ceſſaſſe dicendum ſit.

RESOLVTIO. XLIV.

Quando liceat pignus iuditialiter creditori adiudicatum, pro alio credito, & cauſa per eundem retineri, ſi infra legitima tempora redimendi pignus debitum pro quo proceſſerat diſtractio per debitorem ſolutum ſit. Expenditur deciſio Maſtrilli 88.

RESOLVTIO. XLV.

Inſtrumenti exequutio pro alieno ære ante nuptias ab vxore contracto quando contra maritum in dotalibus rebus deneganda ſit ad intellectum Capituli Ritus 103.

RESOLVTIO. XLVI.

Tutor qui ex legitima cauſa ab adminiſtratione tutelæ ſe excuſauerit an teneatur petere quod de alio tutore pupillo pro videatur vt tutelę euitet periculum.

RESOLVTIO. XLVII.

Littere cambij ſi ante pecuniarum exactionẽ ammictantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulario, & Mercatore qui ſcripſerat; & an detur penitentia in contractu cambij, & litterę acceptate cuius periculo ſtent decocto mercatore, ſcribẽte, & quid decocto litteras acceptante poſt acceptationem, an ſcribens liberetur, & quando dicatur acceptate.

RESOLVTIO. XLVIII.

Pactum à dotante dotis reſtitutioni appoſitum in caſu quo filius ex matrimonio procreandus deceſſerit infra certam ætatem quid operetur etiam quo ad excluſionem patris à legitima.

RESOLVTIO. XLIX.

Dotis, & dotarij non teſtituti intereſſe an debeatur vidue ab hæredibus viri, vel tantum alimenta, & an ſaltem lucri ceſſantis, vel damni emergentis intereſſe ad interpretatione capituli ritus 189.

RESOLVTIO. L.

Proteſtatio num profit quin ex nouo contractu oriatur nouationis exceptio.

Finis Index Argumentorum.



VARIARVM FORENSIVM

Et Practicabilium Iuris Reſolutionum,

LIBER PRIMVS.

D. ANTONINO DE AMATO PANORMITANO
V. I. D. Auctore,

ET APVD SICILIÆ SVPREMA
Tribunalia Cauſarum Patrono.

SVMMARIVM.

1 *Primogeniti, & maioris natu vocatio multum differt.*

2 *Primogenituræ verbum ciuiliter capitur.*

3 *Tranſmiſſio Iuris primogenituræ conſuetudine introducta eſt.*

4 *Maior natu verbum naturaliter eſt intelligendum pro eo, qui maior eſt ætate ſucceſſionis tempore.*

5 *Verba in dubio naturaliter, & non ciuiliter capienda ſunt.*

6 *Maioris vocatio, de maiori natu intelligitur.*

7 *Maioris natu vocatio, de antiquiori intelligitur.*

8 *Conceſſio de maiori natu de omnibus dependentibus à primo inueſtito intelligitur à quocumque deſcendat dummodo maior ſit ætate.*

9 *Minor ex maiori natu, vt in feudi ſucceſſione præferatur, non niſi ficte, & per ſubingreſſionem, & repræſentationem patris procedere poteſt.*

10 *Diſpoſitio qualibet in caſu vero, non in caſu ficto intelligenda eſt.*

11 *Diſpoſitum in vno caſu expreſſo, non habet locum in caſu ficto.*

12 *Filius ſecundogeniti maior natus filio primogeniti minori natu præfertur, ſtante vocatione maioris natu, & num. 27.*

13 *Qualitas maioris ætatis requiritur ſucceſſionis tempore, & num. 16. & 35.*

14 *Tranſuerſalium ſucceſſio in feudo inter deſcendẽtes, à primo acquiſitore, ad tertium tantum gradum incluſiue ex conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, reſtricta eſt in Regno, & ex cap. ſi aliquem vſque ad ſeptimum gradum ampliata nu. 15.*

16 *Qualitas, quæ aliquem ſucceſſibilem vel incapacem facit tempore ſucceſſionis, & delatæ hæreditatis requiritur, & nu. 35.*

17 *Primogenitus ex filijs vel fratribus vocatus cenſetur, quando ad fideicommiſſum, vel feudum vnus tantum admittitur.*

18 *Feudum eſt indiuiduum in Regno, in quo ſecundum francorum ius viuitur.*

19 *Extenſio iuſta extenſi naturam intelligitur.*

20 *Determinatio vna plura reſpiciens determinabilia æqualiter omnia terminat.*

21 *Maſculus in feudi ſucceſſione præfertur fœminæ in eodem gradu exiſtenti.*

22 *Nepos maior natu: licet ſit filius fratris minoris natu, excludit nepotem minorem natu, licet ex fratre maiori natu à ſucceſſione patrui in feudo, & n. 59. vbi contra declara, nu. 60.*

23 *Succeſſio conſanguinei ad omnes conſanguineos in pari gradu exiſtentes de iure æqualiter defertur.*

24 *Feudi ſucceſſio ad omnes lineas æqualiter de iure cõmuni feudorum defertur extincta linea vltimi poſſeſſoris feudi.*

25 *Primogenituræ ordo ſeruandus eſt in ſucceſſione feudi inter tranſuerſales ex diſpoſitione capituli ſi aliquem vbi viuitur iure francorum.*

26 *Maior natus vocatus ex capitulo ſi aliquem non intelligitur de maiori ætate ſimpliciter, ſed de illo maiori natu, qui primogenituræ prærogatiua gaudet.*

27 Maiori natu ſimpliciter vocato, de maiori ætate, & antiquiori reperto ſucceſſionis tempore intelligitur ſola maior ætate inſpecta, & non à quo natus ſit vel originem ſumpſerit ſecus ſi maior natu vocatus ſit cum qualitate primogenituræ n.28.

29 Primogenitus, eiuſque linea excludit ſecundogenitum, & eius lineam tertiogenitum, & alios vlterioris gradus, ſic eodem ordine; deficiente primogenito eiuſque linea ſeruabit ſecundogenitus, & eius linea ad excluſionem tertiogeniti eiuſque lineæ, & aliorum vlterioris gradus quando primogenituræ prærogatiua in ſucceſſione ſeruanda eſt nn.32.33.34. & ſeq.

30 Secundogenitus, dicitur primogenitus, reſpectu tertiogeniti cum nemo eum præcedat.

31 Clauſula iuris francorum de ſe ordinem primogenituræ importat.

34 Lineam ſuam ille dicitur conſtituere, qui ſucceſſionem occupauit, & nu.37. 38.

Declara vbi prærogatiua primogenituræ eſt ſeruanda num.52.

35 Proximitas, linea, ætas, & gradus, tempore mortis vltimi poſſeſſoris attenduntur in feudi ſucceſſione ex diſpoſitione capituli ſi aliquem.

36 Ius francorum conſideratur tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione agitur in feudo.

39 In feudi ſucceſſione non habetur reſpectus ad lineam ex diſpoſitione capituli ſi aliquem vide nn.45.49.50. vbi contra, nu.51. & ſeq.

40 Repræſentatio non datur, nec filius locum patris ſubingreditur quando ad ſucceſſionem proximior vocatus eſt, vel ordo ſucceſsiuus, & gradus prærogatiua eſt ſeruanda.

41 Repræſentatio, & ſub ingreſſio non admittitur in terminis, capituli ſi aliquem.

42 Repræſentatio, & ſubingreſſio ceſſat vbi teſtator, vel ſtatutum maiorem requirit ætatem tempore ſucceſſionis in ſuccedere debente.

43 Repræſentationis ius ceſſat quoties perſona eius cuius locus ſubingreditur ad ſucceſſionem ius firmum, & radicatum non haberet.

44 Repræſentatio, & ſubingreſſio operatur, quo ad gradum, non quo ad maiorem ætatem ſubingreſſi.

46 Statutum corrigens ius commune, intelligitur pro ea parte corrigere, qua correctio eſt expreſſa.

47 Statutum, quod poteſt interpretari vt corrigat circa duo, vt minus corrigat, eſt interpretandum, vt corrigat circa vnum.

48 Statutum, quod poteſt operari vt corrigat circa duo, non eſt interpetrandum vt corrigat circa vnum.

51 Prærogatiua lineæ fuit inſpecta à Capitulis nouiſſimis Regis Caroli, & Philippi in Regno in feudi ſucceſſione, tam in deſcendentibus, quam in tranſuerſalibus, 62.63.64.65.66.67.68. & ſequen. & n: 82.83.88.89.

53 Nepos ex primogenito excludit patruum ſecundogenitum in feudi ſucceſſione 56.57.58.62.

54 Argumentum à fideicommiſſo abſque primogenitura ad feudum non valet.

55 Argumentum à iure communi feudorum ad primogenita, non valet.

61 Michael ab Agbirre laudatur in Conſilio edito in cauſa Regni Portugalliæ pro Rege N. Hiſpaniarũ.

63 Capitulum Regis Caroli 118. procedit non ſolum in filio primogeniti, ſed in filio ſecundogeniti reſpectu tertiogeniti.

Item, nedum in filio primogeniti ſed in eius nepote vel vlteriori gradu deſcendente procedit, num.64. vide num.68. & ſequen.

67 Repræſentatio in infinitum datur in feudi ſucceſſione, tam inter deſcendentes, quam inter tranſuerſales ex capitulis nouiſſimis Regis, Caroli 118. & Regis Philippi 18. vide nn.64.68.69.70. ſeq. & nn.76. & 78. ſeq.81.

69 Capitula nouiſſima Regis Caroli & Regis Philippi ſuper feudi ſucceſſione edita inter deſcendentes & tranſuerſales intelligenda ſunt in caſu ſuo, quo loquuntur expreſſe.70. vide nn.78. & ſeq.

71 Dictio videlicet ſtat reſtrictiua, & declaratiua præcedentium.

Declara num.80.

72 Dictio, ſeu, verba eo caſu limitant præcedentia, eaque ad caſum expreſſum reſtringunt & prohibent extenſionem ad alium caſum non expreſſum.

73 Verba ſtatuti ſunt proprie intelligenda, maxime quando contra ius commune ſunt.

74 Verba ſtatuti eiuſque diſpoſitio ſecundum ius commune reſtringi debent, vel ſaltem, vt tanto minus illud lædant.

75 Statutum debet interpetrari, vt nos ad ius commune reducat.

77 Dictio, gradus, quandoque ordinem importat, vt primus, ſecundus, vel tertius gradus, & cætera, quandoq; dignitatem, & honorem.

79 Æquiparatorum natura eſt, vt inter eos diſſimilitudo non detur, ſed æqualitas in vtroque ſeruetur.

81 Lex ſpecialis generaliter intelligenda eſt, ſi eius præfatio eſt generalis.

Æquiparatio de linea tranſuerſali ad lineam deſcendentem in ſucceſſione primogenij, & maioratus debet intelligi generaliter, & cum omnibus ſuis qualitatibus nu.81.

82 Filius ſecundogeniti præmortui præfertur tertiogenito in ſucceſſione feudi deficiente linea primogeniti.

84 Oldrad conſ.21. procedit etiam ſi inſtitutus decedat cum filijs, ſi illi moriantur ſine filijs ex coniectura ta mente Teſtatoris.

85 Oldrad.conſ.21. ceſſat in materia, vbi ſeruatur ordo primogenituræ.

86 Omiſſum in ſtatuto habetur pro omiſſo, niſi caſus expreſſus ſit ratione frequẽtioris vſus, vel caſus omiſſus expreſſo ſit ſimilis, vel in vtroque eadem militet ratio.

87 Statutum vnum caſum, vel perſonam exprimens, etiam in correctorijs, in alio caſu, vel perſona procedit ex rationis identitate.

Don Blaſcus Ioppulus Regius Conſiliarius laudatur.

88 Prærogatiua lineæ an ſit potentior prorogatiua gradus in feudi ſucceſſione, & nu.89.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Maior natus ex tertiogenito an in feudi ſucceſſione minori natu ex ſecundogenito præferatur fratris primogeniti filio defuncto ſtante clauſula iuris francorum, ad intellectum capituli ſi aliquem: Sereniſſimi Regis Iacobi & cap. 18. Regis Philippi.

RESOLVTIO I.

INſpecta feudi forma, cum clauſula iuris francorum, ex qua maſculus fœminæ & maior natus minori in feudi ſucceſſione præfertur ex *conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, & cap. ſi aliquem, ſub Rege Iacobo*: Pro maiori natu tempore ſucceſſionis exiſtente licet ex tertio genito deſcenderet ad excluſionem filij ſecundogeniti minoris natu, concludendum videtur, ſiquidem ea forma operatur, vt concurrentibus duobus agnatis, ſiue in eodem, ſiue in diuerſo gradu, qui maior eſt ætate præferatur, nulla habita conſideratione à quo deſcendat maior, vel minor natu: ſatis enim inter ſe, de iure di-
1 ſtant, quod feudum in primogenituram ſit conceſſum, vel quod in eo maior natus vocatus ſit, vt profitentur, *Bero.conſ.71.n.19.ſeq.nn.30.31.lib.1. Menoch.conſ.442.nu.4.19.22.lib.5.* Vbi diſtinguit de maiori ætate inter filios, vel inter deſcendentes *Dec.conſ.443.n.23.24.25. Mandell.conſ.60.nu.12. Surd.conſ.403.n.40.conſ.455.& cõſ. 468. Marta de ſucceſſione legali p.1.q.11.art.1.n.5.6.Gabr.Pereira de Caſtro in deciſ. ſupremi Senatus Portugalliæ 116. plene Fuſar.de ſubſt.q.387.a num.38.& ſeq.Berretta conſ.134.n.23.Alciat.conſ.96.in fin.Aluar. Velaſc. de iure emphyteot.q.59.n.26.Maluaſi.conſ.22. Honded.conſ.70.n.42.lib.2.Anch.conſ.82.Alex.conſ.4. volum.4. Eman.à Caſta in tract. de ſucceſſ. Patr. & Nep.fol.165.& 178.Milan.deciſ.9.nu.48.& ſeq. lib. 1.Zaſi conſ.20.num.12.volum.2.Socc.conſ.88.verſ. præterea ad hũc effectum volum.3.Melchior Palaez. de primogen.in præfat.nu.3.* Qui multas refert differentias. *Theſaur.q.for.35.ſub nn.4.lib.1 Mangil. de imputa,& detration.q.77.num.170.Auendagn.l. Tauri 40.gloſ.17.à nu.17.ſeq.& num.23.* Vbi dicit quod vocatio primogeniti, & maioratus eſt eadẽ, ſed vocatio maioris ætatis abſoluta eſt diuerſa, quia prima vocatio iuris ordinem continet, ſecũda vocatio reſpicit contingentiam facti, quod iure Hyſpano notandum probat, ſed expreſſe dicit hoc de iure communi quoque eſſe, idque ex multis comprobat, quamuis alij differentiam non dari inter uocationem primogeniti, & maioris natu putaſſent *ex Bald. in l.cum antiquioribus nu.10.11. C.de iure deliber.Pariſ.conſ.72.à num.81.ad fi.lib.4. Tiraq.de primog.q.1.nu.3.12.14.& q.40.num 146. Didac.Burgenſ.in q.ciuili q 1.nu.1.& q.2.n.34.Mol. de primog.Hyſp.li.1.c.1 nu.1.2.& c.5.nu.33.& c.6. nu.43.& lib.3.c.8.nu.19.20,Paul.de Caſt.conſ.164. in præſenti cauſa qua vocatur maiore n.1 lib.2. Abb. conſ.85.num.3.verſ.2.probatur lib.1.Rom.conſ.29. Barb.conſ.11.nu.7.lib.2.Bologn.conſ.62.Mantica de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.10.n.6.Gabr.conſ.107.in pr. lib.1.Menoch.alios refert conſ.442.n.21.& 22.li.5. & conſ.981.nu.1.vol.10.& conſ.1127.n.6.& conſ. 1171 nu.2.& lib.4.præſ.92.n.1.Gom l.Tauri 40.n. 64.Anna alleg.139.nu.10.Burſ.conſ.229.nu.20.31. li.3.Grat.diſc.771.n.2.lib.4.late Caſtill. Sotomaior li.3.controu.iuris c.19.nu.324.cum ſeq. inſpecta lege Hyſpan.Humada.l.2.tit.15.part. 2.Gloſ.17.nu.16. Mattien.l.5.tit 5.gl.6.lib.5.recomp.Molin.Teolog.de maiorat.diſp 629.n.5.Peregr.conſ.39.n.12. & conſ. 38.per tot.& num.22.24.lib.1. Author damnatus in conſuet.Pariſienſ.§.8.nu.11.Fulg.conſ.122.Melchior Palaez de maior.p.2.q.4 Illation.3.Cenarr. pract.q. c.38.n.9.& lib.3.var.reſ.c.3 n.1.2.Socc.conſ.47.n. 12.lib.3.Grat.conſ.6.n.13.lib.1.Io: Lecerier in tract. de primog.li.1 q.2.n. 2.Coſta de facti ſcientia,& ignorantia centur 2.diſt.63.n.2.* Iſtorumq; nominũ differentiam eſſe verbalem, & prodiiſſe à materna populorum linguæ variatione Italiæ, Galliæ, & Hyſpaniæ proinde in effectu idem eſſe maiorem natu quod primogenitum dicunt, Quos male ſentijſſe deprahendimus ex veriori iam relata ſuperius opinione.

2 Potiſſimum differentia ſtat in eo, quia primogenituræ verbum ciuiliter capitur *Oldrad.conſ.94. Bald.in l.cum antiquioribus C. de iure delib. Bero. d. conſ.71.n.20.21.lib.1.Velanzol.conſ.69.n.12.Fuſar.de*
3 *ſubſt.q.387.ſub n.40.* Nec ex iuris diſpoſitione ſed conſuetudine inductum eſt, quod ius primogenituræ tranſmittatur *Bald.d.loco & l.3. C.de ſuis, & legitimis,& l.liberti libertaque C.de oper.libertor.& in l.15.poteſt ff. de acqu.poſſ.vbi Alex.Iaſ.& omnes, Gloſ.in c.1.vbi Iſerni de natur.ſucceſſ.feud.col.5.verſ. quærit gl.& c.1.de ſucceſſ.Feud.Bero. d.conſ.71.nu. 32.33.* vbi propterea quod non ſit extendenda,
4 Verbum enim maior natu ſimpliciter prolatum naturaliter eſt intelligendum pro eo qui maior eſt ætate ſocceſſionis tempore *§. minorem vbi gl. inſt.de adopt.l.qui cum maior ff.de bon.liber.l.1.§.1. ff de Minor.Velanzol.conſ.69.nu.12.13.Alex. conſ. 4.nu.13.lib 4.Bero.conſ.120.n.55.lib.2.Gabriel. Pereira de Caſtro in deciſ.116.Portugall.nn.2. Caſtillus Soto maior controuer. iuris lib. 3. c.19. ſub nu.320. Fuſar.d.q.387.n.38.39.40.* cum ſemper in dubio
5 proprie, naturaliter, & non ciuiliter capienda ſint verba *l.ſi.C.de his qui veni.ætat.l.fideiuſſio.ff.de cond. & demonſt.l.qui habet ff.de tutel.Bero.conſ.71.n.22. Natta conſ.82.n.7.& conſ.624 n.12. Dec.conſ.443. nu.28 Bolognet.conſ.9.nu.46. Decian. conſ.5.nu 2. lib.3.Hond.conſ.70.nu 21.lib.2.Pereg. de fideic.art. 21.n.17.in fi.Pereira d.dec.116.ſub nu.1.Fuſar.d.q. 387.n.39.40.Cumia in c.ſi aliquem in verſ. Maioratu n.4.* Hinc dicimus maiorem natum ſucceſſionis tempore habere pro ſe naturalem ſenſum verborum, naturaliter, & non ciuiliter verba intelligendo, vt iuris eſt quod in minori natu licet ex ſecũdogenito non procedit, qui niſi ex quodam ciuili ſenſu, & interpetratione venire non poteſt, *Surd.*
6 *conſ.455.nu.2.* Quinimo eſto quod dictum eſſet quod ſuccedat maior, prædicta etiam procedunt, etenim de maiori natu intelligitur *l.ſi Pater in fi-*

nibus

nibus ff. de adoptio. l. eum qui in pr. ff. de interd. & rele-
ga. Alex. conſ. 4. n. 2. vol. 4. Dec. conſ. 455. n. 1. Rau-
denſ. de analogis c. 15. nu. 267. & 269. Dec. conſ. 443.
nu. 22. Honded. conſ. 10. nu. 12. Cumia in c. ſi aliquem
in verbo maior natu n. 34 Gratian. diſc. 695. nu. 1. lib.
4. Peregr. de fideicomm. art. 13. n 86. iterum Gratian.
7 *diſc. 456. nu. 82. lib. 3.* Ob id, quoties adeſt verbum
maior natu omnem ceſſare dubitationem *DD.* di-
cunt, cum de antiquiori intelligatur *c. lex eſt diſt. 2.*
Socc. ſen. conſ. 332. nu. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 19 nu. 124.
ſeq. lib. 2. Honded. conſ. 70. nu. 12. lib. 2. Et conceſſio
8 de maiori natu de omnibus deſcendentibus à pri-
mo inueſtito intelligitur à quocumque deſcendat
ſiue à primogenito, ſiue à ſecundo, *Cephal. conſil.*
196. n. 15. Rim. conſ. 544. n. 81. late Maluaſi conſ. 22.
n. 1. 48 57. 82. & ſeq. Decian. conſ. 70. n. 15.

Item quod minor in feudi ſucceſſione præfera-
tur ex quo à maiori natu deſcendit, vltra quod
hæc qualitas ſecundum aliquos non tranſmittitur
9 vt infra, id tamen eſſet ficte per ſubingreſſionem,
& repræſentationem patris vt in puncto dixerunt
Anch. conſ. 82. nu. 7. Dec. conſ. 443. nu. 28. Alex. conſ.
4. nu. 5. lib. 4. Honded. conſ. 70. nu. 20. lib. 2. Et quali-
10 bet tamen diſpoſitio in caſu vero non in caſu fi-
cto intelligi debet, *l. ex ea §. inſulam ff. de verb. obl.*
11 Et diſpoſitum in vno caſu expreſſo non habet lo-
cum in caſu ficto *DD. in l. quoties C. de rei vend. &*
in l. Gallus. §. & quod ff. de lib. & poſthu. Ideò præ-
ferendum eſſe eum, qui verè eſt maior natus: di-
xerunt *Surd. conſ. 403. & 455. n. 3. 4. Hond. conſ. 70.*
num. 20. lib. 2.

12 Sic ſtante vocatione maioris natu quod filius
ſecundogeniti maior natus filio primogeniti mi-
nori natu præferatur, profitentur *Alex. conſ. 127.*
nu. 2. lib. 1. conſ. 4. lib. 4. Io. Lupus de don. inter vir. &
vxor. §. 69 in fi. Tiraq. de iure primog. q. 48. nu. 160.
Alciat. lib. 8. paregr. iuris c. 15. Eman. a Coſta de ſuc-
ceſſ. Patr. & Nepot. fol. 12. ad finem Anch. conſ. 82.
in fi. Socc. ſen. conſ. 47. conſ. 88. lib. 3. Dec. conſ. 443. n.
22. Rebuff. conſ. 134. num. 22. 23. Gabr. de ſucceſſ. ab
inteſtat. concluſ. 2. n. 14. 18. Bero. conſ. 71. lib. 1. Mal-
uaſi conſ. 22. latiſſime Menoch. conſ. 442. n. 19. & ſeq.
Vbi ſubdit quod licet alij contrarium teneant, eſt
prorſus indubitatum, quando agitur reſpectu
tranſuerſalium, qui volunt ſuccedere tranſuerſali,
iuxta noſtræ dubitationis notiſſimos terminos &
DD. in contrarium citatos loqui ait, quando agi-
tur inter fratres, hoc idem latiſſimè tuetur *Hond.*
conſ. 70. lib. 2. Surd. conſ. 403. conſ. 455. vbi ſic deci-
ſum & exequutum refert *conſ. 403. n. 26. ſeq.* omni-
no videndus *Gabr. conſ. 105. lib. 1.* Nam tunc nullo
habito reſpectu à quo exiſtentes prouenerint an-
tiquior ætate admittitur, & tunc dicimur verſari
in maioritate facti, non iuris, ita vt etiam non ob-
ſtante ingreſſu vnius lineæ ſenior alterius admi-
ttitur defuncto altero, prout ſic à priore opinio-
ne recedens deſtinguendo ſcripſit *Menoch. d. conſ.*
442. nu. 20 quem ſecutus eſt Surdus conſ. 468. vol. 4.
& ex recent. Mangill. de imput. qu. 77. num. 169. vbi
enim vocatur maior natu cenſetur habita ratio
non ad dignitatem, vel ad eam præeminentiam,
quæ in primogenito conſideratur, & inuenienti-
bus ab eo de qua per *Gl. & Archidiac. in c. quam*
periculoſum 7. q. 1. ſed ad ætatem ſicut optime
conſiderat *Andrea Barbac. conſ. 10. in fi. vol. 2.* & in
caſu quando maior natu eſt vocatus *Hieron. Gabr.*
conſ. 130. vol. 2. Alba Mandell. conſ. 60. & 382. num.
71. Crau. conſ. 67. Marta de ſucceſſ. legal. p. 3. q. 9. art.
2. num. 11. & 12. & ſeq. Grat. plene diſcept. 695. per
tot. lib. 4. bene Caucer. var. reſol. lib. 3. c. 21. de tranſ-
miſſion. nu. 300. cum ſeq. Rota Romana in nouiſſ. deciſ.
209. p. 2. Gamma deciſ. 307. vbi reſpondet Caſtrenſ.
Abat. & Barbaci. additque numquam legiſſe reſ-
ponſionem iuri conſonam ad *l. ſi libertus, §. ſi liber-*
tus, ff. de bon. libertor. qui textus eſt ad litteram pro
patruo & maiori natu & torſit ingenium *Soccini*
conſ. 252. lib. 2. conferunt ſcripta per *Milan deciſ. 9.*
per tot. lib. 1. & in ſuo caſu ponderat *Peregr. conſ.*
39. lib. 1. & de fideicomm. art. 13. nu. 86. verſ. quod ſi
maior de domo, & poſt Soccin. Ancha. Bero. Alciat.
Tiraq. Io. Lupum & Menoch Surd. in practato conſ.
403. ſub nu. 4. & conſ. 455. vol. 4. Gabr. conſ. 107. n. 9.
vol. 2. Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib. 8. tit.
10. num. 1. Cephal. in ſimili conſ. 656. vol. 1. idque ob
13 illam qualitatem quæ requiritur in ſuccedere de-
bente tempore ſucceſſionis delatæ quam neceſſa-
riam eſſe omnes dicunt *Paul. de Caſt. Alex. Soccin.*
ſen. Tiraq. quos ſequitur Menoch. conſ. 220. nu. 127.
quem in eodem caſu ſequitur *Alex. Raudenſ. de*
analogis lib. 1. cap. 15. num. 285. & ſeq. Aluar. Va-
laſc. de iure emph. q. 50. n. 14. & 26. poſt Conſtan. &
nouiſſime Surd. d. conſ. 403. n. 57. 60. & 65. Velanz.
conſ. 23. n. 17. & conſ. 69. nu. 9. & ſeq.

Cæterum cum vſque adeò dicta procedant iure
communi inſpecto, id etiam magis comprobari
videtur ex peculiari iure Regni, in quo prima lex
circa feuda eſt *conſtitutio, vt de ſucceſſionibus* quæ
quidem defert ſucceſſionem in infinitum filijs &
nepotibus recta linea deſcendentibus, ſeruataque
prærogatiua, vt maſculus fœminæ & maior natu
minori præferatur, inter fratres etiam ſucceditur
excluſo patre, filij fratrum ſuccedunt in ijs quæ
fuerunt communis parentis, & nouiter acquiſitis
excluduntur in vlteriori gradu poſiti, vt ſunt filij
nepotum, & alij remotiores excluduntur prorſus;
ex qua conſtitutione notandum tãtum duximus;
14 quod tranſuerſalium ſucceſſio in feudo inter de-
ſcendentes à primo acquiſitore, ad tertium tantũ
gradum incluſiue fuerit reſtricta, quamuis de iure
communi feudorum in infinitum deferebatur hu-
iuſmodi ſucceſſio ſecundum vnam opinionem;
Bald. in cap. 1. §. & capitanei de feud. March. vel ſal-
tim vſque ad ſeptimum gradum ſecundum magis
receptam opinionem *Iſernia in cap. 1. §. quod autẽ*
de his qui feud. dar poſſ. quæ plene refert *Cumia in c.*
ſi aliquem verſ. ad trinepotem num. 10. & ſeq. & nu.
13. vbi ex Afflicto ſuper hac conſtitutione numer. 1.
omnia prædicta de iure communi in mutata eſſe
ait *Illuſtris Regens de Corſetto ad Genitoris conſiliũ*
12. num. 68. Cumque in conſtitutione prædicta
tantummodo de ſexus, & ætatis prærogatiua ha-
beatur ratio quia nulla in ea de primogenitura
mentio fit, ſed tantum vocat maiorem natu, con-
ſequutiue ad præmiſſa ſi in terminis conſtitutio-
nis prædictæ verſemur, res pro maiori natu per-
ſpicue conſtituta cenſeretur, cum vocato maiori
natu, is qui ſucceſſionis tempore maior eſt natu,
præferatur ex ſupradictis.

Inde

Digitized by Google

Inde ad ampliationem *conſtitutionis prædictæ vt de ſucceſſionibus* ſuperuenit in Regno *capitulum ſi*
15 *aliquem, Regis Iacobi*, per quod feudorum ſucceſſio vſque ad trinepotem & ſic vſque ad ſeptimum extenditur gradum, itaq; omnes qui infra illum gradum ſunt ſuccedere poſſunt *Andr. de Iſernia in conſtit. vt de ſucceſſionibus. In verbo idem ius quod pater*, & adhuc etiam attenta *capituli* prædicti diſpoſitione, admodum feudorum ſucceſſionem extendentem ad trinepotem inter collaterales, & ſic ad ſeptimum gradũ cum omnes, & ſecundogeniti & tertiogeniti filij in eodẽ ſint gradu conſtituti, & ſint infra ſeptimum gradum, verba eiuſdem *capituli* pro natu maiori clara videntur ibi, *Ille qui tempore mortis ſuperſtes defuncto proximior in feudo ſuccedat*; Quæ verba licet ad filios fratris, vel liberos vſque ad trinepotem referri videantur, attamen ſtatim illa ſubſequuntur verba, *habeat illud cum onere ſeruitij conſueti ad ſucceſſionem feudi, omnibus perſonis feudatario, vel ſubfeudatario defuncto ſimili gradu coniunctis eorum ordine admittendis*; Intantum quod capitulum proximitatem tempore mortis eiuſdem de cuius ſucceſſione agitur reſpicit, nec de prærogatiua ſextus ambiguntus conſiderata per Capitulum prædictum inter exiſtentes in eodem gradu, cum ambo concurrentes ad feudi ſucceſſionem maſculi ſint iuxta noſtros terminos retemptos, quos diſceptamus.

Supereſt tamen vt aliam conſideremus prærogatiuam Primogenituræ, in quo maior ſub oritur difficultas, quam cæteris ſupra conſideratis exiſtentibus, paribus *capi:* prædictum conſiderat *Ibi, in ſucceſſione vero præmiſſa inter feudatarios, & ſubfeudatarios in eodem Regno francorum iure viuentes ſexus, & primogenituræ prærogatiua ſeruetur, vt inter duos feudatario, & ſubfeudatario defuncto coniunctos, fœminam, maſculus & Iuniorem maior natu præcedat, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ, concurrentes*, ex quibus verbis magis *capitulum* prædictum in feudi ſucceſſione inter collaterales primogenituram eiuſq; prærogatiuam conſideraſſe ſeruandã videtur, & ſic fauore filij ex ſecundogenito, licet natu minori obtinentis locum & gradum Patris defecto primogenito vel vltimo defuncto ex linea eiuſdem: verum legis prædictæ Conditores forte ad difficultatem attendẽtes cum dixiſſent, *& primogenituræ prærogatiua ſeruetur*; Quia id poterat Ciuiliter intelligi primogenituram ſubingrediendo, ſe declarando dixit textus qualiter prærogatiua prædicta primogenituræ eſſet conſideranda per illa verba, *Vt inter duos feudatario & ſubfeudatario defuncto coniunctos fœminam maſculus & iuniorem maior natu præcedat*: Inde eſt quod ex verbis prædictis clarè colligitur conditores legis præfatam lineam, vel primogenituræ prærogatiuam abſolutè non conſideraſſe, ſed tantum vt ſucceſſionis tempore inter duos ſimili gradu coniũctos concurrentes, & cæteris paribus exiſtentibus maſculus fœminæ, & maior natu iuniori præferatur, & ſic filius tertiogeniti maior natus, pro quo municipalis lex prædicta videtur aſſiſtere, cum qualitas illa maioritatis à capitulo requiſita iũcta verbo ſuccedat ad ſucceſſionis tempus referatur, vt
16 ad tempus verbi concurrat, veluti qualitas, quæ aliquem ſucceſſibilem facit, vel in, capacem, quæ tempore ſucceſſionis, & delatæ hæreditatis requiritur *l. in delictis §. ſi extraneis, ff. de Noxal. l. Lucius, vbi Bart. ff. de vulg. & pup. in terminis, Corneus conſ. 164. colum. 6. lib. 2. Socc. conſ. 88. colum. 2. lib. 3. Dec. conſ. 443. num. 14. Alba conſ. 60. num. 32. Berretta conſ. 134. num. 23. & conſ. 166. num. 4. Menoch.* bene *conſ. 442. num. 1. 2. 3. & 4. iuncto conſ. 455. num. 5. conſil. 886. num. 14. & conſil. 1089 num. 3. 4. 5. ſequ. conſil. 1123. num. 4. & 5. Cumia in cap. ſi aliquem, verbo tempore num. 2. in verbo maritata numer. 78. Canneti in cap. volentes fol. 301. Petr. de Gregor. de conceſſion. feud. part. 4. quæſt. 4. num. 27. Bologuett. conſil. 8. num. 7. conſil. 9. num. 59. & in conſil. pro triuulcijs, num. 111. impreſſo poſt eius conſiliorum volumine Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 50. num. 20. Hypol. Rimmal. conſil. 353. num. 134. lib. 4 Honded. conſil, 5. num. 22. vol. 1. Iſern. de ſucceſſ. feud. verbo hoc quoque num. 8. Ruin. conſil. 194. num. 16. volum. 2. Alexand. Iaſon. Aleiat. relati ab Emanuel à Caſta in quæſt. Patru. & Nepot. fol. 13. Aluar. Velaſc. de iure emphyt. quæſt 50. num. 14. pro quibus eſt textus in leg. ſi ex duobus ff. unde legitimi l. ſi quis de ſuis & legitim. hæred. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 37. 38. & lib. 3. cap 10. Bardellon. conſil. 24. num. 15. & 34. Palaez. de maiorat par. 1. quæſt. 48. num. 35. Paul. de Caſtr. conſil. 16. numer. 5. lib. 2. Soccin. iunior. conſil. 172. num. 24. & 28. Valaſques l. 40 Tauri gloſſ. 80. num. 12. & ſequ. Peregrin. de fideicomm. art. 22 à num. 7. ſeq. ad finem Raudenſ. conſil. 3. num. 15. 17. 25. 53. 65. ſeq. lib. 2. & de Analogis cap. 27. num. 52. Theſaur. quæſt. forenſ. 34. num. 23. lib. 1. Guttier. conſil. 1. num. 13. 14. Laderch. conſ. 74. num. 26. Surdus conſil. 90. num 18. conſil 125. nu. 8. 9. & ſeq. deciſ. 20. num. 8. Caualcan. deciſ. 20. nu. 37 lib. 3. Velanſol. conſil. 23 num. 99. & 161. & conſ. 83. num. 3. Coſta de rata quæſt. 30. num. 3. ſeq. Caſanate conſ. 26. nu. 16. 17. 18. ſeq.*

Magis particulariter pro maiori natu concludendum videretur ex verbis eiuſdem capituli ſi aliquem, etenim quòd inter duos coniunctos eodem gradu præferatur maior natu diſponit, cuius diſpoſitionis verba maiori natu conueniunt in eodem gradu exiſtenti, & natu maiori ſucceſſionis tempore, ita vt huic caſui, & non alio verba prædicta conuenire poſſe videntur.

Nec dicatur hanc legem inter fratres loquere, vt maior inter eos præferatur, inter cæteros verò prærogatiua lineæ vel primogenituræ ſeruetur, tum quia hæc lex non fuit condita pro fratruum ſucceſſione, ſed ad eſtenſionem *conſtitutionis, vt de ſucceſſionibus*, quæ inter fratres diſpoſuit, per quã vocantur fratres & filij fratruum, & inter eos maior natu præfertur; Proinde non ſolum inter fratres, ſed etiam inter filios fratrum erat diſpoſita ſucceſſio, vt inter eos maior natu præferatur; in tantũ quòd ſi intelligeremus illa verba, inter coniunctos ſuccedat maior natu, ideſt inter fratres, ſuperflua fuiſſent verba prædicta; & lex prolata fuiſſet ſuper indubitabili, quia in Regno caſus per dictam conſtitutionem erat prouiſus, & etiam de
17 iure communi; nam quoties ad fideicommiſſum, vel ad feudum vnus, ſolus admictitur ex filijs, vel fratribus, ſemper Primogenitus præfertur, & de eo

Digitized by Google

intelligitur *Viu.deciſ.412.num.22. 23. Molina de
primogen.lib.2.cap.4.num.42. Guid.Pap.deciſ.467.
Gregor. Lopes l.2.tit.15.p.2.in gloſſ. verbo en Eſpaña
Guglieſ. de Benedict.in cap. Raynucius in verbo eo-
dem teſtamento numer.274. de teſtam. Tiraquell.de
primog. quæſt.74. Curt.Iun.de feud.par. 3.num.20.q.
18. Mantica de coniectur. vltimar. volunt. lib.8. tit.
10.num.5.Gabriel.conſil.85. num.6. & 7. volum.2.
Surdus conſil.375.num 16.ſeq. & conſil.379.nu.19.
lib.3.poſt Io: Andr.Angel.& Aret.concludit Rode-
ric. Suares in l.quoniam in prioribus ampliat.10. nu.
26. C. de inoffic.teſtam.Menoch.conſil.158. num.42.
Burſ.conſil.128.num.48. Lanari conſil. 59. numer.1.*
18 Idque ex qualitate rei,cum feudum ſit quid indi-
uiſibile in Regno, in quo ſecundum ius francorũ
viuitur. *Caſtill.deciſ. 33.num.22.Maſtrill.deciſ.105.
num.1.lib.2.omnibus relatis Illuſtris Regens Corſet-
tus ad genitoris conſilium 10.nu.19.* Nè igitur de in-
dubitabili, & ſuperflua dicatur ex dicto capitulo
ſi aliquem facta prouiſio,dicendum videtur ex di-
ctis verbis, caſum pro maiori natu terminaſſe.
Tum etiam, quia cum lex prædicta veniat ad am-
pliationem conſtitutionis vt de ſucceſſionibus,
non eſſet ſuperflua dicere,quod maior ætas inter
conſobrinos attendatur, ſicut & inter fratres, vel
eorum filios attendi per dictam conſtitutionem
19 diſpoſitum fuerat.eſtenſio enim,& ampliatio eiſ-
dem ſubeſt qualitatibus,quibus eſtenſum,& iuxta
eſtēſio natutam intelligitur ad teſtum in *l.cum ſti-
pulatus ſim mihi à procul.ff.de verb.oblig.l.legem, C.
de locat. Bart.in l.1.§. & poſt operis ff. de oper. non
nunc. facit teſt.in l.ſed ſi manentæ ff. de præcar. & in
cap. Eccleſia il primo vt lite pendente per Crauett.*
20 *conſil 232. num.4.* Item determinatio vna plura
reſpiciens determinabilia æqualiter omnia termi-
nare debet, ex rationis idemptitate, & determi-
nabilium natura non repugnante *l. iam hoc iure,
§. ſed ſi aliter ff.de vulg.& pup.Caualcan.deciſ.4.nu.
18.19. & deciſ.5.num.70. lib.3, Surdus conſil. 31.
num 15.conſil.45.num.37.conſ.67.num.4.& 19. &
conſil.242.num.7.Bimi.conſil.93.& 192.numer.16.
Becc.conſil.101.num.65.Milan deciſ.12.num.100.
102.deciſ.13.numer.70.lib.2. Menoch. conſil.1040.
num.8.9.lib.11.conſil 1179.num.6.lib.12. Peregr.
de fideicomm.art.45.num.4.Franc.Dec.360.num.7.
Ponte conſil.1.num.24.lib.1.Intrigl.ſingul.158.nu.4.
lib.2. Caſtill.deciſ.50.num.17.& 18.* Demum cum
pari ratione ſexus & ætatis prærogatiuæ per ca-
pitulum prædictum ſint æquiformiter petitę, &
ſub eadem diſpoſitione collatæ. Sicut ex prero-
gatiua ſexus filius tertiogeniti excluderet filiam
21 ſecundogeniti, ſi eſſet fœmina, eo quia in eodem
gradu exiſtentibus maſculus præferretur *ex cõſti-
tutione, vt de ſucceſſionibus, Afflict in cap. 1. §. &
quia num.8.ff. de his qui feud.dar: poſſ.* vbi ſecundũ
Regni conſtitutionem loquitur *Loffred. conſil. 39.
num.8. Fabio de Anna conſil.39.nu.50. Lanar.conſ.
1.num.35. Cumia in cap. ſi aliquem in verbo maſcu-
lis num.183.185. Corſettus Regens ad patrem conſil.
11.& 12.* Ità ex prerogatiua ętatis maſculus ma-
ior natu ex tertiogenito filium ex ſecundogenito
natu minorem excludere debet.

Inde eſt quòd *Noſtrates* in puncto pro iſta opi-
22 nione vnanimitèr concludunt,tenentes quod de-
cedente Barone duobus relictis nepotibus ex
duobus fratribus premortuis, nepos maior natu
ſuccedat in feudo, licet ſit filius fratris minoris
natu Baronis defuncti,ità *Bernard.de Medicis alias
Saccuraſa dictus in tit.de ſucceſſione collateralium in
feudo fratris vel auunculi*; quem ad pennam reti-
neo vbi dicit, *& ſi ſint duo nepotes maſculi maior
natu ſuccedit quamuis minor natu ſit filius antiquio-
ris* cuius magna eſt authoritas inter nos, magis
quia eum ſequutum vidimus *à Petro de Gregorio*
(non minoris authoritatis) *de conceſſio feud.par.4.
quæſt.10.num 23. illacion.* 2. vbi alias ſuccedente
caſu per Magnam Regiam Curiam deciſum teſta-
tur pro opinione *Sacuraſæ*, idem *Cumia in cap. ſi
aliquem verbo maior natu n.* 212.

Contrarium potius pro minori natu filio ſecũ-
dogeniti medullitùs, radicitùſq; conſideratis tùm
iuribus,tum etiam Regni capitulis,& conſtitutio-
nibus concludēdum videtur,etenim iure commu-
ni non iouatur maior natus cum agatur de inte-
gra feudi ſucceſſione iuxta eius indiuiduitatem
23 in Regno,cum ſucceſſio conſanguinei ad omnes
conſanguineos in pari gradu exiſtentes ęqualiter
iure communi deferatur, *Aut.cum ceſſante & tot.
tit.C.de legit.hæred.* Nec iure communi feudorum
quandoquidem text.in *cap.1.de natur.ſucceſſ. feud.*
24 extincta linea vltimi poſſeſſoris feudi ad omnes
lineas ęqualiter ſucceſſionem defert, quia iure
communi feudorum feudum ad inſtar allodij di-
uiduum eſt, & ad omnes in eodem gradu exiſten-
tes defertur, nec confert pro maiori natu *cõſtitu-
tio, vt de ſucceſſionibus*, nam ex illa non omnes vo-
cantur tranſuerſales, ſed fratres, & fratrum filij
ceteris tranſuerſalibus penitus excluſis, pariter is
excluditur, cum non de fratris ſucceſſione, ſed
conſobrini agatur.

Si demum ad diſpoſitionem *capituli ſi aliquem
ſub Rege Iacobo* 33.recurrit maior natus vbi quod
inter duos defuncto feudatario coniunctos iunio-
rem maior natu præcedat, diſponitur prout ex
clauſula iuris francorum ſub qua in Regno viui-
mus ſancitum eſt,& tranſuerſales vſque ad trine-
potem vocantur, ideò natu minorem excludere,
nec ei diſpoſitio prædicta conuenit,ſi quidē quan-
ta ſit capituli prædicti obſcuritas, tum ex eius
etiam repetita relectionè, tùm ex ibidem ſcribē-
tium varietate, & contrarietate de facili depræ-
henditur, hinc ad illius dilucidationem, & obſcu-
ritàtem tollendam alia fuerunt impetrata Regni
capitula, vt dicetur.

Corruit namquè fundamentum prædictum
euidenter (Tota lege prædicta perſpecta nè inci-
damus in diſpoſitionem *l. in ciuile ff. de legibus*)
quia *Capitulum ſi aliquem* primo vocat fratres; ſeu
ex eius liberis, vſque ad trinepotem proximiorē
25 de fructo: ſecundo expreſſe ſtatuit, quod in ſuc-
ceſſione præmiſſa, ſi in feudo viuitur iure franco-
rum,prærogatiua primogenituræ ſeruetur, & ſta-
tim ſubdit, vt inter duos feudatario defuncto cõ-
iunctos maſculus fœminam iuniorem maior na-
26 tu præcedat; Itaque perſpicuum eſt in hoc capi-
tulo non vocari ſimpliciter maiorem natu, ideſt
maiorem ætate tantum repertum tempore mortis
feudatarij vltimo loco defuncti, ſed illum maio-

re

Digitized by Google

re natu qui prærogatiua primogenituræ gaudet, & ſic ordo primogenituræ vt talis maior natu dici poſſet ſeruandus ſit. Nec iuris dubij eſt, manifeſtam ſubeſſe differentiam inter vocationem maioris natu ſimpliciter, & vocationem primogeniti, vt ſupra iam firmatum fuit exploſis alijs contrarium ſentientibus, quò fit, vt duo in hoc per Doctores diſtinguantur caſus, ex quibus pugnantes inter ſe opiniones concordiam ſumunt.

27 Primus quando in prima inueſtitura ſimpliciter maior natu, vel maior ætate vocatur de deſcendentibus, vel agnatis defuncti, qui tempore mortis, ſeu ſucceſſionis reperitur, & iſto caſu nullo ad primogenituræ ius habito reſpectu, ſed ad nudam maiorem ætatem, & facti contingentiam, ille qui tempore ſucceſſionis maior ætate, ſeu ſenior reperitur præfertur, licet ex ſecundogenito, & non ex primogenito deſcendat, ſola maiori ætate inſpecta, quo in caſu fauore maioris natu, ſeu ſenioris ex ſecundogenito contra iuniorem ex primogenito conſuluerunt pro Comite Pirretre *Bero. conſil. 71. per tot. lib. 1. Maluaſ. conſ. 22. per tot. Honded. conſil. 70. per tot. lib.* 2. & omnes alij pro diuerſa opinione adducti *num.* 12. ex quorum lectura clariſſima res detegitur.

28 Secundus caſus eſt, quando in feudi ſucceſſione, vel ex clauſula iuris francorum, vel ex ſtatuto, vel aliter vocatur expreſsè vel tacitè primogenitus, vel maior natu cum qualitate primogenituræ, adeo quod feudum debeat in primogenitos tranſire, vel iuxta verba textus, dicti capituli ſi aliquem primogenituræ prærogatiua eſt ſeruanda; iſto enim caſu non inſpicitur quis ſit maior ætate, vel ſenior ſecundum facti contingentiam, ſed ordo, & prærogatiua primogenituræ ſeruanda eſt, & illa verba videlicet maior natu minori intelliguntur ſeruato ordine, & prærogatiua primogenituræ, quæ prærogatiua primogenituræ in eo textu expreſſa ſemper repetita cenſetur, ità contra prædictos formam, & verba vocationis diuerſificando fauore natu minoris ex primogenito deſcendentis, conſulti reſpondent *Grat. conſil. 6. & 7. lib. 1. Alciat. inter conſilia Grat. conſil. 8. lib. 1. Menoch. conſil. 981. per tot. lib. 10. & conſ. 1082. per totum libr. 11. & in ſimili optime Surdus conſil 455. quod eſt dupplicatum conſil. 468. lib. 4. Velanſol. cõſ. 69. num. 12. Coſta de maioratu bonorum Regiæ Coronæ p. 1. n. 11. Marta de ſucceſſ. legal. p. 3. q. 9. art. 2. num. 13. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. num. 301. 302. cum plur. ſeq. Gabr. Pereira de Caſtro deciſ. 116. ex l. Regia ità in maioratu diſponente plenè Caſtill. ſoto maior. controuer. iur. lib. 3. c. 19. nu. 324. cum plur. ſeq.*

Totam vim, quam *Bero. Maluaſ. & Hond.* priori in caſu adducti faciebant, quòd vocatio non iure primogenituræ erat, ſed ſimpliciter maior ætate erat vocatus, proindè negabatur induci, effectum primogenituræ, & confitebatur ſecus eſſe, ſi ſecũdum primogenituræ prærogatiuam eſſet ſuccedẽdum, At *Grat. Alciat. Surd. & Menoch.* poſteriori in caſu adducti vim faciunt, quòd ex multis dicebatur vocatus primogenitus, ob id qualitas maioris ætatis ſola non erat attendenda, niſi quatenus ſucceſſurus maior, vel minor natu eſſet de linea primogeniti, quò fit, quod vbi prærogatiua primogenituræ eſt ſeruanda (vt in dicto capitulo ſi aliquem) omnes conueniunt, quòd vtique maior natu ex linea ſecundo, vel tertiogeniti à minori natu ex linea primogeniti excludatur, ſi quidẽ tùm forma feudi, cùm clauſula iuris francorum, tùm etiam capitulum ſi aliquem ordinem primogenituræ requirunt & quod ſeruetur primogenituræ prerogatiua: Quidquid alij iam ſupra exploſi ſenſerint eadem eſſe vocationem primogeniti, & maioris natu.

Conſequutiuè ex primogenituræ prædictæ prerogatiua ſeruanda in feudi ſucceſſione ex *capitulo*
29 *prædicto ſi aliquem.* Neceſſariò reſultat quod prerogatiua primogenituræ, & illius ordo, & effectus eſt vt primogenitus, & illius linea excludat ſecũdogenitum, eiuſque lineam, & per conſequens tertiogenitum, & alios vlterioris gradus, & quòd eodem ordine ſeruato deficiente primogenito & eius linea, ſecundogenitus & ipſius linea excludat tertiogenitum, & alios vlterioris gradus, ità non tàm de iure proprio Hiſpaniarum eſt (vt aliqui minus rectè ſentientes dixerunt) ſed de iure communi, idq; vnànimiter omnes Doctores pro vtraque opinione adducti firmat, Nempè *Honded. Menoch. Surd. Maluaſ. Grat. Alciat.* & alij, qui tàntum in facto, ſuper quo conſulti ſunt diſcrepãtur, non tamen in vi, & efficacia verborum; vltra prædictos poſt *Rotam Romanam deciſ. 209. p. 2. Couar. Molin. Dec. Ruin. Celſum Vgon. dixit Mangil. de imputatio. quæſt. 77. num. 27. & num. 173. Gaſpar. Theſaur. quæſt. 34. num. 9. lib. 1. loquens iuxta verba noſtri capituli ſi aliquem Milan. deciſ. 9. num. 1. lib. 1. Couarr. pract. quæſt cap. 38. nu. 6. per tot. præciſe verſic. ſed & iure commun, vbi antiquiores refert, & verſ. vult & præterea & num. 11. verſ. id vero quod Ifernia Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 6. num. 31. Cancer. var reſol. lib 3. cap. 21. de tranſmiſſio. num. 293. 294. 295. 296. & ſeq. vbi latè Bardellon. conſ. 60. num. 17. 23. lib. 1. Præpoſ. in cap. 1. num. 10. ad finem de feud. Marian. Socc. conſil. 47. num. 13. in fine lib. 3. & conſ. 252. num. 17 lib. 2. Dec. conſil. 397. nu. 4. Menchaca de ſucceſſ. Creation. lib. 3. §. 27. num. 10. Alex. conſ. 4. num. 10. 14. lib. 4. Alciat. Paregron. iur. lib. 8. cap. 15. ad finem verſic. ſubtiliter & conſil. 184. & conſ 96. num. 39. Peralta. in repetit. rubr. ff. de hæred. inſtituend. num. 130. verſ. vltimo ex præmiſſis per Molinam relati Marta de ſucceſſ legal. par. 3. quæſt. 1. art. 2. num. 3. 4. 5. & ſeq. Caſtill. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 119. à n. 326. & ſeq. Menoch. conſ. 1082. à nu. 6. & ſeq. lib. 11. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 387. nu. 9. 10. Auendagn. l. 40. Tauri Gloſſ. 17. num. 26. verſic. & notat ex Caſtrenſ. conſ. 164. numer. 4. 5. lib. 2. Soccin. Aret. Ruin. & Curt. iun.* addens quod primogenitus, & eius linea faciunt primum gradum, ſecundogenitus ſecundum gradum, & ſic ſucceſſiuè in hac ſucceſſione primogenii, bene *Ponte de poteſt. Proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. in Regno nu. 30. & 42. Velanſol. conſ. 97. num. 13. & 14.* Quidquid ſit in allodijs de iure communi *bene Peregrin. ex profeſſo conſ. vnico poſt tract. de iure fixi num. 11. 13. & 19. quod eſt duplicatum conſ. 1. lib. 2.* vbi etiam de iure canonico hoc probat indubitatum, tàm in ſucceſſione Regni, quàm in primogenituris, & allodiali-

bus

bus ex cap.licet extra de voto, prout hanc differen-
tiam expreſsè reijcit Molin. Theologus de maioratu
diſputat.626.nu.10.verſic.hoc vbi etiam dicit, nul-
lam ſubeſſe differentiam inter ſucceſſionem in
Regno, vel primogenitis Caſtrenſ. omnino d. conſ.
164.num.5.verſ.applicando & verſic. & ideo lib. 2.
Molfeſ. in conſuetud. Neap. quaeſt.45. par.4.tom.2.
Cumia in cap.ſi aliquem verſ.francorum iure nu.1.2.
30 vbi quod ſecundogenitus reſpectu tertiogeniti
dicitur primogenitus, quia ſecundus reſpectu ſe-
quentium dicitur primus; cùm nemo eum praece-
dat; Idque fuſius firmant Caſtrenſ. dicto conſil.164.
num.9.lib.2. Alc.in l.proximus de verb. ſign. Tiraq.
de primog.quaeſt.3.num.6.12.Molin. de primog. Hiſ-
pan.lib.1.cap.5.num.20. & cap.6. num.37.43. Me-
noch.conſil.1195.num.18.lib.12. & prius conſ. 97.
per tot.praeciſè num.51. 102.110.112. & conſ.220.
num.58. & praeſumpt.92.lib.4. Fontanella de pactis
dotal.clauſ.4. Gloſſ.9. par.1.num.40. volum.1. & li-
cet Bero.conſil. 120.nu.82. in fine lib.2. contrarium
ſenſerit tamen in ſpecie reprobatur ab Hipol.Rim.
conſ.544.num.102.cum ſeq.lib.5 late Surdus conſil.
403.num.17.lib.3. Mant.de coniecturis lib.8.tit.10.
num.6.verſic.neque omittendum Alex. conſ.4. lib.4.
Bero. in conſil. praedicto 71. lib.1. Mandell. conſ.60.
Auctor damnatus in conſuetud.Pariſiens §.8.nu.11.
p.1.Fulg.conſ.122.Palacz.de maioratu p.2. quaeſt.4.
illatio.3.Couarr.pract. quaeſt.cap.38.num.95. Grat.
conſil.16.Papon.pro Triuultijs nu.34. Rota Florent.
in eadem cauſa num.9. Collegium Bononienſ.in ſecun-
do reſponſ.num.67.68.Roland. in primo reſponſo nu.
22. & in ſecundo reſponſo num.72.Gregor.Lopes leg.
28.tit.8.part.5.gloſſa 8. verbo Segun ſe auiene Rota
Rom.in nouiſs.deciſ.128.num. 1.p.2. Menoch.in reſ-
ponſo pro triuultijs num.354. Velanzol.conſil.23.nu.
18. & conſ.69.nu.8.ſeq.Decian.conſil.16.lib.4. Bur-
ſat.conſil.354. Et quamuis ex viribus Marta de ſuc-
ceſſ.legal.par.3. quaeſt.1. art.2. per tot. conatus fue-
rit reſpondere ex hic poſitis & alijs Peregr. d.conſ.
1.li.1.tamen non eſt à veris Peregrini fundamen-
tis recedendum, licet non contigerit in M. R. C.
dicto tempore, quo praeſens cauſa agebatur Marta
videre Cumquè ſimus in terminis feudi ſuppoſita
31 clauſula iuris francorum, quae de ſe ordinem pri-
mogeniturae importat, & tantum eſt iure franco-
rum viuere, quantum dicere primogenitus tantũ
ſuccedat, ex Cumia in d.cap.ſi aliquem verſic. fran-
corum iure num.1. Iſernia in cap. Imperialem §.prae-
terea Ducatus in princip. de prohibit. feud. aliena per
Federic.Dec.conſil.445. Afflict.dec.119.colum.1.per
Tiraqu.de primogen.in pr.num.3. Rodoric. Suares in
l.quoniam in prioribus in declaratio:legis Regni verſ.
ſequitur lectura C.de inoffic.teſtam.Couarruu. variar.
reſol.lib.3.cap.5.Camerar.in cap.1.num.104.de ſuc-
ceſſ.feud.Marta voto 220.n.27. ſeq. Thorus ad Pon-
tem de poteſt. Proreg.tit.9.ſub nu.30. Inſuper quia
capitulum hoc ſi aliquem expreſſe ſtatuit, quòd
in feudis cùm clauſula iuris francorum ſeruetur
praerogatiua primo geniturae, neceſſario ex praedi-
ctis ſequitur, quod extincta linea primogeniti in
ſucceſſione feudi filius ſecundogeniti, quamuis
minor natu filium tertiogeniti natu maiorem ex-
cludat, Non leuiter tamen aduerſus praedicta vr-
32 genter ponderanda viderentur, quae de linea ſunt
firmata fauore filij ſecundogeniti minoris nati,
quòd quilibet ex Baronis filijs, ſuam conſtituerit
lineam, & ſic quod defecta linea primogeniti, li-
nea ſecundogeniti admittenda ſit, excluſa om-
nino linea tertiogeniti, quòd multorum auctori-
tate firmatum extitit, praeciſe ex Molin. de primog.
Hiſp.lib.3. cap.4. numer.13. & 14. vbi quatuor in
ſucceſſione primogenij ſeruanda tradit, Primò vt
is admictatur, qui eſt de eadem linea, & inter exi-
ſtentes in eadem linea, ſecundò conſideratur pro-
ximitas gradus, tertiò ſexus, quartò aetas, Ponte
de poteſt.Proreg.tit.9 de ſucceſſ.mulier in Regno nu.
42. Menoch.conſil.981.num.11. 12. & 44. Mangil.
de imputation.quaeſt.77.num.27.Bardellon. conſ.60.
numer.22.

Id namq; terminis, quibus verſamur, conueni-
33 re non videtur, etenim Molin. eod.lib.3. cap.4. per
totum, indifferenter ſeruari Hiſpanijs teſtatur,
quòd natis pluribus filijs, vnuſquiſque ſuam con-
ſtituat lineam, adeo vt deficiente linea primoge-
niti, non recurritur ad proximiorem gradum, ſed
an aliquis reperiatur de linea ſecundogeniti, quia
is admicteretur excluſa linea tertiogeniti, eſto eſ-
ſet remotior, id procedit in illo Regno, non iuris
communis diſpoſitione, ſed ex lege particulari
illius Regni, per quam datur repraeſentatio in in-
finitum omnibus ſucceſſoribus, eſto eorum ante-
ceſſor non ſucceſſerit maiori natu, & propterea,
is qui eſt de linea ſecuudogeniti, eſto ſit remotiſ-
ſimus, quia ſecundogenitum repraeſentat, praefer-
tur in ſucceſſione, cuius legis verba refert idem
Molin.dicto lib.3.cap.6.ſub num.28. ibi (de manera
que ſiempre el hijo y ſus deſcendientes legitimos por ſu
orden repreſenten la perſona de ſus padres, a vnque
ſus padres non hayan ſucedido en los dichos Mayora-
zcos) ex quibus videtur nullatenus poſſe adaptari
in Regno noſtro auctoritas Molinae, & Hiſpanorũ
ſecundum leges illius Regni loquentium, nec ad
ius commune, vel feudale videtur in hoc poſſe re-
curri, ex quibus habetur, ante omnia attendendã
lineam, prout eſt text.in cap.1.de natura ſucc.feud.
& alij quos affert Molin.dicto cap.4. num.14. Nam
34 ille dicitur ſuam in cõſtituere lineam, qui ſucceſ-
ſionem occupauit, & ſi quis plures habet filios, nõ
conſtituunt lineas de per ſe; prout ab Hiſpanis
particularis lege conſtituuntur, niſi is, ad quem
ſucceſſio defertur text.in cap.1.de ſucceſſ.feud. vbi
omnes Doctores & in cap.de ſucceſſ.fratr. vbi primo
vocantur filij & inde fratres cum filiorum filijs &
inde ceteri vlterioris gradus & notat Alciat. conſ.
494.num.10. conſil.499. num.3. conſil.523. nu.10.
Et propterea omnes qui deſcendunt ab ipſo qui
ſucceſſionem occupauit dicuntur de eius linea,
& dicitur linea conſtituta Raphael.Fulg. conſ.229.
colum.2.Iaſon.inter conſil.Alber.Brun.conſ.9. col.2.
Molin.de primog. Hiſp.lib.3.cap.6. nu.34. Marta de
ſucceſſ.legal.p.3.q.1.art.2.n.38.39.40.

35 Tanto magis praedicta procedere videntur quia
ſtante forma capituli ſi aliquem. Proximitas, linea,
aetas, & omnes deniquè praerogatiuae etiam gradus
tempore mortis vltimi poſſeſſoris attenduntur;
ſunt verba ipſius textus ibi. Qui tempore mortis ſu-
pererit defuncto proximior, ex quibus attendi tem-
pus mortis, Noſtrates omnes in vnum conueniſſe

Petr.

Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 1. quæſt. 10. nu. 9.
10. 11. & par. 8. quæſt. 6. num. 7. in quibus locis ait,
36 quod ius francorum conſideratur tempore mor-
tis eius, de cuius ſucceſſione agitur in feudo, &
non tempore natiuitatis maſculi, vel primogeniti
proximioris, vt eſt formalis textus in *dicto capit.*
& ibi allegant *Iſern. Oldrad. Abbat. Laud. & alios*
Cumia in dicto cap. ſi aliquem in verbo tempore per
tot. Socc. conſ. 86. col. fi. lib. 3. Gozad. conſil. 4. nu. 17.
Corn. conſil. 22. colum. 6. litter. N per Piſanell. in reſ-
ponſo poſt lectur. Canneci. num. 12. & 13. Hinc linea
37 conſideranda videtur reſpectu eius, in quem ſuc-
ceſſio fecit ingreſſum, prout tenent omnes Hiſpa-
ni, & præciſe *Mol. dicto lib 3. cap. 6. n. 35.* vbi ſic di-
ſtinguit; Aut reſpicimus ad lineam vltimi poſſeſ-
ſoris, & nemo dicitur conſtituere ſuam lineam ni-
ſi is, qui ſucceſſionem occupauit, ſi verò quæri-
mus lineam primogeniti, illo caſu, is qui primo
natus fuit, illico ius primogenituræ acquiſiuit,
& lineam ſecundogeniti excluſit: vnde cum ex *c. ſi*
aliquem, attendatur proximitas vltimi poſſeſſoris,
pro maiori natu tempore eius mortis iura magis
videntur aſſiſtere; Idem etiam voluit *Peregr. in*
præfato conſilio vnico poſt tractatum de iure fiſci,
quidquid ibi in ſucceſſione Regni dicat, quando
attenditur proximitas vltimi poſſeſſoris, concludit
non habendum reſpectum ad lineam ſed is admi-
tti debet, qui eſt proximior in gradu vltimo de-
functo, & late ſoluit etiam in fideicommiſſo,
num. 2. & in fine eiuſdem conſilij vbi vult, quod quo-
ties vocatur proximior, non attēdatur linea, pro-
vt idem etiam tradit *Lanar. conſil. 1. nu. 35. & in fi.*
vbi poſt quàm fundat attendendum eſſe lineam
illam, deducit reſpectu eorum, qui ſucceſſionem
appræhenderunt, & dicit, quòd mortuo Rege vl-
timo poſſeſſore, nepotes ex auo patre dicti Regis
filij plurium filiorum Regis Aui, omnes ſunt de
eadem linea Regis Aui, & proprerea præferendū
noſtrum potentiſſimum Hiſpaniarum Regem in
ſucceſſione Regni Portugalliæ concludit, quod ſi
alias fuiſſet attendenda linea, & vnuſquiſq; filius
Regis ſuam conſtituiſſet lineam, Duciſſa Bargan-
tiæ Regi noſtro Hiſpaniarum prælata fuiſſet, quia
erat filia fratris mortui, qui erat ſecundogenitus
& ſic ſecundam lineam conſtituebat, ſed quia li-
nea attenditur ab eo qui ſucceſſionem occupa-
uit, fuit pro Rege noſtro terminatum *Marta de*
ſucceſſ. legal. par. 3. quæſt. 1. art. 2. num. 16. 17. 18. &
19. & ſeq. pro inde patet ex ijs, quomodo ſit at-
38 tendenda linea: & in terminis, quod ſecundoge-
nitus, qui ante delatam ſucceſſionem decedit,
quod lineam non conſtituat, eſto quòd filios re-
linquat, *Afflict. in cap. 1. in 4. notab. de grad. ſucceſſ.*
in feud. cuius verba refert & ſequitur *Bonsor. &*
voluit Bald. conſil. 275. per Mutam ſuper cap. ſi ali-
quem num. 152. ex ratione, quia ius primogeni-
turæ non fuit tranſlatum in ſecundogenitum, dif-
ferentia ergò ſtat in eo, quod aut attenditur tem-
pus natiuitatis primogeniti, provt eſtat Hiſpano-
rum lex, & procedit eorum opinio, vt plures di-
cantur conſtitutæ lineæ de per ſe, quot & filij ſūt,
aut attenditur tempus mortis vltimi poſſeſſoris,
vt in capitulo noſtro *ſi aliquem*, expreſſum eſt, &
attenditur linea eius, in quem fuit delata ſucceſ-
39 ſio; inde ſuborta eſt opinio dicentium quod ex
diſpoſitione capituli ſi aliquem, non habetur reſ-
pectus ad lineam, vt poſt *Iacobum Chirc. in allega-*
tio. in cauſa fluminis Dioniſij contra, Soccinum, con-
tra quem iudicatum fuiſſe referunt in M. R. C. Nico-
laus Sollima & Iacob. Ruſſ. in cauſa lingua groſſa
tenet Canneti in cap. ſi aliquem fol. 247. n. 90. 91.

Comprobari videntur prædicta ex alio, nempè
ſi hoc capitulum attenderet prærogatiuam lineę,
eiuſdem capituli diſpoſitio deſtrueretur; nam ex
hoc eueniret, vt non ſolum nepos, ſed etiam pro-
nepos, abnepos, & trinepos præferretur patruo,
qui eſt in tertio gradu, vel conſobrino, qui eſt in
quarto gradu, contra eiuſdem capituli diſpoſitio-
nem, quæ proximiorem vocat tempore mortis vl-
timi poſſeſſoris, & fruſtra viderentur impetrata
Regni capitula, quæ vt plurimum adhoc tendunt,
& licet de iure communi nimis controuerſum fue-
rit, an attendatur ſucceſſio reſpectu grauantis, vel
reſpectu grauati, de quo nos diſſerimus, *in reſol.*
10. noſtrum capitulum illam amplectitur opinio-
nem, quod attendatur reſpectu grauati, & vltimi
poſſeſſoris; vnde & linea, & repræſentatio ſuppo-
ſita excluſa videtur: item, quia cum ſucceſſio re-
guletur ex *cap. ſi aliquem*, & in eo defuncto proxi-
40 mior vocetur vrget concluſio, quod caſu, quo
proximior ad ſucceſſionem vocatus eſt, vel ordo
ſucceſſiuus, & gradus prærogatiua eſſent ſeruan-
da, nulla detur repræſentatio. *Authen. defuncto C.*
ad Senat. conſul. Tertullian. & eum vocat proxi-
miorem, cui tempore mortis nemo præcedit, vt
ibidem notant *Doctores omnes, Dec. conſil. 408.* vbi
ſic deciſum refert in Rota, & alibi ſæpe *Craueſt.*
conſil. 97. num. 5. poſt Pariſ. Couarr. practicar. quæſt.
cap. 38. num. 4. verſ. 3. vbi loquitur in ſtatuto pręe-
ferente proximiorem quo caſu ait non admitti
repręſentationem *Molin. de primog. lib. 3. c. 8. n. 15.*
19. latius Aluar. Velaſc. de iure emphyt. quæſt. 50.
num. 36. 37. Iſern. in cap. 1. his deficientibus de ſuc-
ceſſ. tranſuerſal. Menoch. conſil. 200. num. 39. conſil.
215. num. 138. conſil. 169. num. 50. & conſil 957. nu.
22. & lib. 4. præſumpt. 95. num. 21. Marta de Clauſul.
par. 3 clauſ. 74. & clauſul. 43. & de ſucceſſ. legal. p. 1.
quæſt. 11. art. 3. num. 22. & par. 3. quæſt. 1. art. 2. nu-
mer. 34. Gratian. diſcept. 695. num. 13. volum. 4. Can-
cer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. nu. 307.
308. & ſeq. Marzar. de fideicomm. quæſt 32. Gabr.
de fideicomm. concl. 7. num. 3. Honded conſil. 60. nu.
76. lib. 1. Rota Roman. deciſ. 708. num. 8. par. 1. Ca-
ſanate conſil. 34. num. 15. Oſaſc. conſil. 72. numer. 10.
Dec. conſil. 375. num. 5. Roland. conſil. 38. numer. 33.
lib. 4. Craſſ. §. fideicommiſſum quæſt. 11. num. 9. poſt
Bald. Aretin. Capram. Pariſ. Cephal. & alios The-
ſaur. deciſ. 65. vbi de magis communi & ſic deciſum
etiam refert *Rota Auenion. deciſ. 37. in fine Peregr.*
de fideicomm. art. 21. num. 3. 4. & ſeq. Decian. conſil.
10. num. 16. 65. & conſil. 37. in fine lib. 3. & conſ. 14.
num. 18. 19. & ſeq. lib. 5. Surdus conſ. 325. num. 10.
conſ. 403. num. 56. Iaſon. conſil. 21. colum. penultim.
lib. 2. Velanſuola conſil. 23. num. 89. & ſequ. & num.
101. vbi late *Emanuel à Coſta in quæſtione de pa-*
truo & nepote fol. 130. Gomes l. 40. Tauri num. 41.
Gramat. deciſ. 1. num. 4. Gregor. Lopes l. 2. tit. 15. p.
2. gloſſ. magna verſic. ſed ſi aliquis Paul. de Caſt. conſ.
164.

Digitized by Google

264.nu.5.verſic: ad ſecundum reſpondetur lib.2 Tiraquell.de primogen.quæſt 40. num.159. & ſeq. Cuiacc.lib.2. feudor.tit.11. Alex.Raudenſ.in tractat.de Analogis cap.18. num.19. Gama deciſ.386. num.3. Mattienſ.in l.8.tit.11.lib.5. recopilat.gloſſ.17.n.3.4.
41 & in terminis capituli ſi aliquem. oon admittēdam hane repręſentationem, Noſtrates communiter profitentur Petr.de Gregor. de conceſſ.feud. par.4. quæſt.10.num.22. Cannec,in cap. ſi aliquem §. ſed hic tractandum & §.an filius excludatur numer. 12. Milan.deciſ.8. num.226.lib.1.Hieron.Fimia in conſilio impreſſo poſt dictam deciſionem in cauſa Miſirindini num.82.88.104.& ſeqn.Marta de ſucceſſ. legal. p.1.quæſt.11.art.3.num.20.21.loquens in terminis capituli ſi aliquem, & nu.34. Iterum Petr. de Greg. de conceſſ. fendi par.8.quæſt.6.num.6.Cumia in c.ſi aliquem verbo gradu num.82. & verſic. eodem ordine num.7. Bolognett. conſil.9. num.46. Intrigliol. de feud.Centur.2.art.42.num.6. & hoc in Regno receptum latiſſimè deducit Corſett.conſil.9. numer.33. vbi allegat Saccurafam ſuper cap. volentes Pern. conſil.11.Ioann.Aloiſ.de Settimo ad cap.ſi aliqnem, Greg. vbi ſupra qui ſic deciſum tefert in canſa feudi Camemi Campixian. & alij Corſettus Regens ad Patris conſilium 10.num.27. vbi ait, hanc opinionem in Regno receptam eſſe, Marta dicto loco num.34. omnes noſtrates antiqui conſulentes in cauſa Sclafani, & in cauſa fluminis Dioniſij, ſecundum quam opinionem deciſum per duas conformes teſtatur Io: Aloiſ. de ſettimo: fuit opinio Saccurafa de magis communi dicit Cumia in dicto verbo gra-
42 du num.72. Item, quod, vbi ſtatutum, ſeu teſtator maiorem requirit ętatem tempore ſucceſſionis, nunquam datur repræſentatio Bald. in l. ſi viua matre num.3. C.de bon.matern. Alexand. conſil. 123.num.2.lib.1.conſil.4. num.3.7. lib.4. Iſernia in cap.1.§. præterea colum.3.quæ fuit prima cauſ. beneſic.ammittend. allegat.16.num.24 Dec. conſil.1. nu. 32.conſil.443.num.15.& 23. Alb. conſil.60.n.11. Roland.conſil.39.num.50.lib.4. Gabriel. conſil.130. num.40.lib.2. Gratian.diſceptat.695.num.14.& 15. volum.4. Menoch conſil.220.num.121. Hipol.Rim. conſil.544.num.151. Socein. conſil.88.num.1.lib.3. Surd.conſil.403. vbi latiſſime Palacios Rubios in repetition.rubr.de donat inter vir.& vxor.§.69. num. 57.Gama.deciſ.307.num.4.Velanſol.conſil.23.num. 94.ex Gregor.Lopes l.2.tit.15.par.2.gl.el mas propinquo pariente colum.3. Molin. Tiraquell. Velaſc. Cuiacc & Hottoman. per eum relatis, Præterea,
43 cum ſecundogenitus in ſuccedendo aſcendentibus in feudo, ius firmum, indubitatum, inuariabile, & radicatum non dicatur habere, ità quòd certum omninò eſſet, iſto caſu repręſentationem non admitti, latiſſime omnes cumulat Caſtill. Sotomaior controuer.iur.lib.3.quæſt.19. nu.174. 176. & veriſſimum de iure communi num. 184. quidquid ſit de iure illius Regni ex Taurina lege diſpoſitum. Tandem admiſſo repræſentationem iſto caſu de iure dari poſſe, nec videretur minorem natu ex ſecundogenito, eumque repręſentantem, maiorem natu ex tertiogenito excludere, quia
44 ſecundogenitum repręſentat, obtinens eius gradum, non autem maiorem ętatem, eo quia, quoties admittitur repręſentatio, illa ſolum operatur, quo ad gradus pręrogatiuam, ſed qualitas maioris ætatis, quæ erat in patre, non repræſentatur Alex.conſ.4.lib.4. Soccin. conſil.88. lib.3. Dec. conſil.443. vbi Ioannem de Anſalono noſtrum regnicolum refert Bero.conſil.71.num.29. lib.1.& conſil.134.Maluaſ.conſil.22.alij per Men. conſ.269. num.51.conſil.442.num.19.Gratian. diſceptat.695. num.5. & 11. volum.4. Raudenſ.de Analogis lib.1. cap.15.num.270.Honded.conſ.70.numer.19.& 20. Alex. conſil.123. num.1.lib.1. ait omnino attendendum quando ſtatutum conſiderat maiorem ætatem Surd.conſ.403. num.61. conſil.455. Blaſc. Lanz in cap.ſi aliquem, in 3. quæſt.Milan. deciſ. 9. num.60. lib.1. vbi ait, id, quod dicitur filium ſubintrare locum patris, eſt in gradu patris ſubintrare, ſed non ſuccedit ex perſona patris, ſed ex perſona ſua propria, & ſic excepto gradu, quoad iſtas qualitates conſideratur perſona filij, Molin.de primogen.lib.3. cap.6.num.49. Tiraquell.de primogen. quæſt.40. num.116.Molin.Teologus de iuſt. & iure diſputat.627.Guttier.practicar.quæſt.66.lib.3. num. 21.Caſtill.ſoto maior controuerſ. iuris lib.3.cap.19. num.159.160. vbi ex hoc inſert, quod nepos non poteſt excludere patruum, quia non repręſentat qualitates, & ideò in Hiſpaniarum Regnis fuit condita Lex Tauri 40. & in maiore ætate n. 322. 324. late Lanar. conſil.1. num.58. Cumia in cap. ſi aliquem in verbo gradum num.45. vbi num.43. omnes conſulentes refert in cauſa Sclafani & in cauſa fluminis Dioniſij, pro patruo contra nepotem, in ſucceſſione patrui, & refert ſic per duas conformes ſententias deciſum ſecundum opinionem Saccurafa Ioan.Aloiſ.de ſettimo quam opinionem veriorem & magis communem dicit Cumia num. 72.& ſeq.

Quibus (rectius intuendo) in aliquo non refragantibus à noſtro principali pronuntiato non recedimus, pluribus enim modis prędicta tolluntur,
45 retentis noſtris terminis, & primò concedendo obiectum, poſito, quod ſit in ſe verum (quod ſtatim negabitur) quò dicebatur, quod in dicto capitulo ſi aliquem, non ſit attendenda pręrogatiua lineæ, ſed ſexus, & ętatis, prętextu, quod attenta prærogatiua lineæ ſequeretur, quod remorior excluderet proximiorem, & tamen ex dicto textu remotior non excludit proximiorem prętextu lineæ, ſed è contra proximior defuncto prefertur, & vocatur remotioribus excluſis, & quod ideo Peregr. dicto conſ. vnico poſtquam in fine conſuluit attendendam eſſe pręrogatiuam lineæ in primogeniis, limitet, niſi ſtatutum ſuper primogenijs proximiorem vocet, tunc enim dicit ceſſare pręrogatiuam lineę, & attendi pręrogatiuam proximitatis, ſeu gradus, & ſic remotiorem proximiorem non excludere ex prærogatiua lineæ; Nā ſi filius ſecundogeniti eſſet remotior in gradu, & vellet ex pręrogatiua lineæ excludere filium tertiogeniti, fortè proximiorem, provt eſt caſus Peregrini; vtique obſtaret obiectum, quia cap. ſi aliquem vocat proximiorem tempore mortis, ſed cum in noſtris terminis non tractetur de excluſiua proximioris, quia tum filius ſecundogeniti, tùm etiam filius tertiogeniti ſupponuntur, & ſunt in eodem gradu, proinde ceſſat pręrogatiua gradus.

vel

Digitized by Google

vel proximitas in dicto capitulo expreſſa & capi-
tuli diſpoſitio non refragatur,ſed remanet quis ſit
pręferendus data paritate gradus,& iſto caſu, ne-
dum non obſtat capitulum ſi aliquem immo ex
eodem capitulo remanet in correcta pręrogatiua
lineæ ex ordine primogenituræ, & ſic fauore filij
ſecundogeniti minoris nati ad excluſionem filij
tertiogeniti maioris, cęteris enim paribus, omni-
no eſt locus primogenituræ ex *Cumian. in dicto
cap. ſi aliquem verſic. maior natu num.*70.ſtatutum
46 enim corrigens ius antiquum, vel ius commune,
intelligendum eſt,quatenus,& pro ea parte corri-
gere,qua correctio eſt expreſſa,& quod vbi,& pro
parte,qua expreſſe non corrigitur, ſtare non pro-
hibetur,cum legum correctio odioſa, & ſtrictè in-
terpetranda, quatenus fieri poteſt, euitanda ſit.
*Menoch.conſ.*105.*num.*46.*conſ.*197.*num.*60. *conſil.*
906.*num.*36 *conſil.* 1122.*num.* 29.*lib.*12. & ſtatu-
47 tum quando poteſt interpetrari, vt minus corri-
gat ius commune, & poteſt interpetrari, vt corri-
gat circa duo, quod ſit interpetrandum,quod cor-
rigat circa vnum, & non circa duo,& ſic vt minus
corrigat *Rota Roman deciſ.*708. *num.*3. *par.*1. *&
deciſ.*161. *num.*13. *par.*2. *Bertazol. conſ. ciuili* 47.
*num.*24. *Roland.conſil.*74.*num.*19.*lib.*3.*Roman.&
alij per Alderan. Maſcard. de general. ſtatu interpe-*
48 *tra. concluſ.*12.*num.*2. ſicut quando ſtatutum po-
teſt operare, quod corrigat circa duo, non debet
interpetrari quod corrigat circa tria, *Contard.in l.
vnica quaſt.*7.*nu* 6. *&* 7. *C.ſi de momentan. poſſeſſ.
Grat.conſil.*13.*num.*43 *lib.*2. *Gozad. conſ.*19. *nu.*5.
49 quatenus ergo ex vocatione proximioris facta à
ſtatuto, & capitulo prædicto ſi aliquem, tollatur
in conſequentiam pręrogatiua lineæ, per quam
remotior ex pręrogatiua lineę proximiorem ex-
cluderet, non tamen tollitur pręrogatiua lineę
data paritate gradus, vel qualitate maſculina,
provt in noſtris terminis,& iſto modo intelligitur
Peregr.dicto conſil.vnico in fine. Nam eius quęſtio
erat ſi remotior pręrextu pręrogatiuæ lineæ exclu-
debat proximiorem de alia linea, & firmat, quod
ſic, ſed limitat vbi vocatur tantum proximior. At,
vbi omnes in pari ſunt gradu, remanet priuilegiū
lineæ in ſuo robore ex pręd ictis,nec iſto caſu con-
trarium dixit *Peregr.*nec *cap.ſi aliquem*, Nam & ſi
*Corn.conſil.*199.*lib.*2.tres tantum poſuerit præro-
gatiuas, nempe gradus, ętatis, & ſexus, tamen
alij addunt prærogatiuam linearum vt ex *Molin.
de primogen.Hiſpan.lib.*3. *cap.*4. *num.*14. *& cap.*6.
num. 50. cum alijs. ſupra loco ſuo adductis. Hinc
ſex prærogatiuas ex dicto *cap.ſi aliquem*, poſuit &
ponderauit *Cumia in dict.capitulo verſ.prærogatiua*
& quatuor poſuit prærogatiuas *in verſic. proxi-
mior num.*40.

Secundò obiecta aduerſus lineam tolluntur,
quod enim dictum eſt in ſe non eſt tutum; Nam
50 etiam *Noſtrates* ſuper dicto capitulo, dicunt præ-
rogatiuam lineæ attendendam eſſe in proximita-
te conſiderata in dicto capitulo ſi aliquem. Ità
*Cumia ibi in verbo proximior num.*23.29.39.40. *&
verbo gradu num.*3. *Muta in dicto cap.ſi aliquem nu.*
55.*Intrigliol.de feud.centur.*2.*art.*3.*num.*52.53.*be-
nè Ioan.Aloiſ.de ſeptimo in reſponſo Cauſa Caccabi,
Aleami, & Calataſimi in fine & Boniorn.in dict.c.ſi
aliquem ſub qu.*3.*verſic.ex iſta deciſione, & ſeq. &
verſic. Profecto.*

Et quia multi dantur intellectus à ſcribentibus
ſuper dicto capitulo, verbo (proximior) ideo ex
perplexitate textus & Doctorum varietate, opus
51 fuit in Regno ad alia capitula deuenire declara-
toria eorum, quæ ſuper iſto capitulo diſputata
ſunt; Nempè ad *cap.Imperatoris Caroli* 118. 204.
& Regis Philippi 18.in quibus, non per viam noui
iuris corrigendo ius antiquum, ſed per viam de-
clarationis ad rollendas dubietates fuit electa o-
pinio, quę fauet ordini primogenituræ reſpicien-
do pręrogatiuam lineæ, tàm in deſcendentibus,
quàm tranſuerſalibus, vt dicetur.

52 Nec ad rem facit, quod pręrogatiua lineæ cō-
ſideratur, quando fideicommiſſum ingreſſum eſt
lineam, vt ex illa linea non egrediatur, donec ali-
quis ſuperſit de tali linea,ex *Molin.de primog. Hiſp.
lib.*3.*cap.*4.*num.*14. *& alijs*, Nam hoc tàm vulga-
re eſt, quod comprobatione non eget. Sed hoc
in bonis, in quibus ſuccedirur ex vocatione teſta-
toris,vel ſimili vinculatis abſque prærogatiua pri-
mogenituræ procedit. At vbi ordo primogenitu-
tæ in bonis eſt attendendus, tunc non ſolum at-
tenditur prærogatiua lineę, quæ fideicommiſſum
occupauerit, ſed illa linea penitùs extincta ſubſe-
quitur alia linea proximior ex vi primogenituræ,
& hoc eſt, quod docuit *Caſtrenſ.dicto conſ.*164.*nu.*
5. *verſic. & ſi fuit actum, & verſic.& ideo lib.*2. &
iſto caſu expreſſe loquuntur infiniti etiam de iu-
re communi, quos ſequuntur *Molin.Theſaur.Man-
gil.Couarr.Peregr.*& alij ſupra allegati & compro-
bantur ex dictis per *Cardinal. Mantic. de tacitis &
ambig.conuen.lib.*23.*tit.*27.*num.*28.*volum.*2.*Can-
cer.var.reſolut.lib.*3.*cap.*21.*de tranſmiſſion. numero*
298.*&* 300. *Ponte de poteſt.proreg.tit.*9.*de ſucceſſ.
mulier.in Regno num.*42.*Menoch.conſ.*1082.*à num.*
13.14.*& ſeq. lib.*11.

Ex prædictis patet,quoquè reſponſum, ad ea,
quod in medium in contrarium ponderāda abla-
ta ſunt, videlicet ſi nepos ex primogenito pręfe-
ratur ſecundogenito in ſucceſſione Aui, vel ſi fi-
lius ſecundogeniti præferatur tertiogenito in ſuc-
ceſſione patrui, & ſi filius veniat per viam reprę-
ſentationis, vel per viam tranſmiſſionis, & ſi ex
propria perſona,vel ex perſona patris,& ſi ſubin-
tret in gradum, vel qualitatem patris quamuis
53 in omnibus prædictis afferri poſſent omnium gē-
tium teſtimonia pronepote, in quacumque ſuc-
ceſſione, vt videri poteſt ex *Tiraquell. de primo-
gen. quæſt.* 40. *&* 41. *Molin. eodem tractat. lib.* 3.
*cap.*6. *num.*1. *&* 2. *omnino Couarruu.practic.quaſt.
cap.*38. *numer.*6. *cuius ſola relectio ſufficit Molin.
Teolog. de iuſtitia & iure diſputat.*626. *num.*4. *Go-
mes leg. Tauri* 40. *numer.* 65. *Marta de ſucceſſion.
legal. par.*1. *quaſt.*11. *art.*3. *Gratian.diſcept.*456.
numer. 1. 2. 3. 4. *& ſequent. libr.* 3. *Intrigliol. de
feud centur.*2. *art.*36. vbi refert omnes etiam no-
ſtrates & 35. argumenta pro vtraque parte tandé
pro nepote concludit *Gaſpar. Theſaur. quæſt.* 35.
qui Doctores pro vtraque parte enumerat *Man-
gil. de imputation. cap.*77. vbi refert triginta argu-
menta pro vtraque parte *Cancer. variar. reſolut.
lib.*3. *cap.*21. *de tranſmiſſio.à num.* 289. *ad nu.*335.
infinitos

Digitized by Google

infinitos pro vtraque opinione adduxit *Borrell. in ſumma deciſion.tit.34. de feud.tom.1.à num.457. ad num.479.* ex innumeris deciſionibus pro Nepote concludens alijs ex induſtria prætermiſſis. Pro quo etiam nedum magis communis Doctorum aſſiſtit opinio, ſed generali conſurtudine totius orbis pro nepote receptum eſt, & etiam iudicio digladiatorio ſepius eſt obtemptum, vt omnes prædicti fatentur & hiſtorias referunt, & ideo in Regno non per viam legis nouæ vel correctoriæ iuris antiqui, ſed per viam electionis melioris opinionis fuit declararum ſeruādam eſſe opinionem pro nepote maſculó, tàm in deſcēdenti ſucceſſione ex *cap. Imperatoris Caroli* 118. quam in tranſuerſali ex *cap. Regis Philippi* 18. & ratio vera iſtius ſententiæ, & iuſtæ opinionis non in ſola tranſmiſſione, vel repræſentatione conſiſtit, vt ex multis iam ſupra attentatum fuit; ſed ex vocatione expreſſa, vel reſultante ex vocatione primogeniti, ex vi, & natura ptimogenituræ, quia ex prærogatiua primogenituræ, quilibet ordine ſuo dicitur ex propria perſona vocatus, ità expreſſe *Caſtrenſ.dicto conſil.164.num.5.verſic. applicando, & verſic.ſed venit iure ſuo Couarruu. pract.quæſt.cap. 38. nu.6. verſic. ex quibus* vbi dicit quod hoc non eſt ſicut in alijs ſucceſſionibus ſed ex natura rei & *num. 9. verſic.vt tandem Molin.de primogen.lib.3.c. 6.num.29.* vbi multos refert *Gaſpar.Theſaur.quæſt. 34 num 16. & per tot.quæſt.Tiraquell.de primogen. q.40.num.111.Grat.diſceptat.456. num.12.& 20. 43. lib.3.*

54 Proinde non rectè ſentijſſe deprahendimus *Doctores*, qui ex regulis iuris communis circa ſucceſſionem allodialium abſque vinculo primogenituræ inferre voluerunt, ad ſucceſſionem feudi cum iure primogenituræ, Hæc enim ſucceſſio primogenij regularis non eſt, ſed in regularis, quia ſuas particulares regulas habet, tamquam diuerſę naturæ, & contra regulas iutis communis, prr quas non primogenito, vel maſculo tantum, vt in feudo primogenitutæ, ſed omnibus filijs vtriuſq; ſexus æqualiter defertur ſucceſſio, *tot.tit. C.de hæred.& l. maximum vitium, C. de liber. præter.* ſicut
55 nec iure communi feudorum ad primogenia argui poteſt, quippe quod illo iure feudi ſucceſſionē ad primogenitum, ſed ad omnes filios licet maſculos tantum deferatur *ex cap.1.de eo quod ſibi & ſuis vt aduertit Couarr.dicto cap.38.num.11.verſ.id vero quod Iſernia*, quia diuerſo iure ſucceditur, vbi primogenituræ prærogatiua ſeruanda eſt, vt iubet *cap. ſi aliquem* ità aduertunt *Caſtrenſ.Præpoſ.Alex. Molin.Theſaur.Mangil.Peregr.* & alij iam ſupra deducti.

56 Nec obſtat *Blaſcus Lanza in præfati cap.ſi aliquē q.3.* ſupra adductus *ſub num.* 44. vbi dictam quæſtionem diſputat, ſi filius fratris excludat patruū in ſucceſſione patrui, & relatis argumentis, & Doctoribus diſtinguit, de repræſentatione graduum & perſonæ, vel qualitatis paternæ.

57 Primò, quia de prędicta quæſtione in Regno non indigemus, tanquam ſopita ex *Capitulo Regis Philippi* 18. ergo nec prodeſt *Blaſchi* diſtinctio, ex quo ceſſat quæſtio, & interrogatio, pariter reſolutio, & reſponſio ceſſare debet.

58 Secundo, diſtinctio *Blaſchi* non placuit *Cumia in dicto cap. ſi aliquem*, nam *Cumia verbo gradu à num.38.vſque ad num.73.* ſeptem retulit diuerſas Doctorū opiniones in hac quęſtioue, & pro ſexta opinione retulit opinionem *Blaſchi*, & illam non ſequitur, ſed refutat, ſicut nec *Blaſchi* diſtinctione in eadem quæſtione mentionem facit *Intrigl. de feud.centur.2.art.36.num.299. 301.*

Tertiò *Blaſcus Lanza*, tamquam de primis ſcribentibus non potuit omnia lucidare, non enim guſtauit prerogatiuam lineæ, nec de ea in dicta quæſtione mentionem fecit.

Quartò *Blaſcus* ſe inuoluit in iure tranſmiſſionis, vel in iure repræſentationis, in quibus licet tota nocte fuerit elaboratum, tamen vera ratio non fuit perpenſa, videlicet, quod nepos venit ex iure proprio ex propria vocatione compræhenſa in ordine primogenituræ ex *Paul.de Caſtro Couar. Molin. & alijs ſupra.* Etenim *Blaſchus* hos Illuſtres auctores, nec in ſpiritu vidit, vel ſomniauit, iſti enim auctores pro maiori parte ſucceſſiue lumen attulerunt huic materiæ primogenituræ.

59 Eodem modo Doctrina *Saccuraſa* in contrariū adducti reijcitur, quem ſimpliciter refert *Petr. de Gregor.de conceſſion.feud. par.4 quæſt.10.num.23. & quæſt.4. num.16.& ſequent.Cumia in c.ſi aliquem verſ.maior natu, num.212.Intrigl.de feud.centur.2. art.36.num.203.*

Primò, quia expreſſe illis reſpondet *Muta ſuper cap.ſi aliquem nu.145.*

Secundò, quia eorum dicta procedunt ſtante, quod in illa opinione perſiſterunt, quod nepos ex primogenito non excluderet ſecundogenitum, & filius fratris non excluderet patruum, ita enim firmat *Saccuraſa. & Petr. de Gregor. dicta quæſt. 4. & 10.* ex quo fundamento prædictas in lationes, & conſequentias conſtituerunt, quo fundamento iam ex dictis deſtructo illationes corruunt ex regula *Capituli cum principalis, de regul.iur. in 6.* Tū ex magis communi, & vbique recepta opinione, quod nepos excludat patruum, vt clare per Doctores ſupra adductos oſtenſum eſt tum in Regno ex expræſſis capitulis *Imperatoris Caroli* 118.204. & *Regis Philippi* 18. quibus ſtantibus, ex quo contraria opinio & concluſio vigет, contrariæ reſultant in lationes, & Doctores prædicti retorquentur, quia ſi eorum tempore capitula prædicta cōdita extitiſſent, vtique contrarias ſtatuiſſent illationes.

60 Tertiò *Saccuraſa & Petr. de Gregor.* non aperunt, de quo feudo loquantur, Meritò ne dicamus non guſtaſſe ordinem, & ius primogenituræ, de hoc feudo cum qualitate primogenij non loquutos fuiſſe dicendum eſt, ſed de hæreditario vel mixto abſque qualitate primogenituræ, vt aduertit *Muta in dicto cap. ſi aliquem nu.145.* Hinc optime *Maſtrill.in addition.ad Petr.de Gregor.dicta qu. 10. litter. A*, dixit hodie opiniones *Gregorij*, & aliorum antiquorum eſſe correptas in Regno tàm in deſcendentibus, quàm tranſuerſalibus ex *cap. 118. & 204. Imperatoris Caroli & cap. 18. Regis Philippi* idemque profitetur *Muta dicto nu. 145.*

Nec tandem adaptari poteſt controuerſia in ſucceſſione Regni Portugalliæ, in cuius poſſeſſio-

ne,

Digitized by Google

ne,iuſtiſſime noſter Potentiſſimus Hiſpaniarũ Mo
narca reperitur,etenim diuerſa eſt quæſtio in iure
& in facto; in facto, quia Rex noſter reſpectu Rai-
nutij,qui erat nepos ex filia Odoardi,erat remo-
tior in gradu,& ex fęmina progrediebatur ſcilicet
ex Maria filia Odoardi,ſicut,& Rex noſter ex Iſa-
bella ſorore Henrici vltimi defuncti, tamen Rex
noſter erat proximior in gradu,quo caſu ex lege
ſpeciali Hiſpaniæ ſuper ſucceſſione Regni proxi-
mior vocatur. At reſpectu Caterinæ filiæ eiuſdem
Odoardi Duciſſæ Barbantiæ,quæ erat in eodem
gradu cum Rege noſtro, aderat pro Rege, quod
erat maſculus, licet ex fœmina, at illa fœmina
licet ex maſculo, quo caſu ex legibus particula-
ribus maſculus erat præferendus,vltra quod de
iure communi magnum Caos adhuc ſupereſt in-
tęr Doctores,etiam circumſcripto ſtatuto parti-
61 culari vt in conſilio. *Michaelis ab Aghirre* edito
ſuper hâc cauſa Portugalliæ doctiſſimè magno vo
lumine hæc omnia videri poſſunt, vbi etiam ex
multis alijs capitibus diuerſis in facto,à terminis
noſtris Regis Hiſpaniarũ iura,tuetur,& ex paucis
pet *Lenar.conſ.*1.pariter pro Rege in dicta cauſa,
ędito contra quos ex profeſſo ſcripſerũt Collegia
Patauinorũ,Bononienſium, & Peruſinorum,quo-
rum magna eſt auctoritas,& Doctrina,ex alijs ta
men capitibus in facto diuerſis ab *Aghirre* ad-
ductis, quamuis neſcimus huc vſque quid fue-
rit in dicta cauſa deciſum, credo ſententiam
pro Rege noſtro eſſe proferendam.

Vnicum ergo fundamentum pro maiori natu
filio tertio geniti militantẽ ex præmiſſis penitus
ceſſare concludimus,iure communi, & munici-
pali Regni pro filio ſecundogeniti minori natu
tempore ſucceſſionis vltimi poſſeſſoris,feudatarij
defuncti ex primogenito aſſiſtentibus.

Secundo principaliter magis filio ex ſecundo
genito iura corroborantur, omniaque ceſſant,
quia hodie obſcuritates iſtæ, & controuerſiæ an-
te vel poſt *cap.ſi aliquem.* in Regno ſunt dilucida-
62 tæ,& diffinitæ,nã ex c.*Imperatoris Caroli* 118.fuit
Sopita illa antiqua quæſtio, ſi nepos ex primo
genito præferatur ſecundo genito in ſucceſſione
aui,quia iuxta opinionem in toto orbe terrarum
ſeruatam ſuit,declaratum.idem ſeruandum fore
in hoc Regno vt ſcilicet filius primo geniti præfe-
ratur ſecundo genito,& ſic patruo in ſucceſſione
aui,& eſſe hoc capitulum declaratorium, & non
correctorium,dicit *Intrigliol.de feud.centur.* 2. *art.*
47.*n.*5.*& art.*36.*nu.*192.nec comprobatione,hoc
indiget, quia verba capituli ſunt clara per viam
declarationis,veluti quando quæſtio de iure con-
trouerſa declararione Cæſarea indiget,nam tunc
Princeps ſuper ea ſtatuendo nõ corrigere,ſed eli
63 gere,& declarare dicitur, quod quidem capitulũ
declaratorium non ſolum in filio primo geniti
procedir, ſed in filio ſecundo geniti, ſi præmor-
tuo ſecundo genito,cum filio decedat,deinde pri
mo genitus,quia dicitur ſimilis,& idem caſus, de
quo loquitur c.*prædict.*118.*late Intrigliol.de feud.*
centur 2.*art.*46.vbi latiſſimè oſtendit iſto etiam
caſu militare dict.c.118.*Afflict.Soccin.& alij per*
*Gramat.deciſ.*1.*nu.*30.*Grattian.diſcept.* 456. *num.*
64 19.*vol.*3.Pariter dicta declaratio ex dicto.c.118.
procedit non ſolum in filio primo geniti, ſed in
nepote primogeniti, imò in vlteriori gradu de-
ſcendenti, vt ſcilicet ſecundo genito præferatur
in ſucceſſione aui,& ſubingreſſio in infinitum de-
tur,& hoc exni primo geniturę, & ex pręrogati-
ua lineæ primo geniti,in punto *Muta in dicto cap.*
ſi aliquam num. 146.*Cumia in dict. cap. verb. gradu*
*num.*10.*Intrigl.l de feud.*cent. 2. art.50.num. 2. &
ex verbis *capituli.* 118.clare oſtenditur, quia vo-
cat nepotes ex primo genito,nõ ex ſecundo geni
to,poſtquam ergo feudum eſt indiuiduum,nõ ve
rificatur capitulum in omnibus filijs primo geni-
ti,ſed in vno; At vocandn omnes nepotes ex pri-
mogenito intelligit ordine ſuo videlicet nepo-
tes ſucceſſiue: Nam in feudo, etiam appellatione
filij,veniunt nepotes,& omnes deſcendentes quid
quid in alijs materijs ſit *Iaſon,* qui hoc expreſſe
examinat,& cõcludit *in l.de quibus n.*19.20.*& ſeq.*
65 *ff.de legibus*:& quod in dicto *cap* 118.fuit habita
ratio prerogatiuæ lineæ probatur expreſſe ex
verbis *capituli Regis Filippi* 18.vbi per tres vices
fit mentio de linea deſcendenti,& tranſuerſali.

66 Et quoniam ex dicto *cap.*118. nil erat declara
tum de eo,quod in linea tranſuerſali ſeruandũ eſ-
ſet,quia in dicto capitulo erat facta tãtum decla-
ratio ſuper linea deſcendenti,nè dubium remane
ret in linea tranſuerſali,ſed ſilenrium litigioſis im
poneretur,ob id ex eadem ratione lineæ,& primo
geniture fuit petitum idem in linea tranſuerſa-
li ſeruandum eſſe ex *c.Regis Filippi* 18.adeo quod
in linea tranſuerſali prærogatiua lineæ conſidera
tur,de qua ſupra ex multis oſtendimus, nempe
quod filius ſecũdo geniti,tertio genito,& alijs vl-
terioris gradus in ſucceſſione collateralis defun-
cti præfertur cæteris, paribus prærogatiuis gra-
67 dus,& ſexus exiſtentibus, ob id inducta inter
tranſuerſales, repræſenrario in infinitum, adeò
quod filius,nepos, & pronepos ſecundo geniti,
eiuſque lineæ ſemper præferatur tertio genito,&
eius deſcendentibus,quod ex eodem *cap.* 18.fun-
datur,tum ex eo,quod in dicto capitulo petitur,
quod in linea trãſuerſali ſeruetur, idem quod per
alia capitula erar diſpoſitum in linea recta, in
qua erat inducta repręſentatio in infinirum, tum
etiam ex illis verbis(*vel vlterioris gradus*) ex qui-
bus deſcendentes ſecundo geniti cuique deſcen
denti ex tertio genito, etiam proximiori pręfe-
runtur.

68 Refragare nihilominus videtur, prædictis ete-
nim attentis verbis, tàm dicti *cap.* 18. Regis
Philippi,quàm aliorum,Imperatoris Caroli iſtã
generalitatem, tàm in vna,quàm in alia linea vi-
derur nõ fundari,& à capitulis Caroli incipiendo,
illa ſunt particularia,& tantum loquuntur in vno
caſu,nam *cap.*118.tãtum diſponit,quod præmor-
tuo primogenito(relictis filijs) illi præferantur
ſecundo genito,& in alijs caſibus nihil diſponit,
pariter,& *cap.eiuſdem Caroli* 204. ſolum declarat
dictum *capitulum.* 118.vt idẽ procedat in ſexu fœ-
mineo,videlicet quod neptis præferatur amitę ſe
cundo genitæ,& illud ſolum addit,quod ſi ſuper-
eſt ſecundo genitus, præferarur nepti ratione
conſeruandæ agnationis in tantum quod capitu-
lum prædictum tãtum venit ad ampliationem il-

Digitized by Google

lius capituli 118. nec generaliter loquitur; vnde
videtur non fundari ex dictis capitulis, dari repręſentationem in infinitum, & in omni caſu in linea
recta, & conſequenter, nec ex capitulo Regis Philippi. 18. quo petitum eſt, quod in linea traſuerſali ſeruetur, quod in linea directa, ex capitulis prædictis diſpoſitum fuerat, cum non vniuerſaliter in
omni caſu, & infinitum ex capitulis Caroli prædictis in linea directa repręſentatio detur, ſed in
ſuis caſibus particulariter diſpoſitis ergo, nec in
linea tranſuerſali habet locum repręſentatio prędicta in omni caſu, & in infinitum, ex capitulo Regis Philippi 18. & corruere videtur fundamentum
9 pro diuerſa opinione poſitum, cum prædicta
omnia capitula intelligãtur in caſu ſuo, & ſint particularia vt non extendantur, & ſunt correctoria
iuris communis, & odioſa vt latiſſime deducit
Bolognet. conſil. 9. a num. 76. ad num. 93. Corſetus
Regens ad Patri cõſilium 10. n. 36. 59. & 91. vbi probat, quod extenſio ſtatuti non ſit etiam ex maiori (ne dicam eadem) ratione, quod ſtricte ſint interpretãda capitula prędicta nouiſſima, & quod
tantum de caſſibus expreſſis ſint intelligenda, &
quidquid in eũ videtur omiſſum in diſpoſitione
iuris remaneat, prout etiam idẽ tradit in ſpecie,
quod dicta capitula Regis Caroli 118. & 204. ſint
reſtricta ad vnum caſum, & ad alium non extendantur, dixit Campis, & Benedict. de Porcar in cauſa
varia, & alij ſcribentes in eadem cauſa.

70 Secundo demonſtratur capitulum prædictum.
118. Caroli eſſe ſpeciale in caſu, quo loquitur eſto
poſſet dici, quod verba in principio capituli 18. Regis Philippi appoſita importarent generalitatem,
ſiue ex ſe ipſis, ſiue per relationẽ ad capitula Imperatoris Caroli, id deducitur ex illis verbis, licet
in eo admouẽdum animum Regis eſt ad illud cõcedendum, Primo loco enarratur id quod in alijs capitulis eſt conceſſum, & deinde dicatur ſi supplica voſtra Maeſtà reſti ſeruita prouedere, e camãdare, che di qua innanze queſto medeſimo ſi habbia d'oſſeruare in linea tranſuerſale. Nihilominus reſtringitur per illa verba, quæ immediate ſubſequũtur
cioè, che morendo il fratel primogenito ſenza figlio ſuperſtite il nepote maſchio del fratre ſecũdo genito prę-mortuo, in tal caſo il detto nepote maſchio, & non il
fratre terza genito vel alterius gradus, & ſic quando
agitur de ſucceſſione patrui, ſecus quando de ſucceſſione conſobrini, vt termini noſtræ quæſtionis
poſiti ſunt, nec dici poſſe videtur, capitulum prædictum Philippi generaliter loqui in tranſuerſalibus, prout loqui videtur in principio, ibi in linea
trãſuerſali etenim reſtringitur eius petitio, & con-
71 ſequenter diſpoſitio, per illud verbum, cioè quod
interpretatur videlicet quæ dictio eſt declaratiua,
& reſtrictiua præcedentiũ. l. videlicet ff. ex quibus
cauſ. maior. l. videlicet ff de pactis Bart. in l. quęſitum §. ſi quis fundum ff. de fundo inſtructa Menoch.
conſ. 816. nu. 21. & prius conſ. 21. numer. 27. Decian. conſil. 34. numer. 89. conſil. 55. numer. 24.
conſ. 56. numer. 6. libr. 3. Caualc. deciſ. 17. numer.
22. deciſ. 18. nu. 17. 21. 29. deciſ. 19. nu. 34. 74. lib. 3.
Vinc. de Franc. deciſ. 116. nu. 12. Surd. de alimen. tit.
1. quæſt. 42. num. 101. deciſ. 161. num. 8. & conſ. 315.
nu 61. Gratian. deciſ. 44. nu. 7. Burſa. conſ. 9. num. 18.
vbi deditione videlicet in ſtatuto poſita, & cõſ. 13.
nu. 32. Ceſal. conſ. 300. nu. 13. & conſ. 704. num. 15.
Hippol. Riminal. conſ. 67 nu. 42. alios antiquiores refert Anto. Angel. Gratus deditionibus dictio.
283. & Auguſtin. Barboſ. eodem tract. dictio. 368.
Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 38. Gloſ. 3. num. 1.
Volpell. de propoſition. fol. 127. Petr. Cened. q. 66. n.
1. 2. Monacus deciſ. 13. n. 3. Farinac. cõſ. 95. n. 6. Caldas de Pereira de renouation. emphiteuſ. q. 11. n. 15.
Cardin. Tuſc. concluſ. 393. nu. 1. cum ſeq. liter. D. &
in punto dixerunt. Capixian, & Benedict. de Porcar. in dicta cauſa varie.

Et magis reſtringitur per aliud verbum, eo
72 caſu cuius natura eſt limitare pręcedentia, eaque
reſtringere ad caſum expreſſum, & impedire extenſionẽ ad aliũ caſum l. 4. §. fin. ff de condition. &
demonſtrat. vbi Bart. & alij Peregr. conſ. 150. n. 13.
lib. 5. Surd. deciſ. 207. n. 17. Pacian. conſ. 23. & conſ.
30. Meno. præſu. 65. nu. 20. lib. 4. & conſ. 106. n. 3. 26.
ſequen. & conſ. 1063. nu. 2. libr. 11. Marzar. de fideicom. quæſt. 24. Decian. conſ. 34. nu. 12. lib. 3. Caualcan. deciſ. 16. num. 11. 65. lib. 3. Maſtrill. deciſ. 6.
nu. 31. Anchαran. conſ. 356. verſ. Tertio hoc probatur Crauett. conſ. 98. nu. 5. Pariſ. conſ. 2. num. 15. conſ.
14. nu. 9. lib. 3. Natta. conſ. 678. num. 6. lib. 4. Mareſcott. var. reſol. cap. 99. num. 3. lib. 1. Barboſ. dictio.
89. Tanto magis prędicta procedere videntur,
73 cum ſtatuti verba ſint proprie intelligenda. l. ſi cõſtat. & l. Iulianus ff. de condition. & demonſt. Surd.
deciſ. 191. n. 6. & tanto magis quando ſunt contra
ius commune Dec. conſ. 444. num. 11. conſ. 484. &
tanquam iura anomala, & in regularia non ſunt
extra ſuos caſus extendenda Bald conſ. 127. in fine lib. 4. Becc. conſ. 12. nu. 38 Surd. conſ. 456. n. 6. Vnde cum hoc ſtatutum, quatenus eo modo generaliter intelligeretur, eſſet contrarium iuris communis, quia extenderet repræſentationem in infini-
74 tum, vltra omnes iuris terminos, & verba ſtatuti, eiuſque diſpoſitio ſecundum ius commune
reſtringi debent, ſi id fieri poteſt, vel ſaltẽ vt tanto
minus illud lædat c. dilect. vbi But. de conſuet. Rom.
conſ. 197. n. 20. Becc. conſ. 12. n. 43. Surd. cõſ. 43. n. 6.
75 & deciſ. 167. n. 17. & quod debent interpretari, vt
reducat nos ad ius cõmune Glo. in l. ſi vnus. ff. de
pact. Dec. conſ. 3. n. 5. Bec. cõſ. 1. n. 21. Surd. conſ. 182.
nu. 13. ex ijs propterea tradunt Doctores ſupracitati, quod tam capitula Regis Caroli, quàm Regis
Philippi ſunt correctoria iuris cõmunis, & odioſa
ratione excluſionis, & debent reſtringi ad caſum
ſuum, tàm quando tractatur de excluſione patrui
a nepote, quam de excluſione neptis a patruo Bolognet. Corſet. & alij ſupra.

76 Ceſſare quoque videtur generalitas dicti cap.
18. deducta ex illis verbis vlterioris gradus, & ſic,
quod nepos non ſolum patruo præferatur, ſed
etiam cuicunquè vlterioris gradus per illa verba
ibi, in tal caſo ſucceda il nepote maſchio, e non l'altro
fratre terzo genito vel vlterioris gradus, intelligendo illa verba vlterioris gradus, vniuerſaliter Cannet. in c. volẽtes fol. 284. n. 64. 65. Nam ideſt, & intellectus nimis lędens ius commune, ius Regni, &
omnia iura mũdi quod detur repręſentatio in infinitum ad excluſionem cuiuſuis gradus, ſed verus intellectus dicti verbi vlterioris gradus videtur

Digitized by Google

tur, vt intelligatur pro tertiogenito, quartogenito,& ſic deinceps, prout tenet *Corſe.conſ.11. in fine,& ibi Regens filius num.*39.40.vbi hunc com-
77 probar intellectum ex eo, quo dictio *gradus*, aliquando importat ordinem, & propterea dicitur gradus primus,gradus ſecuodus,tertios,& cętera *l.8.§.1.ff.de bonor.poſſ. coutra tabul.*aliquãdo dignitatem,& honorẽ *l.3.§ præſes ff.de muner.& bonor.* Hæc igitor verba in dicto c. poſita,vel de ordine, *vel* dignitare interpretanda veniunt, vt intelligantur & excludaotor non ſolum tertio genitus, ſed quarto genitus, qui reſpectu ordinis,& dignitatis tertio geniti dicitur vlterioris gradus, quibos accedat qood capitulũ loqnitur in ſucceſſione patrui, in qoa cõcurrat nepos,ſed dicere quod capitulum prætulit nepotem oõ ſolo patruo, ſed omnibus alijs vlterioris gradus, nempè non ſolom patruũ, qui eſt in ſecundo gradu,ſed etiã omnibus alijs,qui eſſent in vlteriori gradu, ideſt, in quarto, & quinto gradu fuiſſe condere legẽ de caſu indubitabili,quia conſtitutio *capituli ſi aliquẽ* ſucceſſionem deferebat proximiori, & ideo lex fuiſſer hoc caſu ſoperflua,vt couſiderat *Corſett.dicto conſ.11.in fin.*

78 Hæc omnia,& ſi prohibete videantur generalem intellectum dari ad capitum prædictum 18. *Regis Philippi*,vt inter tranſuerſales non dicatur inducta repræſentatio in infinitum,vt ex eadẽ ratione lineæ, & primogenituræ in linea deſcedẽtis ex capitulis Caroli fuerantioductum, & ſit qoando de ſucceſſione patrui ageretur ſecus de ſucceſſione conſobrini,nimis dicti capituli diſpoſitionẽ reſtringendo,prætexto dictionum *videlicet,& eo caſu* de facili tamen tollontur.

Quando quidem *c.18. Regis Philippi* poſtquã refert ea qoæ fuerant declarata in linea deſcendenti inter maſculos,& fœminas *ex capitulis* 118. *&* 204.*Caroli*,ex quibus ex iam dictis prærogatiua lineæ, & ſubintrantia perpetua erar conceſſa, ſubdit, qood ex illis capitulis oil eſt diſpoſitũ de linea trãſuerſali,& quòd ad tollendas tot lites,& quęſtiones,ex qoibus magnæ oriũtur ruinæ ſuccedentibus in ſeudo,Petitur,vt illud idem ſeruetur in linea tranſuerſali,ex quibus verbis reſultar innegabiliter fuiſſe factam,& petitam generalẽ prouiſionẽ,& æquipararionem de linea tranſuerſali ad lineam deſcendentem, vt ſcilicet quod ſeruatur in linea deſcẽdenti ſeruetur in linea traoſuerſali ſicur ergo in linea deſcendenti,quando agitur de ſuccedẽdo aoo, filius primogeniti,vel oepos, & pronepos pręfertur ſecundo geoito, ergo idẽ diſpoſitum in linea traoſuerſali, non ſolum in ſucceſſione patrui,ſed etiã in prouepote ex ſecundo genito, ad excluſionem tertio geniti, ratione lineæ,licer nepos ex ſecundo geniro non ſit nominatus ita rarionibus, & aorhoritatibus ſuper *capitulo prædicto* 18.probat *Canne.in cap. volentes fol.* 283. *n.56. in fine,& n.*37.vbi idem dicit *n.*54. de parroo magno licer nil de eo in *cap.*18. exprimatur idem ergo dicendũ, quando agitur de ſuccedendo filio parrui,vt in rerminis noſtræ diſceptationis,licet io *cap.*18.de ſucceſſiooe patrui ſine filijs dicatur, nam eadem eſt rario quando ſupereſt filius ſecundo geniti in *cap.*18. nominatus ergo cæteris præferendus eſt iuxta dictum *capitu-*
79 *lum* 18.Natura eoim æqui paratorum eſt, vt inter eos oon derur diſſimilitudo, ſed æqualitas in vno quod io alio ſeruetur *l.1. vbi Doctores omnes ff.de legat.1.Pacian.de probation.lib.2.cap. 27. a n. 1. ad finem* & in puuto æquiparationis lineæ deſcendentis cum tranſuerſali *Molin.de primogen. l. 3. cap. 7 numero* 10.11.*verſ.quæ omnia,& numero* 21. 22. *optime etiam Lofred. conſ. 1. numero* 79.80.

Nec obſtãr illa verba *videlicet* ſeu,*cioè che morẽdo il primo genito ſenza figli,& cætera*,& illa verba *& in eo caſu*, quæ ſunr conſequutiua ad præmiſſa.

80 Primò,quia hæc dictio *videlicet*,ſeu *ideſt*,in caſu dicti capituli non ſtat reſtrictiuè, ſed declaratiuè,& exemplificatiue. *Gloſ. in Clementin. cauſam verbo videlicet, de clection.cap.tranſmiſſa de eo qui cogn.conſ.vxor ſimilis Gloſ.in c.2.de priuil.in.6.verbo videlicet Geminiã conſ.*25. *n.*4.*Men. conſ,*1046. *num.4.lib.11.Caualca.deeiſ.23.num.11.lib. 3.* qui *Crotnm Abbat. Paul.Leon.Curt.Inn.Burſat.*& alios refert reclamautes contra aduocarns in hac dictione *videlicet* ſe fundautes, & reuera exempla diſpoſitionem non reſtringunt *l.regula in fine.ff. de iuris, & facti ignoran.*quod tanto magis procedit in terminis dicti *capituli* 18. vbi vniuerſalis procedit æquipararatio,nè dicarur imprudẽter eius conditores loquutos ſuiſſe,& incontinẽti, imo in eodem contextu verborum ſe correxiſſe, & interpretatio ſumi debet vt dicta dictio, *videlicet* ſtet per modum exempli,non per modum reſtrictionis,vt aliquãdo ex ſubiecta materia ſtare poteſt, nè inducatur correctio incontinenti.*Men. conſ. 6. 31.n.22.conſ.753.n.24.& conſ.1060.n.89. & 97. & conſ.1130.nu.1.*Ideo *Alberic. in ſuo dictionar. verbo Ideſt* oſtendit,hanc dictiooem ex ſubiecta materiam regulandam eſſe quia aliquaodo reſtringit, aliquando exponit, & aliquando exemplificat in omni caſu diſtinctè expreſſa iura adducens.

81 Secundo ex doctrina *Bartoli in l regula §.ſi quis ff.de iuris,& facti ignorari.* vbi quod ſi pręfatio legis eſt generalis,licet lex ſit ſpecialis generaliter intelligitur,& *Alexan.ibi in addition.* ponit concordantes,& dicit quod quale eſt priucipum legis,& ſtatuti ralis iudicatur eſſe fiuis,quia præcedentia trahuntur ad ſequẽtia, & multis auctoritatibus comprobar hoc ipſum, dixerunt *Bald. Ripa Alciat. Villalob. & alij per Molin. de primog. li. 1.cap.5.num.2.3.*& 10 noſtris terminis idem *Mol. lib.3.cap 6 nu. 6.7.* & in indiuiduo caſus æquiparationis linearum tranſuerſalis cum deſcendenri & mareriæ repræſentationis, idem *Mol. lib. 3. cap.7.verſ pro hac n.10. & n.11.verſ.quæ omnia & nu.21. & 22.*vbi quod æquiparatio de linea tranſuerſali ad lineam deſcendẽtẽ in ſucceſſione primogenij, & maiorarus, debet intelligi generaliter, & cum omnibus ſuis qualiraribus, nec debet ſtringi ad voum caſum expreſſum in dicto *cap.6. num.6.7.*& *cap.7.videri poteſt.*

82 Tertio ex ſpeciali in indiuiduo auctoritate. *Illuſtris olim Regentis in ſupremo Italiæ cõſilio Raimundi Ramundetta*,qui ſummaodo Regni capitu-

In hoc capitulū 18. *Regis Philippi* interpretatus eſt
iuxta prædicta, nempè in ſucceſſionibus feudorū,
deſficiente linea primogeniti, filius ſecundo geni
ti præmortui preferatur tertio genito, & cætera;
Nec re vera aliter hoc *capitulum* 18. ſummari
poterat, ſi enim dum durat linea primogeniti, nō
eſt locus tranſuerſalibus, ſed tranſuerſales vocā-
tūr in defectu lineæ primogeniti ergo capitulum
procedit ceſſantibus omnibus ex linea primoge-
niti deſcendentibus, vt ſit locus tranſuerſalibus,
quæ viua eſt ratio; ſi bene perpendatur: Hunc
eiuſdem *Raimundi* intellectum ad iſtud *capitulū*
18. generaliter ſequutus eſt *Maſtrill. ad Petr. de
Gregor. de conceſſion. feud. par. 4. q. 10. liter. A. Mu-
ta in cap. ſi aliquem n. 145. Marta de ſucceſſion. legal.
p. 1 quę 11. art. 3. n. 6. poſt Aretin. conſ. 162. Soccin.
conſ. 252. vol. 2. Tiraquell. de primog. quaſt. 41. Pa-
riſ. conſ. 72. lib. 4. Ceſal. conſ. 590 per eum relatos.*
83 Quarto iſthæc intellectus eſt conformis regu-
lis Primogenituræ, & maioratus, in quibus nō ſo-
lùm ex legibus Hiſpanis ſed, & omnium Docto-
rum opinione ſeruatur prerogatiua lineæ, adeò
quod, licet inter plures filios, vel plures fratres re
gulariter nō detur diſtinctio gradus, ſed omnes in
eodem ſint gradu, quando eſt ſuccedendum in
bonis burgenſaticis, ſine qualitate primogenij,
nec detur prærogatiua ſexus, ſed æqualiter ma-
ſculi, & fœminæ ſuccedunt, vt ſæpius repetitum
ſupra eſt. Tamen quando agitur de ſuccedendo
in bonis vel feudo vbi eſt clauſula iuris francorū,
& ſic qualitas primogenituræ, & maioratus, vt iu
bet. *Capitulum ſi aliquem*, tunc inter plures filios,
ſeu fratres, & ſorores datur diuerſitas gradus, qui
vocantur gradus primogenituræ, videlicet fra-
ter eſt in primo gradu, ſoror in ſecundo, & inter
fratres ſeu maſculos primogenitus eſt in primo
gradu, ſecundogenitus in ſecundo, tertiogenitus
in tertio, & ſic alij ſunt in vlteriori gradu, & hoc
expreſſe dicitur in hoc *capitulo* 18. ibi *vel vlterio-
ris gradus*, ità ad litteram, explicant *Doctores* ſu-
pracitati, & præciſe *Caſtrenſ. dicto conſ. 164. nu.* 5.
lib. 2. & alij multi quos in punto ſequitur *Auen-
dagn. in l. Taur.* 40. *gloſ.* 17. *num.* 23. *vſque ad num.*
26. & ijs non guſtatis *Corſett. conſ.* 11. *num.* 40.
& ſequen.

Quinto eſt etiam iſte intellectus conformis re
gulis communibus in ſucceſſione ex fideicom-
84 miſſo. Nam conſilium *Oldrad.* 21. loquēs de ſubſti
tuto decedente ſine filiis procedit, etiam ſi in-
ſtitutus decedat cum filijs, ſi illi moriantur ſine fi-
lijs quando ex cōiecturata mente teſtatoris hoc
argui poteſt, quamuis ſit materia odioſa fideicō-
85 miſſi, & præciſe in materia, vbi ſeruatur ordo
primogeniturę ceſſat *Oldrad. conſil.* 21. vt late
poſt multos, oſtendit *Caſanat. conſ.* 15. *numer.* 23.
Molin. de primogen. lib. 1. *cap.* 6. *num.* 18. 19. *Gra-
tian. diſcepta.* 771. *num.* 43. *vol.* 4. *Melchior Pa-
laez. de maiorat. par.* 2. *quaſt.* 12. *Menoc. conſ.* 643. *in
fine conſ.* 117. *num.* 14. 15. *conſ.* 220. *numer.* 34. &
lib. 4. *præſump.* 69. *num.* 11. *in fine, & numer.* 15.
Idem eſt ergo quod capitulum loquatur, quan-
do primogenitus moritur ſine filijs, vel quando
moritur cum filio, ſi ille decedit ſine filio quia
ex *capitulo.* 18. aperitur eadem ratione ſucceſſio
ſecundogenito, & eius filio excluſo tertiogenito
vel alio in vlteriori gradu, &c.

Sexto, data paritate caſus, & rationis dicitur
fieri extenſiu ſtatuti ad aliū caſum, ſed dicūtur ca
ſus compræhenſi, eſto, quod ſtatutum videretur
loqui in caſu particulari, & nō generaliter (prout
vere generaliter loquitur,) & dictio *videlicet* ſtat
per modū exempli, ſicut, & dictio *eo caſu* quo-
niam loquuntur de caſu exēplificato nec aperit
quòd exēplū reſtingat regulam, vel generale di-
ctum, & licet in ſtatutis caſus omiſſus habeatur
pro omiſſu, & in correctorij non fiat extenſio de
caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, hęc
admodum brocardica ſunt, vt quis piam gene-
raliter loquendo multa pro ſua intentione affer-
re poſſet vt perplexo, & cōfuſo volumine *villagut*
ſcripſit, *de extenſione legum* & Clarius *Alder. Ma-
ſcard. de general. ſtatu interpretat. concluſ.* 4. ſed ad
86 caſū ordiuate tangendo, omiſſum, in ſtatuto ha
betur pro omiſſu *Tiraquell. de retract §.* 20. *nu.* 11.
ſed limitat Primo, niſi caſus expreſſus ſit ratione
frequentioris vſus ſecundo quādo caſus omiſſus
eſt ſimilis expreſſo, tertiò quando in vtroque mi
litat eadē ratio, quæ hæc omnia mure ſuo com-
probat in ſuper vera regula eſt, quod ad verū in-
tellectū ſtatuti non verba, ſed mens ſtatuentis,
vel ratio expreſſa, aut illa quę vnica aſſignari po-
teſt conſideranda eſt magis ſpiritui viuificanti,
quam verborum cortici, & litteræ inhærendo.
Proinde Doctores aiunt, quòd verba in ſtatuto,
ſeu lege ſunt tanquam corpus, mens vero vel
ratio tanquam anima, quæ tanquam corporis
87 nobilior ſequenda eſt, vbi ergo ſtatutum expri-
mit vnùm caſum, vel perſonam, adhùc ſi eſt ea-
dem ratio in alio caſu, & perſona procedit e-
tiam in correctorijs, quia dicuntur compræ-
henſi, non extenſi, *Pariſ. conſil.* 66. *colum.* 1. *libr.*
2. *Soccin. Iun. conſ.* 30. *lib.* 1. *Crauet. conſilio* 227.
numero 4. 5. 6. *Maſcard. de general. ſtatu in-
terpretat. concluſ.* 4. *numer.* 167. *cum ſequent.* & in
materia ſucceſſionis in feudo ex vocatione certa
rum perſonarum facta per ſtatutum Regni, om-
nino *Minado conſilio* 1. *per tot. præciſo numero*
42. *& ſequen.* qui loquitur ſuper *conſtitutione Re-
gni vt de ſucceſſionibus vbi conſtitutionem comiti-
bus, & conſtitutionem vt de ſucceſſionibus* extendit
Canne. in dicto cap. ſi aliquem fol. 283. *a numer.* 48.
ad numero 66. qui loquitur etiam in terminis
noſtri ſtatuti & illud extendit ad filiam nepotis,
& ad Patruum magnum, quæ tanto magis
procedunt, vbi in prefatione adeſt ratio genera-
lis ex *Alder. Maſcar. dicta concluſ.* 4. *numero.* 167
& vbi æquiparationis ratio conſideratur, vt hic
ex *Molin. Barthol.* & alij ſupra *Maſcar. di-
cta concluſio* 4. *numer.* 189. vbi omnes cumulat.
Item vbi ſtatutum habuit oculos ad lineam, vt
hic per tres vices, ſub verbo, & nomine lineæ,
ſemper ſtatutum loquitur, & vbi eadem mili-
tat ratio dirimendarum litium, item vbi
ſumus in ſucceſſione feudi, cum primoge-
nitura, in quo ſubuocatione filij veniūt nepotes,
& deſcendentes, ex *Iaſone in l. de quibus de le-
gibus*, & ex conditione (ſi ſine filijs) non expirat
fideicommiſſum, ſi decedat cum filio, & ille ſine
filijs

Digitized by Google

filijs,quia ſumus in ſucceſſione feudi,vbi filiorum
appellatione omnes deſcendentes compræhen-
duntur,& ceſſat *Oldrad.conſil.* 21.ex pluribus per
Caſanate conſil. 15.*numer.*23.& profectò iſti ſunt
idem caſus non extenſi,ſed vel expreſſi in gene-
rali ratione,vel comprehenſi,& ſic in eis ex præ-
miſſis procedit ſtatutum.

Demum ne etiam in puncto Doctores deſint,
eſt pro iſta veriore opinione Doctrina, *Gregorij
Lopes part.2.tit.15.l.2. Gloſ.18.verſ. ſed pone iux-
ta iſtam legem Lanat. conſ. 1. numer.47.ſequen.* &
*num.*62.

Domini in Magna Regia Curia anno 1623.in
cauſa Baroniæ Cannicattini de facto contingen-
te pro iſta opinione fauore filij ſecundigeniti mi
noris natu ad excluſionem filij tertiogeniti maio
ris natu, cauſa ex vtraque parte viriliter defen-
ſa terminarunt. Proinde Hieronimum Daniele
Baroniæ poſſeſſorem filium Matij ſecundo geni-
ti minoris natu,tempore mortis Luciæ vltimo lo
co defunctæ, filiæ Michaelis Daniele primogeni
ti, ab impetitione Frãciſci Daniele maioris natu
filij Ioſeph tertiogeniti abſoluerũt,etiam patro-
cinante D.Blaſco Ioppulo inter noſtri temporis
cauſarum patronos conſumatiſſimo ac viro exi-
mij, & præſtantiſſimi ingenij Regioque Conſi-
liario quamuis actor non acquieuerit, ſed cau-
ſam cum votis, & iuſtificationibus via recogno-
ſcendi ad ſupremum Italiæ conſilium introdu-
ci,& deuolui petierit.

Et ex eiſdem ferè medijs,dixi in conſiſtorio Sa
cræ Regiæ conſcientię de anno 1626.in alia cau-
ſa Baroniæ Camemi; & Tonnariæ capitis Paſſe-
ris.Pro Don Petro Bellia contra Don Bernardi-
num de grandi,in qua altercabatur de proximi-
tatis gradu attendendo in ſucceſſione prędictorũ
feudorum vltimo defuncto qui erat Hieronimus
ruffino filius primogenitus Ioannis ruffino pri-
mogeniti Caroli ruffino;quo tempore ad eius ſuc
ceſſionem cõcurrebat ex vno latere Ioannes ruffi
no filius Antonij ruffino tertiogeniti Caroli, &
cõſobrinus dicti Hieronimi vltimi moriẽtis, quẽ
Ioannem per multorum intermedias perſonas re
pręſẽtabat D.Petrus bellia cuius partes defendi,
& ex alio latere concurrebat Rogerius ruffino
quartogenitus, & patruus dicti Hieronimi vlti-
mi morientis; quem Rogerium pariter repręſen
tabat Don Bernardinus de grandi; Quã in cauſa
ex parte Rogerij quartogeniti.& patrui diceba-
tur,quod cũ apertę ſucceſſionis tẽpore per mor-
tem Hieronimi ruffino filij Ioannis ruffino pri-
mogeniti, ipſe Rogerius patrus reperiretur pro-
ximior in gradu dicto Hieronimo nepoti vltimo
morienti,nempè in tertio gradu, de iure ciuili,
licet quartogenitus, quod vtique eſſet præferen-
dus,Ioanni ruffino filio Antonij tertiogeniti, &
conſobrino vltimi moriẽtis,& in quarto & remo-
88 tiori gradu conſtituto; Idque pretextu, quod
inter tranſuerſales in ſucceſſione feudorum,cum
clauſula, iuris francorum, ſpectandus ſit nudus
proximitatis gradus,reſpectu vltimi moriẽtis,ex
verbis *capituli prædicti ſi aliquem*, ſub Rege Iaco-
bo,ibi *ille qui tempore mortis ſuper erit defuncto pro
ximior in feudo ſuccedat*, & ſic prærogatiua gradus
attendẽda videretur,& non lineę, ex *Cannet. in c.
volentes.§. præmittẽdum eſt a n.87.ad n.93.f.243.
& §.an filius excludatur,num.19.fol.*288.*Milan.de
cil.* 8. *à nu.*224. *cum ſequen. lib.*1. *Hieron.Fimi in
cauſa Miſirindini impreſſ.poſt Milan.dict.Dec.8.a n.
82.ad nu.* 90. *Petr. de Greg. de conceſs. feud.par.4.
quæſt.10.a num.*21. *& ſequen. Maſtrill.in addition.
dict. quæſt.10.liter.A Bollognett.conſ.9.a nu.45. &
ſequen.Corſet.conſ.9.num.33.in feudal.*qui refert ſẽ
tentiam Magnę Regię Curiæ in dicta cauſa Baro
nię Camemi ſuper qua diſceptabamus nos in di-
cto Tribunali conſiſtorij via appellationis, *Cu-
mia in capit. ſi aliquem verbo proximior a nu-
mer.* 31. *& ſequent. & verb. Gradus numer.* 99.
vbi pro gradus prærogatiua ſentire videtur, ſed
non ita.

89 Ego vero dixi non gradus pręrogatiuam ſpe-
ctandam eſſe in ſucceſſione pręmiſſa ſed lineam,
eiuſque pręrogatiuam etiam inſpecta diſpoſi-
tione dicti capituli *ſi aliquem*. Et ſic, vt Ioan-
nes ruffino,qui erat ex linea & filius Antonij ruf-
fino tertiogeniti præferendus eſſet in ſucceſſio-
ne Hieronimi ruffino, filio ex primogenito vlti-
mo loco defuncto, ita vt defecta linea dicti Ioan
nis primogeniti per mortem dicti Hieronimi ſui
filij ſine filijs, ac etiam defecta linea ſecundo
geniti ob mortem eiuſdem ſecundo geniti ſine
filij ſucceſſio deferenda eſſet ei qui eſt de linea
tertiogeniti eſto remotiſſimo in gradu, & non
quartogenito, quamuis, proximiori in gradu.
Quod fundatur ex eodem capitulo *ſi aliquem*,
per quòd non ſolam, & nudam proximitatem eſ-
ſe attendendam diſponitur; ſed prærogatiuam
primogenituræ. Ex qua primogenituræ præro-
gatiua ſeruanda reſultat virtualiter, vt in ſuc-
ceſſione præcipuè,& primordialiter linea ſit ſer-
uanda,& non gradus proximitas,ideòque doneo
quiſque de linea proximiori ſuper exiſtit; ex-
cludit quemlibet de remotiori linea,licet, in gra
du proximiorem vltimo defuncto ex ſuperiùs
diſcuſſis,& firmatis; tum ex doctoribus de iure
communi,& ſubtilliſſimis Hiſpanis,tùm etiam ex
noſtris interpetribus in dicto cap. *Si aliquem
Blaſc. Lancea in dicto cap.ſi aliquem. Cumia in dict.
cap. ſi aliquem, verb. proximior num.* 23. 24.28.
verſi.ſed hęc interpetratio, & *numero* 29 vbi quòd
hæc ſententia ei admodum placet, & *numero*
40. & licèt in ſequentibus numeris alios referat
intellectus ad dictum verbum *proximior* vere non
reſidet, niſi cum iſta opinione *Blaſchi*, & pro
prærogatiua lineæ *Intrigl.de feud. cent.2.art.3.nu-
mero* 52.*&* 53.*& Blaſcus,& Cumia in dictis locis* ve
re decidunt caſum iſtum, & alij alibi in locis iam
deductis,& ſæpiùs ſupra repetitis. In cuius confor
mitatem ſuperuenerũt in Regno tam in ſucceſſio
ne deſcendentium, quàm tranſuerſalium capitu-
la Imperatoris Caroli 118.& 204. & Regis Phi-
lippi 18. lineam eſſe ſpectandam diſponentia,
licet verum ſit, quod tempore apertæ ſucceſ-
ſionis prædictorum feudorum ob mortem di-
cti Hieronimi ruffino vltimi morientis, & filij
Ioannis primogeniti non adhuc in Regno erat
compilatum capitulum prædictum Regis Phi-
lippi 18.deferentem ſucceſſionem trãſuerſalium

in feudo habito reſpectu ad prærogatiuam lineæ & non ad gradus proximitatem, ſcilicet quòd deficiente linea primogeniti, filius ſecundogeniti præmortui præferatur tertiogenito quemadmodum in ſucceſſione deſcendentium, idem diſpoſitum fuerat in Regno ex capitulis Imperatoris Caroli prædictis 118.& 204. Quod capitulũ Regis Philippi quamuis pro futuris caſibus tantum diſponere videatur, vt ex finalibus verbis eiuſdem apertum eſt, tamen non poteſt non fateri, quòd cum capitula prædicta 18.& 118.& 204. Imperatoris Caroli fuerint compilata, non per viam nouæ legis condendæ, ſed eligendo meliorem opinionem de iure, ad ſedandas controuerſias, & litigia, ſaltem interpetratiuè extendantur per extenſionem comprahenſiuam ad præterita.

Et exiſtentibus dominis dicti Tribunalis conſiſtorij inter ſe in contrario voto Altero pro gradus proximitate tantum attendenda ſentiente, penitus neg ando lineæ prærogatiuam admittendam, Alteris vero duobus Dominis cõſtanter pro lineæ, & primogenituræ prærogatiua, excluſa gradus proximitate rectius affirmantibus. Tandem factum cauſæ prædictæ fuit vt altero ex dictis duobus dominis Regijs Conſiliarijs, qui fuit ſpectabilis Don Martinus Nauas de puobla, abſente, & ab E. S. Pro Regio Seruitio legato, Tertius in eius locum ſubrogatus, qui fuit ſpectabilis de Cirino cum opinione eius qui nudam proximitatem,& gradum eſſe ſpectandum cenſuit excluſa linea prolaberetur; Proinde audiuimus profatam cauſam ſub die 8.Iunij 1626. fuiſſe votatam ad fauorem Don Bernardini de Grandi contra Don Petrum Bellia Baronem Sed ſtantibus litteris S. C. M. via recognoſcendi vota ſunt traſmittenda cum iuſtificationibus in Supremo Italiæ Conſilio. Ex ſuperius tamen examinatis fauore lineæ in cauſa prædicta Baroniæ Caunicattini, vbi pro opinione fauore lineæ fui reſolutum, patet quam ſecundum veriores iuris tramites, ac mentem Capitulorum Regni Noſtri Doctiſſimus ac non ſatis laudatus Regius Conſiliarius Don Blaſcus Ioppulus pro primogenituræ, & lineę prerogatiua in Cauſa prędicta Camemi protulerit votum; Quod ab alijs Regij Conſiliarij,& aduocatis eiuſdem cauſę meritis Conxijs fuit approbatum.

SVMMARIVM.

1 *Dos de paragio debetur illis Perſonis excluſis a ſucceſſione pheudi ex prærogatiua ſexus, vel ætatis, & num.32.*

2 *Excluſio eſt cauſa, vt dos de Paragio debeatur excluſis a ſucceſſione pheudi vide num. 34.35.*

3 *Dos de paragio eſt debita ſicut portio Hæreditatis, & pheudi nu. 33.*

4 *Dos de paragio illis debetur pro quarum dote Baro, qui teneretur de neceſſitate dotare poſſet a vaſſallis adiutorium petere.*

5 *Vita militia illis debetur pro quibus Baro adiutorium a Vaſſallis petere poſſet.*

6 *Dos de paragio debetur à ſecundo genito ſuccedente in pheudo nepti ex filio primogenito præmortuo viuente auo vide nu. 50.*

7 *Dos de paragio an debeatur nepti ex ſecundo genito præmortuo viuente auo per tot.& nu. 57.*

8 *Adiutorium peti poteſt à vaſſallis pro maritanda nepte ex filio ſecundo genito, vel alijs filiis, & num. 36.*

9 *Adiutorium debetur Auo, qui maritat Neptem ex filio etiam Patre viuo, & diuite exiſtente.*

10 *Auus tenetur dotare Neptem, & num. 40. 51.*

11 *Filij Appellatione venit Nepos etiam in ſtatuto, & num. 12. 58.*

13 *Nepos, & Neptis appellantur fratres etiam in ſtatuto.*

14 *Conſtitutio Regni in aliquibus procedit etiam in nepte, & n 62.*

15 *Vita militia debetur Nepoti tam ex filio primogenito, quam ſecundo genito præmortuo viuente Auo vide num. 54.*

16 *Dos de paragio vitæ militiæ æquiparatur, & rectè ab vno ad alium arguitur nu. 38.*

17 *Dos de paragio an loco legitimæ ſuccedat.*

18 *Legitima ex propria perſona debetur Nepoti ex filio præmortuo in bonis Aui.*

19 *Filius ſubintrat gradum Patris in ſucceſſione aui, & dicitur effectus de eodẽ gradu, prout ſũt alij filij.*

20 *Nepos Patre præmortuo ſuccedit auo ex propria perſona.*

21 *Nepos ſuccedit auo cum Patruis quia gradũ Patris repræſentat.*

22 *Nepos primum gradum obtinet ſicut filius.*

23 *Nepos ex filio habet ius dicendi de nullitate aduerſus teſtamentum Aui.*

24 *Nepos ſubintrat gradum Patris feudalibus, & nu. 27. ſeq. num. 31.*

25 *Nepti ex filio ſecundogenito præmortuo viuẽte auo quia locum Patris ſubingreditur compedit paragium, quamuis eius Pater ſi viuus fuiſſet non potuiſſet niſi vitam militiam petere.*

26 *Filio locum Patris ſubingredienti non debetur plus quã ipſi Patris ſubingreſſo debebatur in bonis aui.*

27 *Repræſẽtatio, & ſubingreſſio in locum Patris an detur in feudalibus vbi iure frãcorũ viuitur, & n. 31*

28 *Repræſentationis ius locum non habet in rebus particulari beneficio ſtatuti debitis.*

29 *Filij an ſubintrent locum Patris in ſtatuto loquente de fratre.*

30 *Filius ſubintrat locum Patris ſi ſucceſſio ſemel Patri fuiſſet delata, & ius quæſitum.*

37 *Adiutorium peti poteſt à vaſſallis pro militia filijs ex ſecundogenito præ defuncto.*

39 *Adiutorium an debeatur a vaſſallis pro maritanda Nepte ſicut pro maritanda Baronis filia.*

41 *Adiutoriũ a debeatur Primogenito pro maritanda Nepte filia ſecundogeniti.*

42 *Onus dotandi de paragio tranſit in ſucceſſorem in feudo; Idem de vita militia, & num. 45.*

43 *Dos de paragio eſt onus, & portio feudi.*

44 *Dos de paragio, & vita militia habent cauſam obligationis neceſſaria, & de præterito.*

Legatum an compenſetur cum dote de paragio numer. 44.

46 *Primogenito ſtatim quod naſcitur acquiritur certa ſpes in habitu ſuccedendi in feudo vel maioratu.*

Regis

47 *Regis filius in vita Patris Rex vocatur, quia habet in ſe radicatam ſucceſſionem habitualem Regni.*

48 *Primogenitus ſi decedat viuo Patre ius primogeniture ad eius filium tranſmittit.*

49 *Secundogenitus non dicitur habere ius etiam in ſpe ſuccedendi in feudo in vita Patris.*

52 *Dos de paragio ex conſtitutione in aliquibus tantum debetur ſorori, & amitæ Baronis, & nu. 55.*

53 *Omiſſum pro omiſſo habetur in ſtatuto.*

56 *Patruus non tenetur maritare Neptem ex fratre, & de paragio dotare, vide nu. 57.*

59 *Filiorum appellatione veniunt nepotes in diſpoſitionibus fauorabilius, & fauorem filij continentibus etiam in correctorijs nu. 60.*

61 *Statutum excludens fœminam propter maſculum eſt fauorabile.*

63 *Adiutorium debitum pro ſorore maritanda ex conſtitutione Regni quamplurimum extenditur exui comprahenſiua ad Neptem.*

ARGVMENTVM.

Dos de Paragio, an debeatur Nepti ex filio ſecundogenito præmortuo viuente Auo ad intellectum conſtitutionis in aliquibus.

RESOLVTIO II.

EX Theorica *Petri de Gregorio in tract. de dote de parag. q. 4. & q. 1.*
vniuerſales regulas habemus,
quibus dos de paragio ſit debi-
1 ta, idque deducit Primò, quod
illis perſonis debetur dos de
paragio, quæ propter exiſtentiã
maſculi, vel Mulieris maioris natu concurrentis
in eodem gradu, & ſuccedentis in toto feudo re-
pelluntur ab eius ſucceſſione, quam regulam ex
textu *conſtit. in aliquibus* colligit *verſic. ſi autem*,
ibi *dum tamen de ſucceſſ. Fil. Comit. & Baron. lib 3.*
2 *Petr. de Greg. dicta quæſt. 4. num. 1.* & quòd ſola ex-
cluſio ſit cauſa, vt dos de paragio debeatur dixe-
runt *Lanari conſ. 70. num. 4. Ponte conſ. 65. num. 1.
Vincen. de Franc. dec. 73. præciſe num. 16. 17. vbi al-
legat Capic. Frec. & Minado. Intrigliol. de feudi cent.
2. art. 73. num. 19. Vincen. de Anna alleg. 70. num. 2.
3. & Fabius de Anna conſil. 6. Lelius Caputus in re-
pet. ad conſuetud. Neapol. ſi moriatur par. 2. §. 2. num.
9. 22. Corſ. conſil. 16.* quod alibi latius firmauimus;
ob id *Iſernia in præfata conſtit. in aliquibus in 8. col.*
3 *in principio*, dotem de paragio filiæ deberi, ſicut
portio hæreditatis firmat, ex quo à ſucceſſione
propter ſexum, vel ætatem repellitur, idem *Petr.
de Gregor. de dote de parag. quæſt. 1. num. 14. Fab. de*
4 *Anna conſil. 6. num. 3. lib. 1.* Secundò quod illis, pro
quarum dote Baro à vaſſallis adiutorium petere
poteſt, & quòd teneatur de neceſſitate dotare pa-
ragium debitum ſit ex *Iſern. in conſt. quamplurimũ,
& in conſtit. Comitibus Afflictus in præfata conſtit.
quamplurimum num. 35. in fine, Petr. de Greg. dicta*
5 *quæſt. 4. num. 2. & quæſt. 13. num. 4.* & de vita mili-
tia dixerunt *Auson. de Nigris in cap. 12. Regni Nea-
pol. num. 8. 12. Afflict. conſt. quamplurimum n. 19. &
ibidem Bartholomeus de capua verſ. item quaro an
pro militia Nepotis.*

Infert ex hoc ideo *Petr. de Gregor. dicta quæſt. 4.
illation. 4. & Intrigliol. de feud. qu. 51. nu. 223. cent. 1.*
6 quod ſecundogenitus, Nepti ex filio primogeni-
to præmortuo viuente Auo, paragium præſtare
teneatur, quia pro ea adiutorium peti poſſe dicit,
itaque expreſſe concludere *Iſern. in conſt. Comitib.
in ſecunda lectura col. penult. verſ. quid ergo ſi primo-
genitus*, vbi multa ſubtilia adducit pro, & contra,
& hoc dicit eſſe caſum nouum, & Ceſarea deci-
ſione indigere firmat, *Cannic. in extrauag. volentes,
verſ. ſed pulcra num. 3. 4. & ſeq. fol. 91.* vbi repræhen-
dit *Gregor. & Afflict. in conſt. quamplurimum n. 35.
li. 3. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p. 7. q. 8. verſ. quar-
tus caſus num. 14.*

7 Sed an per primogenitum nepti in filio ſecun-
dogenito præmortuo viuente Auo peragum de-
beatur; (de quo quæſitum eſt principaliter) verè
caſum iſtum omiſit *Petr. de Gregor. dicta quæſt. 4.*
ſed *Iſernia in eodem loco citato per Gregor.* nempè
in dicta conſtit. Comitibus colum. 5. ſub numer. 80.
verſic. vbi verò, hanc quæſtionem format, & licèt
eodem modo, prout in ſuperiori quæſtione, dicat
caſum eſſe nouum, tamen magis quòd paragium
debeatur inclinat, & quòd immo videatur caſus
magis facilis, & apertus, quam ſi ageretur de do-
tanda nepte ex primogenito ex alijs per *Iſerniam*
dicto loco adductis.

Præterea Petr. de Greg. de conceſſion. feud. p. 7. q.
8 *8. verſ. ſecundus caſus num. 9.* quod adiutorium pe-
ti poteſt per Dominum à vaſſallis pro maritanda
Nepte ex filio ſecundogenito, vel alijs filijs ex
profeſſo concludit. quia talis Neptis eſt de gene-
re ſuo, & deſcendentibus per directam lineam, &
ab Auo, qui ex iuris neceſſitate dotare tenetur, al-
legat *Iſern. in d. conſtit. Comitibus in ſecunda lectura
colum. 2. verſic. vbi verò l. final. C. de dotis promiſſ.
Socc. & Repeten. in l. 1. ff. ſolut. matr. Vinc. de Franc.
deciſ. 215. Minado. in conſt. in aliquibus in verbo fi-
liorum num. 35. & ſeq. Petr. de Gregor. de dote de pa-
rag quæſt. 4. num. 2. verſ. 4. infero, Intrigl. de feud. art.
93. num. 97. 98. centur. 2. Afflict. in conſt. quampluri-
mum num. 19.* qui loquitur de Nepote, dicendo
quòd eſt de genere, & ibi *Bartholom. de Capua.
Marin. Freza de ſucc. feud. lib. 2. auctorit. 2. num. 17.*
vnde ſequitur Paragium deberi, verùm non ſine
aliquo ſcrupulo videtur procedere id, qood di-
ctum eſt in caſu propoſiti articuli; Nam *Greg. d.
loco* loquitur dummodo Auus maritet Neptem in
vita ſua, ſecus ſi per primogenitum ex morte aui
in feudo ſuccedentem, de quo latius infra, & ge-
9 neraliter quòd quando Auus maritat neptem ex
filio debeatur adiutorium latè *ex Bartholomeo de
Capua. Afflict. & Frecia.* ſcribit *Vinc. de Franc. dec.*
215. cum alijs ſupra adductis per multas ratio-
nes, etiam ſi Pater ſit diues, & viuus, & inter alias
10 quia Auus etiam de iure Neptem dotare tenetur
*Bart. & Doctores omnes in l. 1. ff. ſol. matr. Surd. de
alim. fol. 11. num. 5.* vbi etiam de Nepte ex filia,
& fol. 15. 81. 82. & 179. vbi etiam de Nepte diui-
te;

Digitized by Google

te; Et etiam eſt ratio quare debeatur adiutorium
11 pro maritanda Nepte per Auum, quia filij appellatione venit Nepos etiam in ſtatuto, & in conſtitutione Regni expreſſum eſt de filia, & non de Nepte, ratione frequentioris vſus, & non ſolum caſus ſimilis eſt, ſed idem & non dicitur extenſio, ſed compræhenſio, vt ex multis hanc rationem inter alias fundat *Franc. dicta deciſ. 215. Afflict. in conſt. quamplurimum num. 19. 20. & 21.* Generale
12 quoque eſt Nepotem appellatione filij venire, ſicut appellatione Patris venit auus, cæteriq; aſcendentes, de quo per *Surd. de alimen. fol. 11. 12. 15.*
13 *109. 201. 295. 400.* immo Nepos, & Neptis appellantur fratres etiam in ſtatuto iuribus per *Alberic. de ſtatut. quæſt. 107. num. 10. tom. 2. fol. 41.*
14 Et magis in ſpecie quòd *conſtitutio in aliquibus*, procedat etiam in Nepte, ex iſta ratione latè ibi concludit *Minado in rubr. num. 35. fol. 23. colum. 1. poſt Iſern. citat. addit. ad Petr. de Gregor. dicta q. 4.*

Ad huius affirmatiuæ opinionis confirmationem ab æquiparatis arguendo accedat, quòd vita
15 militia ſicut debetur tàm Nepoti ex filio primogenito præmortuo, quàm Nepoti ex filio ſecundogenito præmortuo viuente Auo, vt concludit *Petr. de Greg. de vita militia qu. 4. in fine Vincen. de Franc. deciſ. 542. lib. 4.* vbi teſtatur in Sacro Conſilio fuiſſe deciſum anno 1594. *Giorg. alleg. 9. num. 24.* & in Regno non controuertitur pariter pa-
16 ragium cum æquiparatum ſic vitæ militiæ, & rectè ab vno ad alium arguitur *Iſern. in conſt. Comitibus in princ. Canniei. per Fab. de Anna conſil. 6. num. 11. conſil. 75. num. 4. 6. 9. Ponte conſil. 79. num. 5. 7. lib. 1. Amatus conſil. 11. 12. Petr. de Gregor. de vita militiæ quæſt. 2. numer. 2. Lelius Caputus in repetitio conſuetud. Neapolis incip. ſi moriatur p. 2**. 2. nu. 19.* quamuis in multis differant.

Idemque firmari videretur, & ſi ſubſtineatur
17 paragium loco legitimæ ſecundum aliquos ſuccedere. *Iſern. in conſt. in aliquibus Io: Andr. & Doctores in cap. licet de voto per Cannec. in cap. ſi aliquem §. at pulchra, & nodoſa num. 57. Loffred. conſil. 26. Fab. de Anna conſil. 6. num. 3. poſt Camerar. Tiraquell. Pern. Paridem de pute. Franc. & alios per eum Ponte. conſil 65. & 79. lib. 1. & conſ. 50. num. 4. volum. 2. Vinc. de Anna allegat. 70. numer. 13.* Nam
18 certum eſt legitimam Nepoti ex filio præmortuo in bonis Aui ex propria perſona competere, *Graſſ. §. legitima quæſt. 4. num. 1. Becc. conſil. 106. numer. 11. Peregr. de fideicomm. art. 36. numer. 38. 39. Menoch. conſil. 944. num. 64. conſil. 1037. num. 12. 13. 14. conſil. 1039. num. 10. Surd. conſil. 185. numer. 11. conſil. 473. num. 4. Giorg. allegat. 9. num. 5. Gratian. diſceptation. 259. numer. 27. Caſtill. deciſ. 189. libr. 2.*

Ratio verò excluſionis à feudi ſucceſſione propter prærogatiuam ſexus, vel ætatis, & ſubingreſſionis locum, & gradus Patris præmortui viuente Auo, omnino patens, & præcipua eſt pro dote de paragio huiuſmodi Nepti ex ſecundogenito præmortuo Auo viuente debenda; Filia enim gra-
19 dum Patris ſui dicitur ingreſſa eo caſu, & effecta de eodem gradu dicitur, prout ſunt alij filij Aui *l. poſthumorum ff. de iniuſto, & rupto teſtam.* & Auo
20 non ex perſona Patris cui nullum fuit delatum ius ob eius præmorientiam, ſed ex propria perſona ſuccedit *Bart. in l. 1. §. ſi ſit Nepos in pr. ff. de collat. dotis Bar. Bald. Salyc. Alex. & alij in l. 2. C. de liber. præter Alex. conſil. 4. num. 3. lib. 4. Iaſ. in rubr. num. 4. C. de ſucceſſor. edicto & conſil. 221. num. 12. lib. 2.* & ibi *Becc. in addit. litt. B, Bero conſil. 149. num. 11. lib. 2. Gabriel. conſil. 153. num. 21. lib. 1. Cephal. conſil. 334. num. 42. conſil. 431. num. 26. lib. 3. Tob. Non. conſil. 49. num. 20.* Hinc eſt quòd nepos Auo
21 cum Patruis ſuccedit, ex quo gradum ipſius Patris ſubingreditur, ac repræſentat: licet iure proprio veniat text. in *l. 2. Cod. de ſuis & legitim. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius verſic. & vxorem nomine Adelaſiam ſub num. 69. de teſtam. Becc. conſ. 16. num. 5. verſic. præterea Cephal. conſil. 431. Muret. conſil. 1. num. 8. & num. 45. Surd. conſil. 328. num. 1.*
22 *lib. 3.* Pariter primum gradum obtinet Neptis, ſicut & filius *§. neque illo in Auth. de Trie. & ſemiſſ. l. 1. §. ſi filius ff. de ſuis & legitimis, Rum. conſil. 187. num. 1. lib. 2. Gabr. conſil. 11. num. 22. Capra conſil. 53. num. 4. Vaſquez de ſucceſſ. lib. 3. §. 30. par. 3. lim. 34. ſub num. 275. & num. 235. Graſſ. de ſucceſſ. §. legitima quæſt. 4. in princ. Petr. de fideicomm. art. 15. numer. 14. Honded. conſil. 90. numer. 31. & num. 32.*
23 Nepti ex filio competere nullitatis quærelam dicit aduerſus teſtamentum Aui, quia gradum Pa-
24 tris obtinet, & in feudalibus quod ſubintret gradum patris, eſt textus in *cap. licet de voto §. 1. §. his verò deficientibus de grad. ſucceſſ. in feud. vbi Bald. Aluar. Velaſc. de iure emph. q. 50. nu. 1.* Nepti igitur
25 locum patris ſui ſecundogeniti præmortui Auo viuente ſubingredienti, cum à primogenito, tùm ex prærogatiua ſexus, tùm etiam ætatis à feudi ſucceſſione excludatur paragium ex repræſentationis iure prædicto ei debitum eſſe conſtituendum videretur, cum hac tamen differentia, vt in perſonam ſecundogeniti Patris illa portio debita propter excluſionem fuiſſet vita militia, & in perſonam neptis dicatur dos de paragio: paragium enim, & vita militia æquiparari conſtat *ex Andr. de Iſern in conſt. Comitibus*, & ideo ſecundogenitus eſt ſicut fœmina, cui datur paragium & econtra. *Loffred. in cap. 1. §. quid ergo inueſt. de re aliena facta Franc. deciſ. 61. Fab. de Anna conſil. 75. nu. 13.*
26 Licet alij ſentiant non poſſe plus dari ſubingredienti, quam daretur ſubingreſſo, & ob id non deberi dos de paragio Nepti ex ſecundogenito præmortuo, ſed vita militia, quę Patri competebat, quia tantum habet, quantum eius Pater habuiſſet. *Alex. conſil. 4. num. 13. lib. 4. Pancirol. conſil. 169. num. 13. Bimi. conſil. 2. num. 56. conſil. 122. num. 12. Paul. Leo. inter conſil. vltim. vol. lib. 2. conſil. 28. num. 13. 47. 49. & 51. Bart. in l. 1. §. ſi ſit Nepos circa princip. ff. de collat. dotis Vegi. conſil. 63. num. 79. verſic. idem dicit Bartol.* nec vitam militiam Patris peret, cui ſubingreſſa eſt filia, quia verè vita finitur.
27 Nec reſiſtet dici in Regno non dari ſubingreſſionem, & proinde non poſſe dici Neptem locum, & gradum patris ſecundogeniti ingredi in feudis, vbi viuitur francorum iure *ex cap. ſi aliquem*, ibi, *proximior, vbi Cumia latè in verbo proximior, Milan deciſ. 8. lib. 1. Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 36. poſt Petr. de Gregor. & Iſern. in cap. 1. §. ijs vero de grad. ſucceſſ.*

ſucceſs.Velaſc. de iure emphyteut.quæſt.50.Fab. de
Anna conſ.125.lib.2.Natta conſ.129.lib.1. Clar.§.
feudum quæſt.9.Rub. conſ.82.85.Alex.conſ.104.l.
4.cõſ.85.& 129.lib.5.Bald.in l. hoc iure quæſt.6. de
28 *iuſt.& iure.Frecia.de ſub feu.differ.34.*Item cũ dos
de paragio particulari beneficio ſtatuti,& conſti
tutionis debeatur in ea iura repręſẽtationis locũ
non habeant *ex Auendagn.l.Tauri 40.gloſ.1.num.*
60.Author Damnatus in addition.ad Alexan.conſ.
29 *36.lit. F.l.6.*vbi etiã de ſtatuto vocantes fratres
dicit quod eis,deficientibus licet eſſent nepotes
ex fratre,tamẽ de eis nõ intelligitur ſtatutum,&
frater,qui prędecedit non tranſmittit ius nõ quę
ſitum ad filium,cui ex ſuo capite nullum ius cõ-
petit à ſtatuto,à quo non eſt vocatus,nec etiam
competit iure tranſmiſſionis cum nihil patri fue-
rit acquiſitum *Gugliel.de perno conſ.11.verſ.non ob*
30 *ſtat quod reputantur* vbi quod filius ſubintrat in
gradum patris,quoties deceſſio fuiſſet deuoluta,
& acquiſita ſemel patri,& non aliter ſequitur *Mi*
lan.deciſ.9.n.76.lib.1.& cum ſecundogenitus non
dicatur tempore ſuę premorientię habere ius
quęſitum nec etiam in ſpe, vt voluit *Becc. conſ.*
*34.n.17.*quod nullo modo de ſubingreſſione vi-
detur poſſe tractari.

Etenim pręmiſſis multipliciter reſponderi poſ
ſet ex eis quæ ad materiam ſubingreſſionis dixi-
mus in reſol.3.ſed ea parent non procedere quan
do agitur de ſucceſſione aui,& ſic ad dote de pa-
ragio ſuper feudo relicto ab auo vltimo poſſeſſo-
31 re quo caſu ſemper datur ſubingreſſio in gradum
patris in bonis feudalibus,in quibus iure franco-
rum ſucceditur *Oldrad. conſ.124.Ancb. in c.licet*
in vltima colum. de voto vbi Cardin. ad fin. Abbas
conſ.88.colum.penul.lib.1. Caſtrenſ. cõſ.164.lib.2.
Aretin.conſ. 174.Socin. conſ.254.l.3.Gramat.dec.
1.n.16.Tiraquell.de iure primogenit.quæſt.40.nu.1.
vbi contrarijs reſpondet, *Couarr.practicar.quæſt.c.*
38.nu. 5.& lib. 3.var.reſol.cap.5.num.8. teſtatur
hanc opinionem communiter receptam eſſe
per totum orbem *Gabr.conſ.130.num. 37. lib. 2.*
Meno.conſ.269.nu.42.lib.3.Michael abguara in apo
*logia ſucceſſionis Regni Franciæ par.2.num.113.*vbi
hanc fatetur eſſe crebriorem noſtra tempeſtate.
Molin.de primogen.lib.3. cap.6.Berrett. conſ. 134.
Fab.de Anna conſ.125. num. 37.38.39.40. lib. 2.
vbi refert *Doctores ad n.42.*loquẽs in feudo ex pa
cto,& prouidentia in quo viuitur iure francorũ,
quę opinio hodie eſt indubitata *per cap. 118. Re-*
gis Caroli & cap.18.Regis Philippi ſecundi etiam
inter trãſuerſales ex *Intrigliol. de feud.art. 36.nu.*
192.centur.2.Additio ad Petr.de Gregor.de conceſ.
feud.p. 4.q.10 liter.A. verſ. licet hodie hæc opinio
Cumia in cap. ſi aliquem in verbo gradu n.46.puntua
lis eſt Mirado in conſt.in aliquibus in 3.notab.n.118
*verſ.contraria tamen & num.135.*dicit quod ſubin-
greſſionem in locum,& gradũ patris filia ius gra-
dus paterni conſequitur *Milanenſ. pariter in præ-*
*fata deciſ.8.*nec obſtat quia,& ipſe loquitur prout
alij noſtrates in ſucceſſione collateralium, prout
loquitur cap. ſi aliquem,non autem in ſucceſſio-
ne aſcendentium, quia tunc ſecundum opinionẽ
omnium,vt tradit *Cannici in cap.ſi aliquem §. ſed*
*hic tractandum nu.4.& 6. et ſeq.fol.306.*filij in gra
dum patris ſubintrant *per text.in conſtit.vt de ſuc*
ceſsionibus § filij fratrũ.& licet ipſe *Cannici n. 16.*
videatur tenere ex opinione *Andreæ de Iſernia in*
cap.1.§.bis autem defficientibus in gradibus , quod
etiam in ſucceſſione deſcendentium, quando de-
fertur iure francorũ non admittatur ſubingreſſio
dicendo *Iſerniæ* opinionem eſſe communem, ta-
men magis communis opinio eſt in contrarium,
& *Andræam in dicto cap. 1.§. bis deficientibus* eſſe
repellendum,prout alios contrarios dicit. *Anna*
*dict.conſ.125.n. 42.ver.ex iſtis.*Itẽ contra *Milanen-*
ſem & Fimiam tenet ibi Anna n.56.& quidquid ſit,
hodie datur ſubintrantia *ex capitulo Regni Caroli*
*118.& Regis Philippi.cap.18.*etiam in ſucceſſio-
ne tranſuerſalium, vt in pręcedenti reſolutione
diſceptum eſt.

Sic pariter ratione excluſionis ſtantibus prædi
ctis de ſubingreſſione loci,& gradus patris dos de
paragio huiuſmodi Nepti eſt debita, nam niſi ea
a ſuperexiſtẽte primogenito,& maſculo a ſucceſ-
ſione repelleretur, feudum haberet ſine portionẽ
eius de iure communi feudorum competentem
ergo eius loco dos de paragio debetur ex vniuer-
32 ſali regula qua diſpoſitum eſt dotem de paragio
deberi excluſæ a maſculo in eodem gradu exi-
ſtẽte a feudi ſucceſſione quod deſumi ex medulla
textus *conſtitutionis in aliquibus verſ.ſi autem,&*
ibi Andr. de Iſern.colum. 8.in princ.& colum. 12.
alibi diximus *ex Petr.de Gregor. de dote de parag.*
q.4.nu.1.& quod ſola excluſio ſit cauſa tradendi
dotem de paragio tradidit *Lauar.conſ.70.num.4.*
Ponte conſ.65.n.1.Franc.dec.73.maxime n.16. 17.
vbi allegat Capic.Freciam,& Minad. Intrigliol. de
feud.art.73.num.19.centur.2.Corſett.conſ.16.in feu
33 *dal.vbi Illuſtris Regens filius* proinde paragium
eſſe loco portionis feudi a qua quis excluditur,&
poſſet ſuccedere ſi feudum non eſſet indiuiduum,
omnes firmant.*Petr.de Gregor.de vita milit. qu.1.*
& de dote de parag.quæſt.2.Iſern.in conſt.Comitibus
colum.2.verſ. Periti Regnicoli,& verſ.eadem ratio-
ne nu.60. 70.& in conſt.in aliquibus Minad. conſ.1.
n.44.67.Maſtril.ad Petr.de Gregor.de vita milit.q.
4.lit.C. & de dote de parag. quæſt.2.liter.A.Milan.
deciſ.5.numer.76 lib.1.Anna conſ.75. lib.1.Ponte
conſ. 65.& 79.lib.1.Doc. conſ.46. nu. 20.& 30.li.
3.Surd.de alim.tit.3 q.1.n.39.& tit.7.q.15.n.16.
34 Alij dixerunt aduerſus illud fundamentũ quod
dos de paragio debeatur ratione excluſionis
illud non probari,nec eſſe verum cum nullibi in
conſtitutione Regni id reperiatur expreſſum.
Cannici in ca.ſi aliquem.§. At pulchra,& nodoſa n.
37.ſeq.& cum iſta ratio non ſit ſcripta,ſed potius
excogitata non ſit attendenda *late Cumia in cap.ſi*
aliquem verbo maritata.n.458.cũ ſeq. Fortius quia
conſtitutio non generaliter,ſed de amita,& ſorore
maritanda loquitur;Item quod ſi iſta ratio exclu
ſionis fuiſſet conſiderabilis,fruſtra *Iſernienſis* tor-
queret in decidendo quæſtionem de filia primo-
geniti præmortui, quæ multo magis dicitur ex-
cluſa,quam filia ſecundogeniti,cum habeat iura
fortiora ac magis conſiderabilia,& magis radica
ta, vt dicit *Milan.deciſ.9.n.73 lib.2.*& tamen *An-*
dræas relinquit quæſtionem ſub dubio,& dicit ad
Cæſarem recurrendum.

Verius

Digitized by Google

35 Verius tamen iſtorum auctoritati deferendum non eſt, nam verior ratio ex qua paragij debitum in feudo reſultat eſt excluſio ab eiuſdem ſucceſſione, vel portione ex cauſa eius indiuiduitatis, & ex ſuccedentis iure francorum ſexus, & ætatis prærogatiua ex *Gregorio, Iſernia, Franco, Intrig. La nario, Ponte, Capicio, Minado, Freccia, & alijs ſupra adductis*, quam vidimus in Regno magis amplexam.

Si volumus etiam arguere a legitima nempe eius locum dotem de paragio obtinere, iam, & nepti ea in bonis aui debita eſt, vt ſupra firmauimus.

Similiter arguendo a generali regula, quia poteſt peti adiutorium debetur paragium nepti ex ſecundogenito præmortuo auo viuente, quia
36 pro eius dote eius auus poterat petere adiutorium a vaſſallis *Iſernia in conſt quam plurimum, & in cõſt. comitibus Petr. de Gregor. de dote de parag. quaſt. 4. vbi late numero 2. & quæſt. 13. numero 4.* concludens, quod ille, qui de iuris neceſſitate dotare tenetur, poteſt a vaſſallis adiutorium petere *Afflict. in cõſtit. quam plurimum ſub num. 35. in fine*, quod vbi eſt onus dotandi ibi debet eſſe commodum ſubuẽtionem recipiendi quia neptis eſt de genere aui, & habet neceſſitatem dotandi *Bartholomæus de Capua in dicta Conſtitut. quam plurimum Petr. de Gregor de conceſsion. feud. par. 7. quæſtion. 8. num. 9.* qui loquitur de dote de paragio danda nepti ex ſecundogenito *Afflict. in dicta Conſtit. quam plurimum n. 19.* qui loquitur de nepte dicendo quod eſt de genere ſuo *Marin. Freccia de ſub feud. lib. 2. author. 2. num. 17.*

37 Et pariter quod pro militia filij ex ſecundogenito prædefuncto poſſit petere auus adiutorium determinat. *Petr. de Gregor. de vita, & militia queſt. 4. ſup. numero 10. & 10 finalibus verbis*, qui loquitur de vita, & militia filii ex primogenito, & ex ſecũdogenito. Hinc Comes pro vita & militia nepotis ex ſecundogenito poteſt adiutorium petere quia nepos ex legis ſententia filius appellatur. *l. liberorum ff. de verb. ſign. l. iuſta ff. ad ſenatu cõſult. Macedoniam*, nam non potuit lex dulciori nomine vocare nepotes quam filios, qua ex ratione vitam militiam deberi nepoti tradit *dictus Bartholomeus de Capua in conſt. quam plurimum verſ. item quæro an pro militia nepotis*, & ad idem *Afflict. numero 19. Anton. de Nigris in capit. 12. Regni Neapolis numero 8. & 12. vbi late.* & ſic pro iſtorum vita militia eadem ratione, & pro paragio neptis ex ſecundogenito adiutorium
38 petere poteſt quia vita militia, & paragium æquiparantur. *Iſernia in conſtitution. comitibus in prima, & ſecunda lectur. Fabi. de Anna conſil. 75. numero 6. Ponte conſil. 79. numero 5. & 7. lib. 1.*

39 Et *Freccia de ſubfeud. dicta authorit. 2. lib. 1. num. 17. dicit an auus debeat habere ſubuentionem pro maritagio neptis, ſicut pro filia textus conſtitutionis. loquitur de filia maritanda nihil dicit de nepte, omittit hunc caſu vt Bartholomeus de Capua Andreas, & alij in dicta conſtitutione quam plurimum tenent, quod ſic ex mente d. conſtitutionis & Prȩſidens tunc Regiæ Cameræ Iacobus de Gello eadem eſt ratio tam in filia, quam in nepte, & conſtitutio non exprimit filiam gratia limitandæ ſubuentionis in perſona ſua tantum, ſed eam poſuit veluti exiſtentem in primo caſu deſcendentium, & tam filia, quam neptis ſunt onera feudi* hæc *Freccia.* & idem ſequitur *Vincen. de Franc. deciſ. 215. per tot. Minado in dicta conſt. in aliquibus in verbo filiorum numero 35. & ſequen. Petr. de Gregor. de dote de parag. quæſtion. quarta numero ſecundo verſic. quarto inſero Intrigliol. articol. 93. numero 97. 98. de feud. centur. 2.* qui alios refert dicendo, quod auus poteſt petere adiutorium pro maritanda nepte ex filio ſecundogenito, vel alijs filijs ſuis, quod fit ex neceſſitate dotandi, quam ſupponunt *Doctores*, nec
40 ambigimus auum teneri ad dotandam neptem ex filio ſuo prædefuncto propter ſuam propriam obligationem quia in gradum patris ſuccedit. *Barthol. in lege prima numero decimotertio ff. ſoluto matrimon. vbi Iaſon columna ſeptima Ripa num. 74. late Soccin. Iun. conſil. 79. numero 41. & 45. lib. 3. & in dicta leg. 1. numero 190. Bero. conſi. 143. num. 8. ſequen. lib. 2. ex l. final. Cod. de dotis promiſsion. Honded. conſi. 90. num. 26. 30. 31. 34. lib. 1. Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 36. numero 170. Fontanell. de pact. dotal. Clauſ. 5. gl. 3. vol. 2.*

Et quamuis multa huic fundamento refragere videantur nempe quod *Iſernia.* loquatur in auo, qui de iure communi tenetur maritare in ſubſidium eius deſcendentes, ſed primogenitus
41 non poteſt petere adiutorium pro maritanda nepte filia ſecundogeniti vt dixit *Iſernia in conſtitut. quam plurimum, & in conſtitut. Comitibus Petr. de Gregor. de conceſſion. feud. par. 6. quæſt. 8. num. 7.* ergo quod huiuſmodi nepti non debeatur dos de paragio, quia non præſtatur illi adiutorium.

Nec videtur verum quod in hoc ſpectetur initium, & ſic ſufficit quod auus teneatur maritare neptem ex filio ſecundogenito mortuo, vel inope, *ſecundum Frecc & Franc. deciſ. 215. per tot.* Primo quia ſemper deberetur dos a primogenito filiæ ſecundogeniti prȩmortui vel inopis, quia inſpecto initio auus tenebatur quod tamen falſum, eſt *vt Iſern. Gregor. & alij dicunt.* Secundo quia ſequeretur inconueniens, quia ratione adiutorij primogenitus teneretur ſecundogenito inopi vitam militiam dare, & eius filię dotem de paragio, & ſic patri competeret vna portio alia filiæ quod ſatis abſurdum eſſet, vnde videtur, quod non procedat argumentum præſtatur adiutorium, ergo debetur dos de paragio, quia vt dixi prȩſtatur auo pro filia ſecundogeniti maritanda, ſed tamen non debetur illi dos de paragio, & *dicta conſtitutio quam plurimum* reſpexit onus iuris communis, & illis, qui iure ſanguinis cogebantur maritare voluit a vaſſallis præſtari adiutorium, ſed non omnibus his, pro quibus præſtatur adiutorium debetur dos de paragio, quæ fuit introducta per *conſtitutionem ſubſequentem in aliquibus* pro amita, & ſorore tantum.

Item quod onus dotandi non habet auus ſuper

Digitized by Google

per feudalibus,ſed ſuper allodialibus, & ideo non
tranſit onus dotandi in ſucceſſorem in feudo .
Item onus dotandi extinctum videtur morte aui,
& non attenditur obligatio aui,ſed ſucceſſoris in
feudo.

Pro præmiſſorum tamen reſolutione dicimus,
quod licet auus, & eodem iure pater non poſ-
ſint cogi ad dotandum , de paragio , tamen
42 onus dotandi de paragio tranſit in ſucceſſorem,
ea ratione, quia vita militia vel dos de paragio ,
vel eſt loco legitimæ ſecundum aliquorum opi-
nionem vel loco portionis feudi,a qua excluditur
quis propter ius francorum , vt ſupra diximus
ex Minado, & *Anna*; ergo tranſit per neceſſe in
ſucceſſorem quia eſt debitum quod licet non
debeatur in vita aui debetur poſt mortem , &
ideo tranſit in eum , in quem tranſeunt bona ,
prout videmus, quod pater non tenetur ad legi-
timam in vita,nec minus ad dotem de paragio,
& tamen onus ſoluendi legitimã,& dotem de pa-
ragio tranſit in quem tranſeunt bona feudalia a
quorum ſucceſſione excluditur,& ad quem quo-
que tranſit feudum vadit cum onere ſoluendi vi-
tam militiam,& dotem de paragio vt tradit *Mi-*
43 *nado. d.conſ. 1. num. 64.* quia paragium eſt onus,
& portio feudi, & ei annexum.*Anna conſilio 4.n.*
50.51.52.libr. 1. Petr. de Gregor. de vita militia
quaeſt. 11.numer. 3. & de dote de paragio quaeſt. 3.
num. 1.Minado. in conſtit. in aliquibus columu. 2.
num. 13. fol. 18. Hinc licet filius , vel filia de-
44 beat habere vitam militiam, vel dotem de pa-
ragio poſt mortem patris tamen habet cauſſam
obligationis de præterito , & eſt debitum , &
onus neceſſarium , cum quo omne relictum per
patrem compenſatur prout ex hac ratione tra-
dit *Fabi. de Anna conſilio 120. ſub numero 31.32.*
libr. 2. vbi oſtendit eſſe debitum ex cauſa præce-
dentis obligationis . Hinc etiam debitum vitæ
militiæ , & eodem modo debitum dotis de pa-
ragio,quia vnica oratione terminantur , dicitur
debitum paternum,& ex ſuis bonis cum ſit por-
tio hæreditaria , vel loco legitimæ *Menoc. conſi.*
121. numero 26. lib. 2 inter conſil. Fabij de Anna ,
omnino igitur tranſire debet penes eum penes
quem bona feudalia tranſierunt.

Nec obligatio,& dotãdi onus morte aui extin-
guitur , ita vt aui obligatio non attendatur ,
ſed ſucceſſoris. Nam licet ſit onus morte extin-
ctum tranſit tamen in eum , in quem feudum
tranſiuit , à quo excluditur neptis, cum ipſa de
primo gradu deſcendentium exiſtat licet excluſa
debet habere ſuum legitimæ portionis debitum,
poſt mortem aui , quod eſt paragium quod de-
bitum , & onus feudi eſt , & in ſucceſſorem
ſuccedentem ex prærogatiua ſexus, vel ætatis
tranſit , & quamuis auus mortuus ſit, tamen
dos de paragio habet cauſam obligationis de
præterito vt latè tradit de vita militia loquens.
Fab. de Anna dict. conſ. 120. numer. 31.32. & dici-
tur debitum paternum idemquè concludit *Men.*
45 *dicto conſ. 121. num. 26.* Attenta ideo perſona ſuc
ceſſoris in feudo tenetur ad onus feudi, quod eſt
dos de paragio huiuſmodi nepti competens tan-
quam portio quæ paſſiue in ſucceſſorem feudi
tranſit *Petr. de Gregor. de dote de parag. q. 4. n. 2.*
verſ. tertio infero circa finem. Siquidē ex dotãdi
onere , & neceſſitate ad petitionem adiutorij
infertur non rectè enim dicitur , primogenitum
pro nepte ex ſecundogenito maritanda adiuto-
rium petere non poſſe,ergo nec dotem dare nam
ſufficit demonſtrare dotandam eſſe huiuſmodi
neptem , vel quia a feudi ſucceſſione excluditur
vel quia ei debetur legitima in bonis aui,de cuius
ſucceſſione agitur,nec facit oſtaculũ , quod auus
ſubuentionem pro nepte maritanda ex ſecundo-
genito non petierit, quia ſufficit quòd auus pete-
re potuiſſet. *Afflict. in conſtitu. quam plurimum*
ſub num. 21. & 22. qui dicit quod in petitione ta-
lis adiutorij ſpectatur origo , & conſideranda eſt
facultas petẽdi adiutorium quã habebat auus,&
non illa quam abijcitur non habere primogeni-
tum in feudo ſuccedentem.

Percurrendo demum in hoc auctoritates dubi-
tationis gratia videtur quod *Afflict. in conſt. quã*
plurimum num. 35. vbi tenet,quod pro filia primo
geniti premortui pater qui tenetur eã dotare pote
petere adiutorium(& dicit quod licet *Andre.* hac
dicat ſub dubio tamen debebat clarè decidere,
quia eſt caſus compræhenſus in ratione conſti-
tutionis)loquitur in filia primogeniti,cui primo-
46 mogenito ſtatim quod naſcitur acquiritur cer-
ta ſpes in habitu ſuccedendi, itã firma, & incom-
mutabilis, vt neque per principem euelli poſſit
ex qua dicitur habere viuum ius firmatum ſucce
dendi,vt voluit *Ioa. à Terra rubea in tra. contra re-*
bell. art. 1. q. 24. Tiraquell de primogen. q. 40. nu. 69.
Mierez de maioratu p. 2. n. 54. in princ. Molin. de pri.
47 *mogen. lib. 3. cap. 6. num. 15.18. & 37.* & ideo filius
Regis in vita patris vocatur Rex cum in ſe radi-
catam habeat ſucceſſionem habitualem *Afflict.*
in cap. 1. num. 17.33. de ſucceſſ. feud. Boer. de auct.
magn. conſ. n. 106. Abbas conſ. 85. n. 6. Bellamer.
Deci 227. Peregrin. conſ. 1. num. 17. lib. 2. ex quo ſit
quòd Princeps in vita Regis iuratur in dominũ
Molin. dicto cap. 6. n. 15. ad n. 22. & dicitur inueſti-
tus,& ei deſſicit tantum adminiſtratio. *Ruin. cõſ.*
19. co. 1. lib. 1. Tiraq. l. ſi vnquam n. 19. de reuocan.
donat. Milan. deciſ. 9. nu. 73. lib. 1. Hinc eſt quod
48 ſi decedat viuo patre illud ius ad filium traſmit-
tit. *Oldrad. conſ 224. Socein. conſ. 252. num. 5.6. Mie*
res de maiorat. par. 2. in princ. n. 65. Molin. de primo-
gen. lib. 3. cap. 6. num. 37. Milan. deciſ. 9. n. 73.74.75.
li. 1. & hic ſit quòd dato quod filia primogeniti ex-
cludatur a patruo ſecundum opinionem per a-
lios poſitam,tamen ei debetur dos,& patruus te-
netur eam maritare cum excludat a iure que-
ſito, & in conſequentiam præſtatur adiutorium
ratione neceſſitatis dotandi, vltra , quod pa-
truus nõ poteſt allegare culpam primogeniti præ
mortui ob cuius mortem habuit ſucceſſionem,ob
id tenetur dotare ſecundum rationem poſitam
per *Iſerniam. Petr. de Gregor. & alios* quæ ratio-
49 nes ceſſare videntur in filia ſecundogeniti cui nõ
debetur aliquod,nec habet ius etiam in ſpe in vi-
ta patris, *ex Becci. conſ. 34. nu. 17.* & primogeni-
tus non ſentit commodum de morte ipſius fra-
tris , verum incommodum meritò non tenetur
eam dotare , cum lege non caueatur nec æqui-
tate

Digitized by Google

50 tate ſugeratur nec deſunt qui contra *Afflictum*
teneant quod non debeatur etiam filiæ primoge
niti, *Canneci in cap. volentes fol. 97. Cumia in c. ſi ali-*
quem verbo maritata, & *Andr.* relinquit cogitan-
dum prout *Petr. de Gregor. de conceſs. feud. p. 6. q.*
8. num. 14.

Nec *Freccia ſub feud. dicta auctor. 2. nu. 17.* fa-
cere videtur ſupponit enim quod tã filia, quã ne-
ptis sũt onera feudi quia forte filius prędeceſſit;
vel erat pauper vnde onus dotandi transfertur
in auum nam ſi dicamus quod ſunt onera feudi re
ſpectu fructuũ, qui percipiũtur ab auo in eius vi-
ta, & tunc procedet doctrina *Frecc. & Vincen. de*
Franc. cum enim teneatur auus maritare neptes,
ex filio inope dicitur onus ipſius, & ſuper bonis
eius, & ſic ſuper fructibus, qua propter petit me
rito ipſe adiutorium, ſi autem intelligamus, quòd
ſint onera feudi etiam reſpectu ſucceſſorum, &
quod feudum poteſt pro illius dote grauari, &
tunc non ita videtur, quia etiã ſi filius ſit inops; ta
men ei tantum debetur vita militia, quę cũ morte
finitur, nec ad eius filium trãſit, nec patruus ſuper
feudo tenetur eam maritare, vt probatur *ex Af-*
flict. in conſtitut. vt de ſucceſſionibus num. 38.

Item *Freccia* loquitur de onere dotandi ſecun
dum ius commune, quia loquitur de dote danda
51 nepti ex filio inope, tũc etenim auus tenetur do-
tare deſcendentes ex filio de iure communi *l. fin.*
C. de dotis promiſs. Baeza de non Melioran. dot. Fili.
cap. 7. nu. 16. Azebed. tit. 8. lib. 3. nu. 4. cum ſequen.
Dos autem de paragio non patitur hanc conſide
rationem, quia debetur etiam diuiti ingredienti
monaſterium volenti ſtare innupta, vnde non
videtur *Frecciam* loquutum fuiſſe de iſta dote de
paragio.

Probabilius tamẽ prædictis conſiderationibus
aduerſus *Afflictum, & Frecciam* ex infra mox di-
cendis reſponſum videbitur cum incidant in diffi-
cultatem, ſi *conſtitutio Regni* neptem ex implicita
ratione compræhendat.

Supereſt poſtremo fortiter dubitare pro opinio-
nem negatiuam tuentibus contra dotem de para
gio, nempè eã non deberi nepti, ex filio ſecundo-
genito præmortuo viuente auo, idque expreſse
52 fundari videtur ex textu *in conſt. in aliquibus* ex
qua tantum grauatur Baro, & ſucceſſor in feudo
pro maritagio ſororis, & amitæ, de filia autem ex
fratre, vel de conſobrina, nullum verbum ibi legi-
tur, ergo dici poſſe videtur non eſt lex quę primo-
genitum in feudo ſuccedentem obliget ad huiuſ-
53 modi dotem, de paragio, & ſi ibi fuit omiſſum ha
beri debet pro omiſſo *l. 1. §. ſin autem C. de caduc.*
tollend. & illud quod legislator non dicit nec vel-
le pręſumitur, & ſufficit arguere defficere legem,
quæ hoc dicat, quod vtique ſi voluiſſet dixiſſet de
nepte, cum ergo, nec *in dicta coſtitutione*, nec in a-
lia repetiatur prouiſum de dote de paragio tra-
denda filiæ fratris ſecundogeniti prædefuncti fie-
ri videtur firmum argumentum quòd nullatenus
debeatur, quia iure cautũ non reperitur, quo argu
mẽto pluries vtitur *Iſernia* præciſe in terminis no-
ſtris *in conſt. Comitibus*, & *in conſt. vt de ſucceſ. n. 80.*
vbi etiã in fine conſiderando diſpoſitionem *capit.*
editi per Regẽ Carolũ, quòd incipit conſiderantes per
quòd prouidetur, quòd non obſtante, quòd inue
ſtitura ſit de aliquo feudo pro ſe, & liberis ex ſuo
corpore legitimè deſcendentibus, poſſit in eo
ſuccedere frater fratri, & ſoror ſorori, ab olito
abuſo ex quo ſtantibus dictis verbis excludeba-
tur frater, & ſoror, ſubdit *Andre*; quod dictum
capitulum de fratre, & ſorore dixit de his tan-
tum intelligitur non dixit de filio fratris, & ſoro-
ris præmortui ante primogenitum, ergo, non tra-
hetur ad eos etiam vtiliter, quia perſona non in-
telligitur niſi quando exprimitur, ex quibus ver-
bis *Andre*, patet manifeſte, quod licet aliqua Re-
gni *coſtitutio*, ſiue alia quælibet diſpoſitio, vel ca-
pitulum admittãt fratrẽ ad ſucceſſionem aliquã,
ſeu portionem, non tamen id erit admittendum
& extendendum ad nepotem, vel neptem, ex ip-
ſo fratre præmortuo, & eiſdẽ rationibus motus
Petrus Petrol. ſuper. cap. volentes in terminis no-
54 ſtrę quæſtionis, an filio fratris ſecundogeniti,
debeatur primogenito vita militia decidit pro-
parte negatiua, quia alimenta cum vita finiun-
tur, & conſtitutio Regni de fratre tantum loqui-
tur, & de eo tantum intelligitur, & ſi Imperator
voluiſſet de filio fratris dicere, vtiquè dixiſſet, ſed
quia noluit omiſit. Huc pertinet, quod per *Cu-*
55 *miam in capit. ſi aliquem verbo maritata numero*
463. firmatum eſt quòd perſonæ tantum quæ ex-
preſsè vocantur *in conſtit. in aliquibus* dotem habe
bunt, quæ duæ ſunt ſuccedentis ſoror, & Baronis
defuncti, ſoror quæ amita baroni ſuccedenti dici-
tur, neptis verò ex ſecundogenito prædefuncto
non eſt, de iſtis ergo ex conſtitutione is nõ iuua-
tur idem voluit *Afflict. in conſt. Comitibus nu. 14.*
dum ait quod filio fratris non debetur vita mili-
tia, quia eſt debita fratri tantum non filio fratris,
de quo, nec *Conſtitutio Comitibus, nec capitu-*
lum Honorij, loquitur, ex qua deciſione duo ſunt
ponderanda. Primo, quòd eſt debita fratri, & ſic
loquitur *Afflict.* per dictionem taxiatiuam, exclu
dendo in verbis ſequentibus magis expreſsè filiũ
fratris. Secundo quòd expreſsè dicit *Afflict.* quòd
conſtitutiones nullo pacto loquuntur de filio fra-
tris, & iterum idem *Afflict. in conſtit. vt de ſucceſs.*
56 *n. 37. 39. 40.* ſatis notabiliter determinauit, quod
patruus non tenetur maritare neptem, ex fratre,
& dotando eam dicitur voluntariè dotare, ſubdit
rationem per hæc formalia verba, *nam neceſſitas*
dotandi non eſt impoſita per iſtam conſtitutionem,
& præcedentem in aliquibus niſi patri, & fratri non
autẽ patruo, & alijs agnatis, quem ſequitur *Petr. de*
Gregor. de conceſs. feud. par. 4. q. 5. nu. 22. & idem
Iſern. in dicta conſtitutione, vt de ſucceſſ. verbo filij
autem fratrum n. 80. vbi inter alia dicit quod filijs
fratris nihil omnino debet, & refert ſed ea quæ di
xit *in conſtit. comitibus*, & quod filijs fratris præde-
functi nihil debeatur a patruo voluit *Peruus conſ.*
11. Canner. in capit. volentes fol. 91. verſic. ſed pul-
chra, vbi reprobat. *Petr. de Gregor.* contrarium
tenentem.

57 Pro reſponſione tamen ponderandus eſt *An-*
dr. de Iſern. in dicta conſt. Comitibus num. 80. verſ.
nam vbi verò ſecundogenitus mortuus eſſet, qui ter-
minat pũctum bene perpenſus, nam in ſuperiori-
bus verſiculis *in dicto n. 80 ibi filio autem fratris, &*
filia

Digitized by Google

filiæ ex eorum perſona non debentur, hic vt ſupra dixi loquitur quando pater filiæ, vel filij habuit vitam militiam, vel non habuit, & tunc ex perſona patris poſſunt habere, vt dicit Iſern. ibi num. 50. & 60. vnde loquitur quando pater nepris non prædeceſſit auo, in n. verò 80. verſ. nam vbi vero ſecũdogenitus determinat caſum, & dicit nam vbi vero ſecundogenitus mortuus eſt, viuo patre ſuo filio ſecundogeniti poſt patris, & aui obitum, tenebitur primogenitus ad id quod parti ſuo ſecũdogenito debetur ſi viueret iure communi vt C. de auct. de hæred. & cont. hæred. l. t. erat enim in ſpe, hoc illi ſecũdogenito præmortuo, quæ erat, ſeu eſſet in re ſi pater communis eorum nõ fuiſſet præmortuus, & ſi dicatur dictum primogenitum, nũc excludentem nepotem filiũ ſecundogeniti præmortui debere maritare filiam neptem ſuam, vel militare alium nepotem ſuũ ſubueniatur, & à vaſſallis ſicut ſi maritaret ſororẽ, & ſi militaret frater, & conſtitutio quam plurimum, & cap. Honorij non extendunt ſe ad iſtos caſus, & cum ſint odioſi exigentes a vaſſallis, id quod non promiſerunt licet videatur eſſe eadem ratio, quia vbi eſt onus dotãdi, ibi debet eſſe, commodũ ſubuentionem recipiendi arg. ff. de reg. iur. ſecundũ naturam C. de furtis l. ſi quis ſeruo in ſuis caſibus tantũ habebunt locũ non producentur ad ſimilia nec videbuntur iſti caſus habere æquitatem, vt l. ſi quis ſeruo C. de furtis, & dixi in cõſt. quã plurimũ idcirco ſuperioris declaratio videtur neceſſe, hæc Andreas qui determinat clarè quòd patruus haber onus dotandi neptem filiam fratris ſecundogeniti mortui viuo auo, eſt verũ, quod reſpectu ſubuentionis petendæ a vaſſallis dicit eſſe caſum nouam, & egere declaratione, ſed reſpectu dotationis dicit clare, ibi licet videatur eſſe eadem ratio quia vbi eſt onus dotãdi, & cetera, & ibi in verſic. & ſi dicatur dictum primogenitum. ſed reſpectu adiutorij videtur quòd conſtirutiones nõ loquantur de iſto caſu, ideo dicit eſſe neceſſariam declarationem, quæ declaratio dicit. Afflict. in conſtitutione quam plurimum n. 35. 38. non eſt neceſſaria ponendo caſum quem ponit Iſernia in dicta conſt. Comitibus in ſecunda lectura n. 80. quòd ſi Baro habet duos filios, & in baronia viuitur iure francorum, quo iure primogenitus debet ſuccedere, & primogenitus duxit vxorem, & procreauit filiam deinde moritur primogenitus ſuperſtite filia, deinde moritur baro ſuperſtite iſta nepte, & filio ſecundogenito patruo huius neptis, qui patruus ſecundũ opinionẽ aliquorũ debet ſuccedere in feudo, & nõ iſta neptis, an vaſſalli, pro dote iſtius neptis a patruo dãda poſſint cogi pro adiutorio licet Iſernia dicat, quòd eſt caſus nouus, & dicat prò, & contra tamẽ ſine dubio, poterat decidere hũc caſũ nõ expreſſe deciſũ, quia ſi frater tenetur dotare ſororẽ propter excluſionẽ, & petere adiutoriũ maiore ratione, debemus dicere patruum maritando neptem, ad quã maritandã miniſterio iuris tenetur vt eum excludat poſſe petere ſubuentionẽ à vaſſallis, hæc Afflict. in loco præallegato vbi facit regulam quod ille, qui tenetur maritare, & dotare illam quam, ſi non dotatet eum excluderet a ſucceſſione, poteſt petere adiutorium à vaſſallis, quia vbi eſt onus dotandi debet eſſe emolumentum recipiendi ſubuentionem. Vnde ſi Iſernia in caſu noſtro in dicta conſt. comitibus dicto num. 80. verſ. nam vbi vero ſecundo genitus dicit teneri ad dandam dotem, & dicit quod militat eadem ratio, quia ibi erat onus dotandi, ergo determinat quod patruus tenetur dotare neptem, ex ſecundo genito ſi tenetur dotare, ergo poteſt decidi quod poſſit petere adiutorium, & non ſine ratione pro opinione affirmante, adducitur Iſernia in dicta cõſtitutione, comitibus, quẽ allegat Petr. de Gregor. de vita militia quæſt. 4. nu. 10. & in fine qui dicit ſicut tenetur dare vitam militiã filio primogeniti prædefuncti pari ratione filio ſecundogeniti, quia vtrique excluduntur a ſucceſſione feudi, ergo debẽt ęqualiter habere vitã militiam, & ſi Petr. de Greg. de conceſſ. feud. q. 8. n. 14. p. 7. determinet, quod ſecundogenitus tenetur dare vitam militiam filio primogeniti prædefuncti, non ſolum quia ſecundogenitus ſentit ſucceſſionis commodũ, ſed quia ſuccedit in locum patris eadem ratione filius ſecundogenitus debet habere vitam militiam, quia ſuccedit in locum patris, ex quibus ſatisfactum eſſe credimus, motiuo conſtitut. prædict. in aliquibus mentionem nõ facere, de nepte ſed de ſorore, & de amita tantũ, nam iam tẽpore Iſerniæ, & afflicti locis relatis erat condita conſtitutio in aliquibus, & eã interpretati fuerunt, & nihilominus dotem deberi nepti ex fratre, & ex filio ſecundogenito prædefuncto tradiderunt, quòd vtriquè non dixiſſent ſi conſtitutio cuius comentaria præmanibus habebant obſtitiſſet.

Secundo quia vltra quod de iure communi ap-
58 pellatione †liberorum veniunt nepotes ex tex. l.
liberorum verſ. ſed, & Papirius ff. de verb. ſignif. l. fi-
lij l. iuxta eod. tit. l. filium habeo vbi Bart. Bald. &
Angel. ff. ad macedon. Iaſon qui de communi in l. de
quibus n. 1. ff. de legib. & licet lõga, & famoſa ſit in-
ter Doctores diſputatio vtrum de propria, ſigni-
ficatione, & vi ſermonis filij appellatio conti-
neat nepotem, & conſequenter an in ſtatuto, vel
lege municipali loquente de filio cõprehendatur
nepos illud tamen non habet dubium quod iuxta
interpretatione filius nepotem contineat ſicut
maſculinum fęmininum cõcipit, vt eſt textus præ-
dictus l. iuxta, iuxta autem eſt interpretatio, quan
do ſumus in ſtatuto bona conſeruante in agna-
tione prout eſt iſtud, de quo agimus Chriſtofal. de
Caſtel. conſ. 26. nu. 22. cum ſeq. ad finem; ob id quã-
59 do †diſpoſitio cõ tinet fauorem, & commodum
filij appellatione filiorum veniunt nepotes Gabr.
de verb. ſignif. concluſ. 1. n. 12. 13. Pereg. de fideic.
60 ar. 22. n. 61. etiã †quod eſſet talis diſpoſitio legis
correctoria. Gab. nu. 14. prout eſt conſtitutio prædi-
cta in aliquibus quæ eſt fauorabilis licet correcto-
ria texte Minad. in repet. dictæ cõſtitutionis verbo co-
mitum, & baronum num. 24. fauor autem ex eo
aperitur quia propter conſeruationem agnatio-
61 nis † prout in ſtatuto excludente fœminas, pro-
pter maſculos, dixit. Curc. Iun. conſ. 111. n. 10. Mi-
nad. conſ. 1. nu. 46. Intrigliol. de feud. art. 51. n. 14.
62 art. 2. Et quod neptis † in dicta cõſtitutione ap
pellatione filiorum contineatur dixit idem Mina-
do. in dict. conſtit. verb. filiorum n. 37. 38. & in verb.
Comitum, aut Baronum in nepte maritãda ab auo
prætendentem adiutorium a vaſſallis; dicit Franc.
deciſ. 215. n. 8. quod fuit expreſſum de filia ratio-

ne frequentioris vſus,& *nu.16.* dicit,quod pro nepte non eſt extendere conſtitutionem,ſed ſub cōſtitutione compræhenditur, & *num.19.*

Rurſus *conſtitutio in aliquibus* recipit interpetrationem, compræhenſiuam, vt dicit *Afflict. in dicta conſtitutione quam plurimum ſub nu.* 19. vbi, & ſi illa conſtitutio in adiutorio verba faciat
63 † de ſorore ex identitate rationis in ea dicitur compræhenſus caſus de dotanda nepte, prout dicit *Frecia de ſubfeud. author. 2. nu.* 17. & fuit expreſſum in ea coſtitutione de filia,& ſorore, quia plerumquè hæ perſonæ ex debito maritantur ex communiter accidētibus quibus potius lex adatari ſolet *l. nam ad ea ff. de legib.* non autē vt voluerit ſtare, cohartate, conſtitutio in finibus perſonarum ſpecificatarum, quas perſonas gratia exempli expreſſit innuens tacitè idem eſſe in illis, quæ habent eamdem rationem *Iſernia in dicta conſt. quam plurimum col. 2. verſ. expreſſit autem Bartholomæus de Capua in d. conſtitut. quam plurimum ver. Item quaro Io. Ant. de Nig. tit. de adiut. a vaſſal. peten. cap. 212. n. 8. & 12.*

Et licet punctus in Regno pro opinione negatiua contra neptem,& dotē de paragio fuerit reſolutus, vt in anno 1605. 31. Auguſti in cauſa cōpromiſſaria ad fauorem Illuſtris Ducis Terræ nouæ contra Don Ferdinandum Frāciſcum,& Don Margaritā de Abalos, & Aragona petentes a dicto Duce Terræ nouæ eius nepote Don Ioanne de Aragona,& Donna Ioanna de Aragona, & Pignatello Duciſſa eius matre, & curatrice ſuper ſtatibus per eos poſſeſſis vti feudalibus, dotes de paragio dictæ Donnæ Margaritæ competentes vti nepti condam Ducis Terræ nouæ ſenioris Don Caroli, & filiæ Don Petri de Aragona filij ſecundogeniti dicti ducis ſenioris prædefuncti viuente Duce ſeniore Don Carolo auo Donnæ Margaritæ. Tamen ſalua patrum reuerentia ex euidentiſſimis fundamentis prædictis ab eorum ſententia ſubſiſto pro opinione affirmante, nempe dotem de paragio huiuſmodi nepti competere ſentiens.

S V M M A R I V M.

1 *Prior in tempore potior eſt in iure.*

2 *Mutuans ad rem acquirendam vel conſeruandam cum ſpeciali hypotheca eiuſdem rei omnibus anterioribus præfertur.*

3 *Mutuare quando quis dicatur ad rem acquirendam vel conſeruandam, & ſequen.*

4 *Inter plures mutuantes ad rem acquirendam, vel cōſeruandam ille prȩfertur, qui eſt magis originaliter in cauſa quod res pones debitorem perueniat, vel perſiſtat.*

5 *Locator inuectis, & in latis pro penſione prȩfertur omnibus anterioribus creditoribus Declara nu. 6.*

7 *Funeris impenſes, an præferantur locatori pro penſione in inuectis, & in latis.*

Funeris impenſa præferūtur etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus ſecundū veriorē n. 7.

8 *Locator in inuectis, & in latis pro penſione an præferatur doti.*

9 *Merces pro mercede nauli vel veiculi ſunt obligata cum priuilegio prȩlationis omnibus anterioribus creditoribus.*

10 *Aduocati, & Procuratores pro eius ſalarijs, & mercede in re defenſa, vel recuperata eorum patrocinio præferuntur omnibus anterioribus creditoribus.*

11 *Neceſſariæ iudicantur litis expenſæ, & ſalaria Aduocatorum, & Procuratorū, vnde rem defenſam, vel recuperatam afficiunt etiam contra ſubſtitutum maioratus ſucceſſorem, vel ſimili, & quando.*

12 *Cenſus impoſitus ſuper feudo ex cauſa Aduocatorum, vel Procuratorum patrocino, & ſalario pro eius recuperatione, vel defenſione feudum ipſum afficit.*

13 *Animalia quæ paſcua ſumpſerunt pro paſcuis ſunt domino fundi obligata, cum prȩlatione omnibus alijs anterioribus creditoribus, & quando.*

Declara num. 14.

15 *Mutuans, vel expendens in animalium Cuſtodiam alijs præfertur.*

16 *Mutuans patri familiæ, vel marito ad alimenta à filijs vel vxore in ſubſidium recuperat, & repetit.*

17 *Mutuans gratia colligendorum fructuum in eis omnibus alijs præfertur.*

18 *Semens Colono mutuans ad ſeminandum ſuper fructibus ex eo peruentis omnibus alijs præfertur anterioribus Creditoribus.*

19 *L. interdum ff. qui potior. in pignor. habeāt, procedit in quocumque expendente pro quauis cauſa in rei conſeruationem, nulla admiſſa differentia.*

20 *Creditor ex priuilegio l. licet C. qui potiori, & l. interdum ff. eod. præfertur anteriori creditori habēti etiā ſpecialē, & expreſſam hypothecam. Reſtringe niſi creditor ſit etiam priuilegiatus inter perſonales actiones num. 21.*

22 *Cenſus venditoris an in hypothecæ appoſitione ſit neceſſarius.*

23 *Hypotheca priuilegiata creditoris mutuantis, ad rem conſeruandam reficiendam, vel recuperandā, & acquirendam an præferatur hypothecæ dotali anteriori tacite, vel expreſse ſequen. & num. 27.*

24 *Creditori mutuanti ad rem emendam conceditur prælatio non ſolum aduerſus anteriores creditores, ſed etiam priuilegiatos, ex Ritu 192.*

25 *Mutuans ad rem emendam parificatur vendenti rē ſuam, cum reſeruatione ſpecialis hypothecæ pro conſequutione prætij.*

26 *Venditor, qui ſibi reſeruauit ſpecialem hypothecam rei venditæ pro prætio præfertur doti in eadem re.*

28 *Priuilegium prælationis mulieri pro dotibus competens, an tranſeat in eius ſingularem ſucceſſorem, vel hæredem.*

29 *Dotis hypotheca in fructibus rei locatæ, an præferatur locatori.*

30 *Fructus rei locatæ tacite de iure ſunt hypothecati locatori pro penſione, cum priuilegio prælationis anterioribus creditoribus, & n. 31.*

32 *Creditor mutuant expreſſe ad conſeruandam, vel acquirendam rem, non præfertur anteriori creditori hypothecario, ſed tantum in perſonali, niſi ſpecialis eiuſdem rei accederet hypotheca.*

33 *Mutuans Prælato Beneficiali grauato, vel poſſeſſori maioratus in rei vtilitatem, ne dum ab ipſis ſed etiam, a ſucceſſoribus repetit.*

34 *Fideicommiſſarius an teneatur ſoluere hæredi grauato*

Digitized by Google

uato petunias ſolutas, ex cauſa tranſactionis inita ſuper re reſtitutioni ſubiecta, vel maioratu.

35 *Rex vendita venit in generali obligatione pro pretij ſolutione.*

36 *Specialis requiritur hypotheca rei ne dum generalis in terminis l. licet C. qui potior in pignor.*

37 *Specialis dicitur hypotheca ex clauſula, omnia, & ſingula.*

Idem ſi præſentia, & futura mobilia, & immobilia ſint hypothecata. num. 38.

39 *Specialis an dicatur hypotheca accidēte iuramento.*

40 *Res vendita pratij habita fide, non eſt de iure hypothecata venditori, niſi id actum ſit.*

41 *Creditor anterior emptoris in re vendita præfertur venditori qui vēdidit habita fide de pretio abſque rei venditę ſpeciali hypotheca limita ſtante Ritus diſpoſitionem num. 46. limita ſtante ſpeciali hypotheca num. 36.*

42 *Vēditor pro prętij cōſequutione in re vendita omnibus anterioribus creditoribus emptoris præfertur tamquam in re propria, accedente pacto quod dominium rei in emptorem non tranſeat prætio non ſoluto Declara. nu. 44.*

Pactum quod dominium rei venditæ, habita fide de prætio, non tranſeat in emptorem niſi, prætio ſoluto de iure ſubſtinetur. nu. 42.

43 *Dominium rei venditæ habita fide de prætio tranſit in emptorem.*

45 *Dominium rei venditæ habita fide de pretio non tranſit in emptorem doloſum, vel fraudolentum aut fugitiuum, & venditor in re cæteris creditoribus emptoris præfertur pro eius prætio.*

47 *Minor emens rem habita fide de pretio pro eius ſolutione non poteſt ſine decreto eandem rem obligare.*

Limita niſi emerit a fiſco. n. 48.

49 *Pactum ſpecialis hypothecæ an debeat accedere in initio contractus, vel antequam res tradatur ad hoc, vt procedat priuilegium l. licet C. qui potior. & num 50.*

51 *Mutuum debet fieri expreſſe in cauſam refectionis vel acquiſitionis rei ad hoc vt creditor cęteris anterioribus præferatur.*

52 *Creditor non vtitur priuilegio prælationis ex l. licet C. qui potior. & l. interdum ff. eod. niſi pecunia verſa probaretur in eam cauſam.*

53 *Mutuans an debeat eſſe ſollicitus de verſionē pecuniæ in cauſam mutui.*

54 *Emptor, an debeat eſſe ſolicitus, quod prætium cōuertatur in vtilitatem venditoris, & n. 55.*

56 *Melioramenta, & expenſæ facta in rei refectionem, vel conſtructione an ſint neceſſariæ.*

57 *Verſum in vtilitatem alicuius eſſe probatur coniecturis, & præſumptionibus.*

58 *Verſio an probetur ſi id cum iuramento à contrahentibus in inſtrumento aſſeratur.*

59 *Verſio probatur ex temporis breuitate inter mutuū receptum, & negotium expletum.*

60 *Verſio probatur ſi eadem pecuniarum ſpecies quæ fuit mutuata fuit expenſa.*

61 *Verſio probatur ſi tempore mutui ſuper extabat neceſſitas, quæ poſt mutuum ſuſceptum ceſſauerit.*

62 *Creditor pro mutuo ad rei refectionem priuilegium prælationis acquirit reſpectu pecuniæ mutuatæ nō autem reſpectu pœnæ conuentionalis adiectæ in contractu mutui.*

63 *Creditor pro mutuo ad rei refectionē acquirit prælationis priuilegium quatenus neceſſitatis cauſa expoſtulat, & non vltra.*

64 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, vel feudum non poteſt alienari, vel obligari etiam pro cauſa dotis, vel alia de iure permiſſa, niſi quatenus neceſſitatis cauſa expoſtulat.*

65 *Mutuans Heretico pro rei refectione priuilegium hypothecæ, & prælationis non acquirit.*

66 *Pupillus acquirit tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis in re empta ex eius pecunia ad id mutuata.*

67 *Pupillus maior factus eligit an rem emptam per Tutorem cum pecunia pupillari vendicare vellit: vel eā pro prætij cōſequutione habere hypothecatā.*

68 *Hypotheca tacita cum priuilegio prælationis alijs creditoribus, acquiritur militi in re empta cum eius pecunia, pro pecunia mutuata.*

69 *Hypotheca tacita cum priuilegio prælationis acquiritur mutuanti ad emendum militiam, ſiue officiū ſuper officio empto, pro mutuo facto, & an præferatur doti.*

70 *Creditor mutuans ad rem conſeruandam, acquirit tantum priuilegium prælationis in ea re, non autē in alijs mutuatarij bonis.*

71 *L. licet C. qui potior & l. interdum, ff. eod. an procedat in feudalibus.*

72 *Creditor habens hypothecam cum prælatione, & priuilegio l. licet C. qui potior & l. interdum ff. eod. nō præfertur fiſco.*

73 *Mutuans ſub vſuris, vel ſi pro mutuo conſtitutus ſit cēſus ſuper re refecta, vel empta, ex mutuo, an acquirat priuilegium prelationis omnibus alijs creditoribus anterioribus.*

74 *Creditor ex priuilegio l. licet C. qui potior. an præferatur domino directo pro credito proprietatis, & ſoli ſuper re emphyteotica, & quid in ſuperficie ſeu benefactis in re emphyteotica factis ex pecunia illius creditoris ſerio mutuanti. n. 76.*

Dominus ſoli pro cenſu, & proprietate præfertur alijs creditoribus nedum ſuper ſolo, ſed etiam in ſuperficie. nu. 74.

75 *Dominus ſoli pro terragio an ſuper fructibus prefera tur creditori qui mutuauit ſemen terragerio ad ſeminandum.*

77 *Dominus feudi ex cauſa deuolutionis tenetur ſoluere debita contracta pro acquiſitione feudi, & melioramenta facta in feudo.*

78 *Dominus directus fundum vendicās tenetur expenſas reſtituere poſſeſſori, quatenus fundus præcioſior effectus eſt.*

79 *Ædificatum quatenus ſolo alieno cedere dicatur.*

80 *Cenſus ſuper feudo ex cauſa non afficiēti ſubſtinetur in præiudicium ſucceſſoris, ſuper melioramentis à ſubiugante in feudo factis.*

81 *Emens fundum eo pacto vt prætium fundi in refectionē domus venditoris impenderetur fundo euicto emptor in domo refecta cæteris anterioribus creditoribus venditoris præfertur.*

ARGVMENTVM.

Dominus directus pro Canone, & proprietate dos, vel alius priuilegiatus creditor, an præferantur priuilegiatam hipothecam habenti ex l. licet C. qui potior in pignor. habean. & l. interdum. ff. eod.

Ad Intellectum capituli Ritus 192.

RESOLVTIO III.

NOtiſſimum eſt † regulam fundatam *in cap. qui prior. de regul. iur.*
in 6. & in l. quoties vtriuſq. ff. eod.
& in l. qui balneum in princip. &
in l. potior. in princ ff. qui potior.
in pign. habean. vt puta qui prior
in hypotheca ſit potior in iure reputetur: inter a-
lia vulnerari diſpoſitione *l. licet C. qui potior in pi-*
2 *gnor. habean. & l. interdũ ff. eod.* quibus † mutuantẽ
ad rem acquirendam conſeruandam, vel conſtruẽ
dam eiuſdem rei acceden te ſpeciali hypotheca
omnibus anterioribus creditoribus in eadem re
anteponendum eſſe ſanictum eſt, Nam huius pe-
cunia ſalua totius pignoris cauſa facta eſt *l. inter-*
3 *dum, & l. ſequent. ff. qui potior. in pign. habean.* quod†
exemplificamus in mutuãte expreſſe ad emendũ
rem; Item in mutuante ad nauem armandam,
vel reficiendam: Item in mutuante pro alimentis
nautarum, ſine quibus nauis ad locum deſtinatũ
peruenire non poterat; Item in mutuante pro
rei cuſtodia, vel pro naulo ſoluendo, vel pro pen-
ſione vecture rei, vel pro penſione orrei, vel do-
mus in qua res fuit conſeruata; item in mutuante
ad rem reparandam, conſtruendamquè quę fortè
ruinaretur, vel aliter peritura foret; item in mu-
tuante ad rem redimendam ex pacto de retrouẽ-
dendo, aut iure luendi, vel termino ad redimen-
dum, & ſic de ſimilibus, *vt* omnes inferius citandi
profitentur authores, ſub *nu. ſeq.* Nam ipſe mu-
tuans tunc eſt in cauſa, quòd res perueniat in poſ
4 ſe debitoris; Vnde † eadem ratione dicimus in-
ter plures ad idem mutuantes; quod ille qui eſt
magis originaliter in cauſa quòd res penes debi-
torem perueniat, debet in ea re præferri, etiam
contra creditorem, qui etiam mutuauerit ad rẽ
acquirendam, ſed minus originaliter, & neceſſa-
riè ſeu magis remote, & ſecundario: vt fuit diſcuſ-
ſum inter D. Franciſcum, & D. Antonio de tim-
panaro, & vintimiglia, cũ Paulo Cannizzario in
prælatioue petita per dictos de vintimiglia ſuper
Baronia, & Terra Caſtillucij, ſtante quod prætiũ
dictæ Baroniæ ſoluerunt eam redimendo ex iure
luendi à poſſe Illorum de Couello, & prętium fue
rat ſolutum Illuſtriſſimo Marchioni Geracis, *ex*
Ripa bene perpenſo *in l. priuilegia col. 1. verſ. in ſe-*
cunda parte ff. de priuileg. creditor. Ponte. dec. 34. n.
11. ſecus ſi omnes æqualiter in eadem cauſam ſi-
mul mutuauerint, quia tunc æqualiter omnes
concurrere, dicunt, *Ripa*, *& Ponte*, locis prædi-
ctis. Dum enim res emenda ſpecialiter per debi-
to rem ad id mutuanti hypothecatur nulla ex hoc
infertur iniuria creditoribus quomodolibet ante-
rioribus, cũ res prædicta non eſſet in bonis eorũ
debitoris niſi pecunijs iſtius ſecundi creditoris
mutuantis debitori fuiſſet acquiſita ſufficere igi-
tur debet creditoribus anterioribus, quòd in bo-
nis, quæ tunc temporis habebat debitor; ante-
quam rem prædictam acquireret ipſi, cæteris po-
ſterioribus præferantur non ita tamen in re inde
quæſita ſpecialiter hypothecata, & de pecunia
iſtius ſecundi ſerio mutuantis creditoris. *Neguſãt.*
de pignor. in 2. membr. 5. part. a nu. 15. & ſequ. Vin-
cent. de Franch. deciſ. 97. & 506 Couarr. variar. reſ.
lib. 1. cap. 7. num. 2. 3. vbi dicit concordare *l. Regiã*
30. tit. 13. part. 5. Afflict deciſ. 306. vbi Vrſill. Gail.
lib 2. obſeruat. 12. Velanſol. conſ. 56. num. 29. Burſat.
conſ. 56. nu. 13. lib. 1. Roman. conſ. 40. in fine Caſtrenſ.
cõſ. 286. Lanar. conſ. 42. n. 6. 7. ſequent. Ponte conſ.
54. nu. 40. 41. lib. 2. & deciſ. 34. Peregr. conſ. 80. nu.
4. lib. 3. Ricc. collect. 473. Gaſpar. Theſ lib. 2. qu. fo-
renſ 29. ſub nu. 2. 3. ſeq. Peruſin. dec. 45. n. 19. Surd.
de alimentis tit. 1. q. 70. n. 10. & dec. 311 Alex. conſ.
fin. n. 2. lib. 7. Ioſeph de ſeſſe deciſ. 42. nu. 6. 7. 12. ſeq.
lib. 1. Ceuall. comun. contra comun. q. 744. Mantic. de
tacit. & ambig. conuention lib. 11. tit. 23. vol. 1. Har-
taman. de Hartaman. lib. 2. cap 16. tit. de creditoribus
Aſin. de exequutione §. 7 cap. 13. nu. 1. & ſeq. Rodo-
riq. de ann reddit. lib 2. q. 20. n. 3. Rebuff tom. 2. de cõ-
ſtit. reddit. art. 1. Gl. 8. n 28. Grat. diſcept. 616 .n. 17.
Guttier. Allegat. 5. Caſtil. ſottomaior. controu. Iur. l.
3. c. 8. Dec. conſ. 109. n. 23. 24. l. 2. conſ. 119. n. 23. l.
3. Camill. de laraiba conſ. 81. nu. 1. 2. Card. Tuſch. lit.
H. vol. 4. concluſ. 131. n. 16. 25. 26. ſeq. Barboſa in l.
1. p. 6. n. 11. ff. ſol. matr. & in l. ſi cum dotem. §. fin. ſub
n. 34. ff. eod. Ariſmin. Tepat. l. 2. tit. qui potiores Mu-
ta deciſ. 66. n. 5. Mol. de contract. diſput. 438. nn. 7. &
diſput. 536. n. 13. & ſeq. Mozius de contract. tit. de
pignor. tit. de natur. pign. n. 45. eſt quoque noſtri *Ri-*
tus diſpoſitio *c. 192.* vbi *noſtrates* tribuens prælatione
tione omnibus alijs, etiam priuilegiatis creditori-
bus, & manus iniectionem in re.

5 Deducitur ex dictis; † locatorem in inuectis, &
in latis, omnibus alijs, etiam anterioribus credi-
toribus præferri pro ſua penſione, quia domus lo
cata conſeruat inuecta, & eſt in cauſa, vt pignus
ſaluum ſit, *ex dict. l. interdum cum legibus ſequenti-*
bus vbi Bart. n. 2. ff qui potior in pignor. habeantur.
Iaſon in §. Itẽ ſeruiana n. 60. Inſtit. de action. Carrot.
de locat. tit. de inuect. & in lat. q. 21. Philipp. Paſq.
de viribus patr. poteſtat. p. 4. c. 6. nu. 68. Muta ſuper
conſuet. Panhor. c. 34. nu. 6 Trentacinq. variar. reſol.
lib. 3. tit. de locatione reſolut. 5. n. 3. Mantica de tac.
& ambig. conuent. li. 11. tit. 23. n. 2. 3. vol. 1. Grat di
ſcept. 733. n. 1. lib. 4. Quod intelligunt cum diſtin-
6 ctione; † vt præferatur quando locat ad merces
conſeruandas vt eſt in oreo locato ſecus ſi locat
ad habitandum, veluti in domo, & non pro rerum
vel merciũ conſeruatione *Peruſin. dec. 81. Ricc. col-*
lectan 17. & 473. Caroc. de locat. tit. de inuectis & in
latis q. 21. n 4. Muta dicta conſuetud. 34. nu. 6. Paſq.
d. loco Trentac. d. reſol. 5. n. 3. Grat. diſcept. 733. n.
2. 3. 4. 5. Carp. ad ſtatu Mediol. ca. 332. n. 34. p. 1 &
390.

Digitized by Google

390.*num.6.par.2.*ſed alij contrarium ſentiunt,ſed
7 an prçferatur ; † Dominus domus pro penſio-
ne ſuper inuectis,& in latis creditori pro expenſis
funeralibus,Medici,& medicamentorum & quòd
non præferatur ,cum creditor pro funeris impen-
ſa præferatur cuilibet tacitam anteriorem hypo-
thecam habenti,quicquid ſit in expreſſa anterio-
ri quamuis in Regno idem eſſe in expreſſa pluries
fuit deciſum cum opinione *Surd.* infra citandi, &
quidem verior exiſtimatur , & magis recepta tra-
dit *Carroc.de locat.tit,de Inuectis q.21.n.7.& q.24.
Surd.dec.112.& 125.Muta in conſuet. Panhorm.c.
38.n. 30.ſeq.Maſtrill.deciſ. 10.Viui.deciſ.307.n.6.
Caſtill. deciſ. 103.l 1.Vincent.de Franch.deciſ.51.
Canal.in Repertorio deciſionum verſ.creditor funeris
Neguſant.de pignor. 2.memb.5 .part.nu.28 Garſia de
expenſ.cap.8.n.23.Cabel.in milleloquio. 877. Duen-
na regul. 397.Priuil.7. Roland.conſ.14.n.23.24.lib.
1.Mandell. conſ. 333.n. 8. Bero. q.63.nu. 4.Papon.
lib. 18 arreſto.44.n.5.6.& arreſto 45 .Conan. lib. 4.
commentarior.tit. qui potior in pignor.habeantur Fa
chin. lib.12.controuer. Iur.cap.49 .Ripa in l. priuile
gia nu.48.ff.de priuileg creditor Ricc. Collectan.473.
Sebaſtian. de Medic. in Tractat. de ſepultur. in 5.
q.2.part.nu. 72. Cancer.var.reſol.lib.3. cap. 2.de in
uentario n.168. late Trentacinq. variar .reſol.lib. 2.
8 tit.de action. reſol.3.n.18.19.*Et an† præferatur do
ci dominus domus in inuectis,& in latis pro pẽſio
ne *vide Caroc.de locat. p.5.tit.de ceſſione q. 2. nu.7.
8.fol.243.& latius per Grat.diſcep.733.lib.4.& di-
ſcep.107. n.9.& diſcept. 257.Mant.de tacit.& am-
big. lib.11.tit.23. num. 2.3.7.Coſta de rata. quaeſt.
25. Fontanel. de pactis dotal.clauſ. 4. gl. 9. par. 5.
num. 176. cum prçcedentibus Vrſil. deciſ. 184. leg.
contractus vbi Bald. C. locati Surd. conſ.367. num.
28.& conſ.420.nu.9.Gama deciſ.366 & 186. The
ſaur. deciſ. 223. nu.15.Baez. de debitor. inop.cap. 1.
nu.53.54.*

9 Similiter,& res † in vehiculum vel nauem pro
mercede Domino nauis obligatur cum prælatio-
ne omnibus alijs anterioribus creditoribus,*Man
tica de tacit. & ambig. conuention. lib. 11. tit. 23.
n.4.5.ex dicta l.interdum,& l.ſeq ff.qui potior.in pi-
gnor.habeantur , & alij ſupra citati.*

10 Idque magis dicimus procedere † in Aduoca-
torum, & Procuratorum mercedibus, qui rem à
litibus,liberaſſent, recuperaſſent vel defendiſſent
prçferri debere in eadem re pro mercedibus pro-
prijs cæteris anterioribus creditoribus veluti ij,
qui fuerunt in cauſa,vt res penes debitorem per-
ſiſteret,vel ei acquireretur,& ſalua eſſe totius pi-
gnoris cauſa,non minus quam exemplo eorũ,qui
ad rem acquirendam,vel conſeruandã mutuarunt
Patrocinia enim labores,& ſeruitia pro rei prædi-
ctæ recuperatione, & defenſione , ſunt eidem rei
adeò, annexa,& cohærentia,vt tanto minus in il-
la eſſe videatur,quantùm pro dicto ſalario,& mer
cede ſoluendum ſit. *Bartol. in l. interdum.n.4.cum
l.ſeq.ff qui portior.in pign. habeant..Alex.conſ. 217.
n.2. lib.6.Ripa in l. priuilegia num.32. & 35. ff. de
priuileg.creditor Gratian. diſcep. 257.a n.26.ſeq. l.2.*
qui teſtatur ita reſolutum in Rota Romana corã
R.P.D. Oradino in vna Romana ſalarij primo Iu-
lij 1569.*Giurb. deciſ. 108.n.10.in fine.*

11 Proinde prædictas litium expenſas : † aduoca-
torum patrocinia pro rei tutela ; & conſeruatio-
ne neceſſarias exiſtimarũt Doctores in omni ma-
teria,tã ſi à grauato factæ ſint in cõſeruationem,
& recuperationẽ rei fideicõmiſſo ſubiectę, vel in
maioratus poſſeſſore,Patre legitimo adminiſtra-
tore vſufructuario marito,vaſſallo, ſocio,& ſimi-
libus remq.ipſam defenſam afficiunt,& alienabi-
lem reddunt,& ſucceſſorem obligant,a quo etiam
repeti poſſunt, quod omnes admittunt , etiam
ſi eorum aliquis in cauſa ſuccumbuerit, ſi tamen
temere nõ litigauerit,& ſi fructus rei non ſuffice
rent pro expenſis ſubminiſtrandis.*Palaez.de ma-
ior.par.4.q.26.n.2. Surd.conſ.333.nu.26.conſ.514.
nu.13.Bimi.conſ.303.n.99.101.Menoch.cõſ.1239.
n.44. Peira de fideicom.q.15.n.154.& ſub.n.240.
216.238.Velaſq.deciſ. 116.a nu. 9.Molin.de primo-
gen. lib.1.cap.27.n.11.Pinell.in l. .par.2.n. 70. C.
de bon.mater.Mandell.conſ. 210.n.5.Garzia de ex-
penſ.cap.6.n. 19.Phanue.de inuentar.p.5.n.47.Per-
nus conſ.14 Aemilian.conſ.15.n.2.Petr.de Greg.de
conceſſione feud.p.2.q. 10.nu.19.Schrader.de feud.p.
2.par .9.ſeſſion.2. nu. 54.Peregr. de fideicom.ar. 50.
n.8.11.Intrigl.de ſubſt.centur.3 q.74. num.92. &
102.Gratian. Diſceptat.257.n.30.lib.2.Barboſ.in l.
diuortio §.fin.n.45.ff.ſol. matr. n.28.Simon.de Pret.
de interpretat. vltim.volunt.lib.3. ſolution.4.nu.15.
Marzar.de fideicomiſ p.3.q.67.Barz.deciſ.13.num.
10.Craſ.§.inuentarium.q.19.Cornazan.deciſ. 34. n.
7.Becc.conſ.182.Georg.allegat.1.nu.13. alios affert.
Giurb. deciſ. 108. & ſuper conſuetud. Meſſan. cap.
9. Gloſ. 2. p.1.nu. 46. Cardin.Seraphin deciſ.925.
n.3.4.5.in vna Romana Viridiarij 28. Maij.1590.
Franciſc.Caldas de Pereira de emption.& vend. ca.
27.num. 41.*

12 Ideò cenſum annuum † impoſitum ſuper feu-
do ex cauſa patrocinij, Aduocatorum , pro eius
recuperatione,vel defenſione feudum ipſum affi-
cere omnes admittũt ,vt fuit late diſcuſſum in Ma
gna Regia Curia ,& in Tribunali conſiſtorij inter
Illuſtrem olim Duciſſa Biſbonę,cum Don Baldaſ-
ſare de Termini,dum ad inſtantiã Dominę Duciſ
ſæ petebatur quandam ſubiugationem declara-
ri non afficere dictum ſtatũ,Biſbonæ & comitatũ
Sclafani,quamuis in dicto contractu fuiſſet enun
tiata cauſa ſeruitiorum,& patrocinij,& quamuis
vniformiter,tam in Magna Regia Curia, quam in
dicto Tribunali Conſiſtorij fuerit declaratum nõ
afficere in fauorem dictæ Dominæ Ducillæ hoc
tamen fuit ex particularibus quibuſdã rationibus
in dicta cauſa concurrentibus, primo quia de di-
ctis ſeruitij nullatenus cõſtabat niſi tantum per
meram contrahentium aſſertionem,cui ſtandum
non erat in re prohibita alienari: ſecundò quia te-
nebatur ſubiugans ex feudi fructibus litigare nõ
autem feudum pro dicta cauſa ſubiugare ,quam-
uis pro eiuſdẽ feudi defenſione hoc fiat qui fru-
ctus oſtendebãtur ſufficientes, vt latius examinat
Giurb.dicta deciſ.108.

13 Animalia quoque ; † quæ paſcua ſumpſerunt
ſunt domino fundi obligata pro paſcuis,cum præ
latione omnibus anterioribus creditoribus etiam
habentibus,expreſſam, eorumque fortius conce-
ditur domino fundi retẽptio, dùmmodo paſcua

Digitized by Google

nominatim locata ſint in alimenta prædictorum
animalium, ſecundum aliquos Surd. de alimen.
tit.8.priuil.62.n.12.13.& 19. Canal.deciſ.39.n.28.
p.3.dec.23.n.31.dec.44.n.47.p.1.dec.1.n.28.p.5.
Garſia de expenſ.cap.4.n.31.Coſta de retrotract.c.9.
caſu 1.ſub n.12.Plot.in l.ſi quando n.874 C.vnde vi
Carroc.de locat.p.5.tit.de difform.circa prælat.q.5.
nu.5.& tit. de ceſſione q.2.nu 4.Decian.cōſ 109.n.3.
vol.2.Natta conſ.536.n.8.9 10.Cardinal. Seraphin.
dec.14.15.n.4.qui dicit deciſum per Rotā Roma-
nam Anno 1600.corā R.P.D. Mellino, & prius in
eadē cauſa coram domino Gipſio Grat. diſcept.
25.n. 22.ſeq.lib.1.Philipp. Paſq.de viribus Patriæ
Poteſtat.par.4.cap.6.ſub nu. 67. Quam hypothe-
14 cam, † retemptionem, vel exequutionem in ani-
malibus pro cauſa prædicta procedere admiſit
Regni praxis dū eo in loco animalia reperian-
tur, vbi paſcua ſumpſerunt quod ſecus ſi dixeſſe-
rint de loco vt late teſtatur Giurb.deciſ.40.

15 Idem in Cuſtodiam † animalium expendente,
vel mutuante Caroc.de locat.tit.de ſequeſtr.q.2. n.
3. fol.125.Rebuff.ad Regias conſt.tom.1.art.4.Gloſ.
2.num.31.

16 Mutuans itaq.† patriſamilias, vel marito ad ali
menta veſtes, vel cibaria obligantur in ſubſidium
Regulariter filij, vel vxor ad eorum reſtitutionem
Cordub.in l.ſi quis a liberis §.ſi quis ex his a nu. 83.
ad n.115.ff.de liber.agnoſcend. Coller.de alimen. lib.
3.c.9 n.6. Surd.de alimen.tit.8.priu.48.conſ.420.li.
3.conſ.367.n.28.lib.3.Sāchez de Matrim.tom. 3. l.
9.diſput.4 n.28.& ſeq.Caroc. dec.128.Gratian.di-
ſceptation.106.& diſceptat.733.n.7.Fontanell.de
pactis dota clauſ.4.gloſ.9.p.5.a n. 171.ad nu. 180.
Intrigliol.ſingul 96.n.53.lib.3. Scotus conſ.6.tom.2.
lib. 4.Gama deciſ.186.& 366.Molfeſ.in conſuet.Nea
pol.tom. 1. p. 6. q. 6. num. 11.12.15.& 20. Cabal.
conſ. 2.nu.9.

17 Gratia etiam † fructuum colligendorum, &
pro expenſis neceſſarijs mutuans ſine quibus fru-
ctus conſequi non poſſent in eis omnibus alijs
præfertur l. Interdum ff.qui potior in pignor.habeant
l. diuortio §. impendia ff.ſolut.mat. Garſia de expenſ.
& melioram. cap.1 .nu.11.16.Capiec. deciſ.93.nu.
13.Card.Seraph. deciſ.1415.n.5. Mart. deciſ.623 p.
2.Rip. in l.vbi pure.§.qui in diſtrahendis ff.ad Treb.
Carroc.de locat.tit.de expenſ num.31.fol.212.Idem
18 in mutuante † ſemen colono ad ſeminandum,
qui ſuper fructibus ex eo peruentis omnibus an-
terioribus creditoribus præfertur, Gaſp. Theſaur.
lib. 2.qu. Forenſ.29.n. 6.7.Ric.Collect.1066.Pract.
Papienſ.in forma libelli in actione hypothecaria in
verbo (ſub eadem obligatione)nu. 12.Card.Mantic.de
tacit.& ambig.conuentio.lib.11.tit.23 nu. 11. Phi-
lipp Paſq. de viribus Patriæ poteſtat.p.4.cap 6. nu.
65.quicquid ſit ſi præferatur domino ſoli vt infra
dicam.

19 Demùm indiſtinte † procedit diſpoſitio l.inter
dum in quocumque expendente prò quauis cauſa
in rei conſeruationem, nulla admiſſa differentia
Decian.conſ.109.nu.23.28.lib.2. Roger. conſil. 54.
num.22.

20 Amplia Primo, vt huiuſmodi † prælationis pri
uilegium non ſolum reſpectu alterius creditoris
anterioris habentis tacitam generalem hypothe
cam procedat, ſed etiā militet reſpectu ante rio-
ris creditoris ſpecialem, & expreſſam hypothe-
cam habentis ita tenet Gloſa, & fuit opinio Aza
nis in dict.l.Interdum in Gloſ.1.& ibi ſequūtur.Bar.
& Sal.Neguſ. de pig.in 2.memb.5.p.n.15.Aſin.de
exequution.§ 7.c.13.n.1.Decian.conſ.109. ſub nu.
23.lib.2.Card. Tuſch.concluſ.131.liter.H. nu. 30.
lib.4.Ceual commun.contra commu. q.744.num.2.
Mantic.de tacit.& ambig.conuēt.lib.11.tit.23.n.19.
verſ.hoc amplius vol.1.

Reſtringunt tamen ampliationem prędictam
Gloſa, & Salicetus in dicta l. Interdum non proce-
21 dere † ſi quis habens ſpecialem hypothecam an
teriorem, etiam priuilegiatus eſſet inter perſona-
les actiones Iuxta tit.ff.& C.de priuil. credit. quia
tunc ille, qui ad acquirendam, vel conſeruandam
rem mutuauit, non præferotur quos ſequuntur
Neguſ.de pign.dicto loco Rodoriq.de ann.reddit.lib.
2.q.20.ſub n.13.Aſin.de exequu.§.7.c.13.ſub n.1.cir
ca principium & verſ.2.ſublimitatur Ripa in l. pri-
uileg.nu.35.ff.de priuileg.cred. Quæ reſtrictio tolli-
tur per ritum noſtrum c.192. per quem huiuſmo
di priuilegiato creditori prælatio conceditur, ne
dum contra anteriores creditores, ſed etiam de
iure priuilegiaros.

22 Amplia 2.vt priuilegium † prædictum proce-
dat, quamuis mutuans pecuniam ad rem emen-
dā de eiuſdem rei hypotheca ſibi cautum fuerit
cum debitore, & emptore ſine conſenſu vendito-
ris cuius cōſenſus non eſt neceſſarius, ſed ſuffice-
ret ſpecialis hypotheca de conſenſu debitoris vt
refert deciſum Franchus deciſ.97.per totam.

23 Amplia 3. huiuſmodi † creditorem ita priuile
giatum, & mutuantem ad rem ipſam acquiren-
dam, recuperandam, vel conſeruandam, in ea-
dem re ſpecialiter hypothecata pro ſuo credito
præferri etiā hypothecæ dotis anteriori tacitæ,
vel expreſſæ ſecūdum veriorem opinionem, quam
vidimus quandoque ſeruatam præciſe inter Ar-
changelū de Leonti, & Ioſeph ſcribani, cum Clara
Sinatra vidua, & in magna Curia Anno.1625.25.
Februarij fuit deciſum pro D.Aleonora de Affli-
cto, contra D. Annam Montenigro Neguſant.de pi
gn.2.memb.5.p.n.16.17.Cepol cautell.124.Bal. No
uell.de dote par.10.num.3.Guttier.practic. q. lib. 4.
cap.99. lib.3.q.100.nu.23.Greg. Lopes. p.5.tit.13.
l.30.Gloſa el poſtremero.& l.33.Gloſa entonces Reb.
ad l.Galli t.2.tit. de conſt.redit.art.1.gloſ.8.n.27.Ro
doriq.de ann.redit.lib.2.q.20.qui n.12.teſtatur ita
deciſum per Senarū Mattien.lib.7.tit.16.lib. 5.gl.
5.n.8.Grat. diſc.616.n.5.6.quam dicit veriorem
Aſin. de exequu.§.7.c.14.qui cum iſta opinione
Neguſanti videtur reſidere Muta dec.67.n.4.5.6.
licet ſub inuoluero.Giurb.ſuper conſuetud. Meſſan.
ca.9.gl.2.p.1.n.47.in fine.qui allegat Peruſin. infra
citandum quamuis dicat Ceſal. & alios diſſentire
Ponte deciſ.34.n.8 Cauale.deciſ.15.p.4.Peruſin.de-
ciſ.45.n.19.qui ſequitur Cepol.& Neguſant. dictis
locis, quando accedit ſpecialis eiuſdem rei hypo
theca, licet ſimpliciter referat Socin.Iuniorem di-
centem, communem eſſe contra Neguſantium, &
Cepoll.Maſtrill.ad Pet.de Greg. de cenſib. q. 5.n.56.
verſ. præd.concl. Card.Tuſch. concl. 131. n.18.lit.
H.vol.4.Felician. de cenſib.p.1.li.3.c 5.nu.22, om-
nino

Digitized by Google

12 rinat. inde eſt etiam † vt a mãdato de exequẽdo
nouũ inſerente grauamẽ detur appellatio quãuis
regulare ſit ab eo appellari non poſſe. Capic.dec.
34.n. 4.late Rota Romana dec. 100.n.1. p.1.diuerſ.
13 Et hoc extenditur † vt eodem modo procedat in
reuiſione vt quamuis regulariter, vt dictum eſt
reuiſio non detur niſi ſemel;tamẽ ſi in iuditio re-
uiſionis ſententia lata inſerat nouũ grauamen,
tunc licebit iterum reuideri ita Conar.paſſim ſer-
uari teſtatur apud ſuprema Regia Tribunalia præ-
ctìcar.quæſtion.cap.25.nu.6.& refert Theſaur.dec.
122.nu.2.in fine,& latius deciſ.246. Caualcan. dec.
15.par.1. vbi ponit exemplum de cõdemnatione
expenſarum.Giurb.deciſ.66.num.10.in fin.
14 Ceterũ pro declaratione † iã præfatę limitatio-
nis, quam totius materię circa quã contingit du-
bitari quando ex ſententia nouũ dicatur in latũ
grauamen intelligas procedere quando in ſecũ-
da ſententia, vltima apponeretur aliqua decla-
ratio,moderatio,vel adiectio, cum tamen ſuper
illa noua adiectione, non fuerit in præcedenti
ſententia,ſeu ſententijs actum tacitè vel expreſ-
sè,ſed ſolum hoc in vltima ſententia fuerit diffi-
nitum.Item quando dicta noua adiectio inſeret
nouum grauamen,& non aliter, & ita procedit
dicta limitatio,quod poſſit tertiò appellari, vel
ſecundò reuideri, ſecus aliàs, ità relatis verbis
Angeli explicat Conarr.dict.cap.25.practic. quæſt.
n.6.& cũ ſequuntur præcitati licet non ita late Scac-
cia de appellat.cap. 2.q.17. limitat.1.num. 44.45.
& ſeq.fol 434. Surd. conſ.102.ſub n.14. Fontanell.
de pactis nuptial.clauſ.4.gloſ. 18. par.4.nu. 117. in
fine vol.1.Cancer.variar.reſolution.lib.3. cap. 17.
ſub n.321. Rota Romana deciſ.100.ſub num.1.p.1.
15 diuerſor. Quod quidem intelligitur † vt detur
tertia appellatio,vel ſecunda reuiſio, quò ad illã
adiectionem tantũ,per quã infertur nouum gra-
uamen Scaccia de appellat. c.2. quæſt.17.limit.1.n.
44. Alex.conſ.77. in cauſa, & lite ſub nu. 1. lib.2.
Cranett. conſ. 183.n.1. Theſaur.deciſ.122. nu. 7.in
prin.Muſcat.in prax.p.3.gl.prouocare n.17.& ſub n.
16 45.verſ.quia hoc intelligendũ. Itẽ † ſecũda reuiſio
non conceditur niſi ex magna cauſa Menoc. conſ.
1044.nu.3.conſ.1048.nu. 20.& de arbitrar. in ad-
diction. quæſt. 70.nu. 48.Cardin.Tuſc.concluſ. 904.
num.26.& 36.littera S.Caualcan.de Bracchio Regio
p.6. Fragmen.122.Rebuff. de ſupplicat. in princ. nu.
88.Giurb. deciſ. 66.n.14.Sola ad conſtitut. Sabaud.
de modo ſupplicandi gl. 2.nu.13.22.& 25.Randenſ.
deciſ.144. Et verè in Regno de raro audiui quòd
fuerit data ſecunda reuiſio niſi in vna cauſa inter
Baronem Petrę contra Donnam Dianam Barteſi,
& fuit ex eo,quò in ſecũdo iuditio reuiſionis no-
uum fuit illatum grauamen ex noua condemna-
tione facta ad vntias 1200.de quibus in primo
iuditio nec tacitè nec expreſsè fuerat tractatum.
Ex quibus vidimus per iudices in cauſa dene-
17 gatam Don Mario de Marchiſio ſecundam † re-
uiſionem ſententiæ prolatæ ad fauorem Ioannis
Andreæ Barrabino, & litis conſortium,nam per
Don Marcum eo prætextu petebatur ſecunda Re-
uiſio, quod ſecunda ſententia lata in iuditio re-
uiſionis fuerat differens à prima lata in primo
iuditio, quia in ſecunda ſententia, per quam
fuit dictum contra eum confirmando, primam,
quod non concedatur brachium aſſociatorium
fuit adiecta quædam reſeruatio iurium in fauo-
rem ipſius Don Marij,quòd poſſit vti ipſe iuribus
& remedis ſuis; Ergo,quòd propter appoſitionẽ
dictæ adiectionis, & iurium reſeruationis ſenten-
tia ſecunda eſſet difformis a prima, & compete-
ret ei ſecunda reuiſio.
18 Quod fundamentum † iuſte fuiſſe reijciendum
patet nã licet fateri opporteat, quod circa dictã
adiectionem ſecunda ſententiam ſit difformis a
prima vt patet ad ſenſum cum in prima non le-
gatur talis reſeruatio iurium in ſecunda adiecta
tamen abſolutè negandum eſt quòd propter hoc
detur ſecunda reuiſio limites eum concluſionis,
vt detur ſecunda reuiſio,quemadmodum dictum
eſt,ſunt non ſolum quòd ſecunda differat a prima
propter aliquam declarationem, moderationem
vel adiectionem,appoſitam in ſecunda, ſed, op-
portet,quod dicta adiectio nouum inferat graua-
19 men.Proinde † non ſatis eſt aliquid de nouo adij-
ci in ſententia vt tertia appellatio,vel ſecunda re-
uiſio cõcedatur niſi de nouo pars ex eo adiecto
grauetur Aretin.in l. ſtipulationum aliæ in princ.
col.1.& 2.ff de verbor.obligation.Contard.in l.Vni-
ca limit. 18.num. 2. & limita.19.n.19.in fine & n.
20. C.ſi de momentanea.poſſeſſion. Lancellot.de attẽ-
tat.p. 2.cap.12.limit.21.principal.n.27. Scaccia de
appellat.cap.2.q.17.limit.21.num. 44. fol. 709. &
ead.q.17.limit.1.num.48.fol.435. Et hoc quidem
20 generale † eſt quia appellatio non datur niſi ei,
qui per ſentẽtiam grauatur,& ceſſante grauami-
ne ceſſat appellatio, quia grauamen eſt cauſa
appellationis, aliàs appellatio eſt nulla, & fru-
ſtratoria, & non ſuſpendit neque deuoluit, cap.
vt debitus,& c.cum ceſſante de appellat.l.ſi.C.quãd.
prouoc. Franc.in c.ſi duobus n.1.de appell.Oſaſc.dec.
60.n.3.Barz.dec.52.n.10. Bald.in l. Vnica ſub n. 7.
C.ne lic. in vna eademque cauſ.Abba in cap.interpo-
ſit.70.notabil.vlt.ſub n.3.de appell.Scacc.de appell.
c.2.q.5.art.2.a n.94.& ſeq.f.67. qui late exornat.&
num. 117. fol. 71.Ruginell. eodem.tractat. §. 2.
cap.1. nu.144.& cap.3.n.408.Petr.de Greg. Tho-
loſ. quoque in eod. tractat.de appellat.lib.5.cap. 1.a.
1.& cap.4.nu.3.Surd. conſ.102.num.13.Nicell. de
concord.gloſ.concord.6.Fallent.43.ſub. n. 84. tom.
18.fol.194.Card.Tuſch.concluſ.361.littera A. Ti-
raquell.in tract.Ceſſan.cauſ.p.1.n.3.& n.41. Caual-
can.deciſ.6 num.5.p 1.Cephal. conſ.555.nu.1.Rota
Romana deciſ.659.num.5.in vltimis recollectis per
Farin. Albert.Brun.conſ.53.n.1.Marcheſan.de cõ-
21 miſſion.appellat.p.1.fol.298.c.28.n.1.Etenim † ap-
pellatio eſt iuris auxilium contra grauamen cap.
ſubiectum, & cap.cum ſpeciali de appellat. Gramat.
vot. 2. n.10. Afflict.deciſ.188.nu. 6.Petr.de Greg.
lib.4.de republica cap.6.nu.7.& Sintagmat.iuris l.
32.cap.10.num.2.per Valenſol.conſ.43 num. 149.
22 Et reuiſio † æquiparatur appellationi niſi in ca-
ſibus,in quibus reperitur expreſſa differentia Ca-
pic.deciſ.28.ſub n.11. Roland.conſ.94.n.9. verſ. ſed
præmiſſis lib.1.Scaccia de appellat.cap. 2.q. 19.re-
med.3.n.24.in fin.n.ſeq.fol.884.& 885. Afflict. in
proem.

Digitized by Google

proem.conſtit.q. 10.*Peregrin. conſ.*79.*n* 3.*lib.*1.*Menoch.de arbitrar.q.*70.*nu.*55.*Maſtril.deciſ.*39.*n.*9. *Cardin Seraph. deciſ.*495. *num.*1.*&* 8.Quas differentias recenſent *Capic. & Scaccia in locis nuper citatis Rebuff.in tractat.de ſupplication. in præfat. n* 84.*& ſeq.t.t.fol.*518 vbi ponit decem differentias *ſequitur Petr. de Greg.Tholoſan. de appellat.lib.*1.*c.*6.*n.*11.*& ſeq.Mohedan deciſ.*8.*de renuntiation. alias deciſ.*63.*vbi addi.litter.*A.verum dictam adiectionem,& iurium reſeruationem eſſe ad fauorẽ Don Marij euidens eſt,& potius potuiſſent prætendere grauamen ex hoc barrabini cõuenti, & ideò non licet Don Mario ſecundam petere reuiſionem ceſſante grauamine. Quod comprobatur
23 exemplo † de ſententia, quæ vna tantum partem condemnat ad omnia iuxta alterius partis petitionem pręppoſitam tunc nõ poteſt appellare, niſi pars condemnata quia poteſt pretendere ſe eſſe grauatam,non altera pars victrix;quia cũ nõ poſſit pretẽdere ſe eſſe grauatam appellare prohibetur.*Innocent. in cap.ſi duobus in princ. Franc. nu.*1.*verſ.ex quo nota Card Alex.n.*1. *Deci.nu.*2.*de appell.*quod ſentit ibidẽ *Abbas nu.* 1. *notabil.*1.*& nu.*20.*verſ.vlt. hic quęro ſequitur Scaccia de appel. c.*2.*q.*10.*art.*2 *ſub n.*4.*verſ.Primus caſus.f.*169.

24 Corruit pariter† illud quod ex parte Don Marij dicebatur *ex Alex.cõſ.*75.*lib.*7.*per Card.Tuſch. concluſ.*403.*nu.*4.*littera A.*vbi dicit,quod iudex, qui condemnare reſeruat, dicitur partem grauare:& idẽ propter illud nouũ grauamen oriens ex reſeruatione in ſecunda ſententia condemnatione ommiſſa competat illa appellatio,vel reuiſio, quæ alias non competijſſet nam non bene adaptarur ad propoſitum termini,in quibus *Alexander.* loquutus eſt quamuis admodum perplexe pręter morem loquatur *Alexand.* etenim caſu ſuo rectè conſuluit,quia ibi in caſu illo iudex debebat quæſtionem principalẽ controuerſam determinare liberando,vel condemnando, & non reſeruare,& in deciſam omittere quod ſecus agens iudex certum eſt quod actorem grauat, qui ideo iuditium inſtituendo agit, vt obtineat, vel vt ſua petitio quoquomodo iudicis ſentẽtia terminetur,& finiatur, ſed hoc in caſu iudex ſecũdi iuditij reuiſionis determinauerat principalem quæſtionem æquè vt determinauerat iudex primi iuditij pronuntiãs quòd nõ concedatur bracchiũ aſſociatoriũ,&hoc nõ reſeruauit quemadmodũ in caſu *Alex.*Benè verum quod huic deciſioni adiecit, quod reſeruarentur iura, & remedia ipſi D.
25 Mario ſuccumbenti. Quæ quidem † reſeruatio de alijs remedijs intelligitur, & alia via, qua potuiſſet ipſe iterũ petere, & ad bracchium aſſociatorium admitti: nam reſeruatio iurium facta in ſententia tranſacta nihil operatur vt impediat exequutionem ipſius ſententię,& non alterat ipſam in caſu expreſſo in ea deciſo, quia intelligi debet de iuribus aliunde competentibus, quam ex iuribus iã cognitis,& deductis,& in iuditio terminatis,& ita cẽſetur facta reſeruatio,vt alio modo, & iure quam ex deductis, & deciſis agatur *Iacob del Beluiſio in l.ſi pacto quo pœnam C. de pactis Bal.in l. item labeo ff. famil. erciſcund. & conſ.*100.*lib.*1. *Soccin,Iun. conſ.*67.*nu.*19.*lib.*1. *Gratus cõſ.*139.*n.*20.*lib.*1.*Gramat.deciſ.*66.*n.*5. 6. *Ponte conſ.*49.*n.*15.*lib.*1.*Ruin. cõſ.*114.*n.*11.*lib.*3. *Menoch.conſ.*422.*n.*32.*vol.*5.*& conſ.*795.*&* 828.*lib.*9. *Surd.conſ.*186.*num.*17.*Intrigl.ſing.*72.*nu.*3.*lib.*2.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor poſterior anteriori ſoluens in omni iure,& loco eiuſdem ſuccedit citra aliquam conuentionẽ de ſubintrando nec ceſſionem nu.*2.3.*& ſeq.*

Extende etiam ſi tertius,& quartus,aut vlterior creditor hypothecarius anteriori ſoluat nu 2.

4 *Prior Creditor poſteriori ſoluens in eius locũ abſque pacto de ſuccedẽdo,vel creditori ceſſione ſubintrat.*

5 *Creditor vnus alteri ſoluens in perſonali hypothecaria,ac vniuerſo iure, & loco creditoris dimiſſi, & ſoluti ſuccedit etiam in dominio n.*6.

7 *Creditor anteriori ſoluens in eiuſdem creditoris dimiſſi hypothecam ſuccedit,non autem in nouam, & de iure fictam.*

8 *Soluens,qui ſubingreditur in locum dimiſſi creditoris duplicem acquirit hypothecam vnam ex ſui perſona,alterã ex perſona creditoris potioris ſoluti.*

9 *Secundus creditor priori ſoluens hypothecam prioris creditoris acquirit ſi ipſe quoque hypothecarius creditor ſit ſecus ſi Chirografarius niſi ſpeciali pacto talis creditor conuenerit de ſibi quærenda hypotheca creditoris ſolutis ex ceſſione. n.* 10.

*Ius offerendi non cõpetit creditori chyrografario ex defectu hypothecæ,niſi volente primo, vel poſterior chyrografarius creditor poſſideret num.*9.

11 *Pactum ad diſcurſum competens priori creditori acquiritur poſteriori ſoluenti via iuris offerendi,ſi ſecundus offerens hypothecam quoque habeat.*

12 *Extraneus ſoluẽs creditori tamquam emptor nominis abſque alio pacto de ſubintrando, in eiuſdem perſonalem hypothecariam,ac vniuerſum ius ſubrogatur,& ſuccedit.*

13 *Soluens pro debitore,cum rem vtilem pro eo geſſiſſe dicatur,contra eundem negotiorum geſtorum actionem acquirit.*

14 *Soluens pro debitore,& a creditore incontinẽti ceſſionem obtinẽs ſuccedit veluti ceſſionarius in loco & iure creditoris dimiſſi cedentis aduerſus debitorem,& n.*20.

15 *Extraneus,tam,ſi vellet cenſum ſupprimere, quàm ſi vellet eum non extinguere,ſed ſibi acquirere,& in locum reditualis creditoris ſuccedere, non admittitur creditore inuito,& cedere, nolente., & quid in creditore pro ſuo intereſſe cenſum ſupprimere volente.*

16 *Extraneus ſi ad euidentem pupilli vtilitatem eiuſdem debitum ſolueret,vel cenſum redimere vellet ad effectum ſubintrandi in locum creditoris dimiſſi, id cum minore tantum, vel pupillo agere poteſt abſque iudicis decreto.*

17 *Debitor creditori ſoluens ſua pecunia non ſubrogatur in locum creditoris dimiſſi, idque ratione extinctionis proprij debiti.*

18 *Pecuniam credens debitori vt creditori ſoluat, ad hoc vt eius locum ſubintret tria requiruntur.*

19 *Creditor præſumitur dimiſſus,& ſolutus a debitore ex pecunia extranei ad id ſerio mutuãtis animo ſubintrandi, quando incontinenti per debitorem*

Digitized by Google

rem creditori fuerit ſolutum.

20 *Extraneus cuius pecunia creditor a debitore dimiſſus eſt abſque, ulla conuentione, in creditoris locum ſubrogatur, ſi ab eodem iura ſua extraneo ceſſa ſint, nam ceſſione obtenta aliud opus non eſt. & num. 14.*

21 *Extraneus, ne dum in perſonali, & hypothecaria, ſed in omni iure, ac priuilegio integre, & vniuerſaliter ſuccedit eius creditoris, qui ſua pecunia a debitore dimiſſus eſt, præcedente pacto de ſubintrando, & alijs requiſitis.*

22 *Et dicitur ceſſionarius de iure abſque aliquo facto creditoris dimiſſi*

23 *Et ſuccedit etiam in viam exequutiuam creditori ſoluto competentem.*

24 *Soluens creditori abſque pacto de ſubintrando, ſolam perſonalem acquirit, niſi etiam de hypothecaria acquirenda actum ſit.*

25 *Pactum, & conuentio de ſubintrando loco dimiſſi creditoris ſufficit cùm debitore tantum fieri, & n. 26. & an ſaltem concurrere debeat ipſius creditoris ſcientia numero 27.*

28 *Pactũ de ſuccedendo in locum creditoris dimiſſi factum cum debitore incontinenti poſt pecuniarum numerationẽ valet, ac ſi ante ab initio factum eſſet ſecus ſi ex interuallo, niſi creditore volente, & eidem iura cedente.*

29 *Extraneus, cuius pecunia a reditusli debitore, & ſubiugante ſubiugatarius creditor de ſorte, & reliquis dimiſſus eſt an ſuccedat in locum potioritates reditu ac vniuerſo iure ſubiugatarij ſue pecunia dimiſſi, & ſoluti, & nu. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. & ſeq.*

32 *Extraneus pecuniam credens debitori redituali ad effectum reddimendi, & extinguendi cenſum, licet conueniat cum debitore de ſubintrando, vel ceſſionem acquirat in nihilum ſubrogatur in ius ſubiugatarij creditoris iam redemptione extinctum, licet proſit quo ad præteritos cenſus ſi qui ſunt, & ſortem principalem & nu. 38.*

34 *Reluitio cenſus animo faciendi fructus pro redimẽte non eſt redemptio, & extintiua ſuppreſſio, ſed translatiua venditio.*

Verba magis natura contractus deſeruiunt, quam natura verbis num. 34.

35 *Actio ad intereſſe competit ei, cui factum promiſſum adimpletum non fuit.*

36 *Hypotheca, an reſoluuntur facta cenſus redemptione animo faciendi fructus ſuos.*

39 *Secundus ſubiugatarius de cuius pecunia primus ſubiugatarius dimiſſus fuit per debitorem ſubiugãtem animo ſu eius locum, & iure ſubintrandi, an pro exactione futurorum cenſualium penſionum. vti poſſit priori contractu in cuius locum ſubingreſſus eſt, & quo caſu, & n. 40. & 41.*

41 *Secundus ſubiugatarius an vtatur contractu primi ſubiugatarij ſua pecunia a debitore dimiſſi, ſi omnia bona id ſecundo Contractu ſubiugata euicta ſint.*

41 *Mutuanti, contrahenti, vel ementi pignus a debitore, cuius pecunia per debitorem priori creditori fuerit ſoluta abſque aliquo pacto de ſubintrando, an acquirat ſaltem retentionem aduerſus poſteriores creditores, & nu. 43. 44. & 45. 46. 47. 48.*

44 *Ius offerendi competit poſteriori creditori contra emptorem rei hypothecatæ de cuius pecunia anterior creditor dimiſſus eſt.*

49 *Soluens in ius retentionis, quod dimiſſus creditor habebat ſuccedit.*

ARGVMENTVM.

Soluens quando in iuribus, & loco dimiſſi creditoris priuilegiati ſuccedat atque ſubintret.

RESOLVTIO VII.

ILlud vtique cõſtat, ſubingreſſionis ſeu ſubintrantiæ in ſoluti, dimiſſiq. creditoris locum materiã per difficilem exiſtimari idq; propter varios in ſe continentẽ iuris caſus; quos noſtrę iuris prudẽtię eximios profeſſores perpẽdiſſe, ac in iudicijs cõtrouerſi vidimus, vt nõ minorem quidẽ declarationem, quã metodum ad id requiri cenſeo; Primum itaque
1 † membrum ad materiæ declarationem conſtituitur. cùm ſecundus creditor anteriori, via iuris offerendi ratione ſuę hypothecę anterius debitũ ſoluit, qui in vniuerſum ius prioris creditoris integrè ſuccedit citra aliquam conuentionem de ſubintrãdo, & ſuccedendo nec ceſſione aliqua requiſita dummodò ex ſoluentis pecunia prior creditor dimittatur, vel ſaltẽ poſterior, ad prioris nomen pecuniam conſignet, vel congruè deponat, ſi primus recipere fortè recuſet *l. 1. C. qui potior. in pign. habean. vbi Bartol. & l. potior. §. fi. ff. eod. & l. fi. ff. de ijs qui in prior. cred. loc. ſuccedunt. Gl. in l. Ariſto. ff. quæ res pign. obligar. poſſ. & gl. in l. 1. C. de his qui in prior. creditor. locum ſucced. litter. A. verbo non accepiſſe. Neguſan. de pig. in 3. membr. 5. p. u. 10. Intrigliol. ſingul. 201. n. 14. lib. 2. Vincen. de Franc. deciſ. 134. num. 3. Barboſ. in leg. poſt dotem 41. num. 61. ff. ſolut. matrim. Crauett. conſ. 582. nu. 2. Ponte conſil. 87. num. 2. lib. 1. Curtar. deciſ. 61. num. 11. 12. 13. Roderiq. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 14. numer. 21. & quæſt. 17. num. 11. lib. 2. Petr. de Greg. in Sintagmat. iuris lib. 23. cap. 22 numer. 2. Bart. in leg. Ariſto. num. 1. Bald. in leg. 1. C. de his qui in prior. creditor. num. 1. Angel. ibidem in princ. Corn. conſ. 245. volum. 2. Afflict. dec. 259. num. 1. in fin. Molin. de contract. diſput. 536. num. 17.* qui eadem
2 ratione † extendit, ſi tertius, aut quartus, aut vlterior creditor hypothecarius ſoluat aut offerat debitum primo, *Gregor. Lopez leg. 34. tit. 13. part. 5. verb. otro pleito. Rota Roman. dec. 293. num. 1. apud Farinac. t. 4. Anton. Faber in C. lib. 8. tit. 9. defin. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit.*
3 *28. num. 5. 8. 9.* Ratio eſt quia † cum iſta ſucceſſio creditoris in locum primi per ſolutionem, & oblationem fuerit a lege inducta ideo non requiritur aliquod pactũ cũ iuris miniſterio ita diſponẽtis ipſo facto inducatur ſucceſſio in locum pri-
4 mi, quæ procedere eadem ratione in intelligas † etiam, cum prior creditor poſteriori ſoluat ex eadem facultate iuris offerendi quæ quandoque an-

Digitized by Google

teriori aduerſus poſteriorem competit credito-
5 rem, ita vt non admodum † in perſonali, quàm
etiam in hypothecaria ac vniuerſo creditoris
iam dimiſſi iure, & priuilegio ſubrogetur *Gloſ.*
& Bartol. in leg. Ariſto, ne ratio num. 1. ff. quæ res
pignor. obligar. poſſeſſ. per text. in leg. 1. C. qui po-
tior, in pignor. habean. & leg. 1. Cod. de his qui in
prior. creditor. locum ſuccedunt, facit text. in l. 2. ff. de
ceſſion, bonor. Aſini de exequution. §. 7. cap. 55. nu. 3.
& 4. in princ. & num. 9 Neguſant. de pignor. in 3.
membr. 5. p. num. 13. Afflict. decis. 259. num. 1. &
ſequent. Mantica de tacitis, & ambig. conuen. lib. 11.
6 *tit. 28. num. 10*, vbi dicit etiam † in dominio ſecun-
dum creditorem ſuccedere, quãdo dominium in
priorem creditorem fuerit translatum.

Et quamuis *Gloſ. in l. 1. C. de his qui in prior. cre-*
dit. & in d. l. Ariſt. in eam fuerint ſententiã, vt ſuc-
7 cedatur † a creditore ſoluente priori creditori in
nouam non in primam hypothecam, quia vide-
tur ſolutione extincta, ſed in aliam hypothecã de
iure fictam; contraria tamen opinio mihi magis
probatur quod vtiq. ſuccedatur ad primam hy-
pothecam, quæ creditori competebat, ex quo ſo-
lutio non fit animo extinguendi primam hypo-
thecam, ſed animo illam acquirendi, conſequen-
di, & trasferendi. *Iacob de Arena, Cinus. Petr. de*
Bellapertic. Bald. & Salicet. in d. l. 1. adeò quod cõ-
munis detegitur contra *Gloſam, & Gloſam* repro-
bat, *Bar. in d. l. Ariſt. num. 7. Neguſan. de pignor. in*
3. membr. 5. p. n. 16. Surd conſ. 444. n. 10. in fi. & n.
8 *11.* & duplicem † acquirit ſeu habere dicitur hy-
pothecam vnam ex perſona ſua alteram, ex per-
ſona creditoris potioris ſoluti, *Mantic. de tacit. &*
ambiguis lib. 11. tit. 28. n. 16. verſ. neque eſt.

9 Si tamen creditor † ſecundus ſoluẽs hypothe-
cam, etiam in debitoris bonis haberet intelligas,
ſin autem hypotheca careat (veluti eſt chirogra-
farius creditor, qui ius offerendi non habet defe-
ctu hypothecæ niſi volente primo, vel niſi poſte-
rior chyrografarius poſſideret. *Neguſan. de pignor.*
3. memb. 5. partis n. 6. Bar. in l. nulla C. de ſolution.
Glo. & Salic. in l. cum tibi C. qui potior. in pignor.
habean. l. Paulus §. 1. ff. quibus modis pig. vel hypot.
Soluan. Intrig. ſing. 201. n. 12. 13. lib. 2. Crauet. conſ.
298. col. 3, verſ. 8. Caſtrenſ. conſ. 337. ſi prima duo
ſtatuta circa principiũ lib. 2. Caballin. de vſur. q. 47.
Roderiq. de ann. redit. lib. 2. q. 17. n. 12. Morocius de
creditore offerente à nu. 41. ad nu. 51. qui pluribus
modis ampliat. & declarat, Mantica de tacitis, &
ambiguis conuen. lib. 11. tit. 28. n. 25. & 26.) in hypo
thecam primi creditoris ſua pecunia dimiſſi non
ſuccedit. *Bal. in l. Ariſto. in lectur. antiqua ff. quæ*
res pignor, obligar. poſſ. n. 1. Ang. in l. 1. C. de his
qui in prior creditor locum ſucced. Barboſ. in l. poſt
dotem 41. ſub n. 61. ff. ſol. matr. Gratian. diſcept. 269,
n. 4. 5. Scaccia de commertijs. §. 2. gl. 5. nu. 88. verſ.
eſtende fol. 513.

10 Niſi ſecundus † chyrografarius creditor hy-
potheca carens, ac priori ſoluens ſpeciali pacto,
& ceſſione ſibi prouiderit, vt ſibi illa hypotheca
prioris creditoris acquiratur creditore volente,
nam tunc ea acquiritur vigore pacti *Bart. in l. 1.*
in princ. C. de his qui in prior. creditor. locum ſucced.
Barboſ. in d. l. poſt dotem ſub n. 61. Gratian. diſcept.
269. n. 4. 5. & 7. Cartar. dec. 61. n. 9. & 14.

Adeoque ſecũdus iſte creditor hypothecarius
11 † in ius, & locum prioris ſubrogatur, & ſubingre-
ditur vt etiam in pactum de vendendo pignus,
quod creditor dimiſſus cũ debitore habet (quod
nos ad diſcursũ appellamus) ſuccedit, veluti pa-
ctum hypothecæ acceſſorium, *Bald. in l. Ariſto. in*
lectur. antiqua num. 2. ff. quæ res pignor. obligar. poſſ.
per illum textum Manael. conſ. 215. nu. 3. 8. Anton.
Faber. in C. lib. 8. tit. 9. defin. 4. in fi. quod pactum ci-
tra hypothecã ſecundus creditor non acquireret,
niſi ſpecialiter id cũ priori creditore actũ fuerit.

Secundùm eſt diſtinctionis membrum, cum
extraneus ſua pecunia, creditorẽ dimittit, & ſol-
uit, quod equidem nõ vniformiter contingit, ete-
12 nim aut ſoluit † extraneus creditori, tanquã em-
ptor nominis potioris creditoris, & aut dubbio
tunc abſque alio medio, vel pacto de ſuccedẽdo,
tã in eius perſonalem, quam hypothecariam, ac
vniuerſum ius ſubrogatur, & ſuccedit *l. emptor. C.*
de hæreditat. vel action. vendit. cum concordanti-
bus per Bart. in l. Ariſto. num. 2. in fine Ang. in l. 1. C.
de his qui in prior. creditor. locum ſucced. vbi Bald.
n. 1. Aſini de exquut. §. 7. cap. 55. nu. 4. ad text. in
l. ſi a creditore C. de action. & oblig. Neguſ. de pign.
in 3. membr. 5. p. nu. 43. & ſeq. Surd. conſ. 183. ſub.
n. 17. Grat. diſcept. 117. n. 17. Mant. de tacitis, &
ambig. conuent. lib 11. tit. 28. nu. 14. vbi quod em-
ptori aduerſus creditorem vendentem competit
actio ex empto, vt ſibi cedat iura ſua.

13 Aut extraneus ſoluit † veluti is, qui debitoris
negotia gerebat, & tunc tantum ſoluenti nego-
tiorum geſtorum actio queritur aduerſus debito-
rem, cui rem geſſiſſe vtilem, eiuſdem debitum
ſoluendo euidens eſt *Ang. in dicta l. 1. C. de his qui*
in prior. creditori locum ſucced. vbi Bald. notanter.
Surd. conſ. 183. num. 17. & conſ. 444. n. 7. Gloſ. in l.
ſi cum pecuniam C. de priuil. fiſci Roder. de ann. redit.
lib. 2. q. 16. n. 9. Neguſan. dicto loco Gratian. diſcept.
117. num. 17.

14 Niſi extraneus ſoluens aduerſus debitorem †
a creditore ſua pecunia, dimiſſo, & volẽte, iurium
Ceſſionem obtinuerit in continenti, quoniam
tunc, & in perſonali, & hypothecaria creditoris
ſubingrediretur ex iurium translatione in eius
perſonam, media ceſſione prædicta *l. fin. C. de pri-*
uil. fiſci Aſin. de exequution. §. 7. cap. 55. n. 4. verſ. 3.
limit. Surd. cõſ. 444. n. 6. verſ. præterea & n. 7. 8. 9.
Molin. de contract. diſp. 536. nu. 18. Ponte conſ. 6. n.
3. lib. 1. Theſaur. q. Forenſ. 30. in princ. lib. 2. Rota
Rom. decis. 293. n. 2. apud Farinac. vol. 4 Barboſ.
in l. poſt dotem. 41. ſub n. 61. ff ſolut. matrim. Crauett.
conſ. 582. n. 2. Ant. Faber. in C. lib. 8. tit. 9. defin. 4.
verſ. neque verò, & defin. 8. Mantica decis. 99. n. 3. in
princ. Molin. de contract. diſput. 536. num. 18. in fi.

Hinc eſt in terminis annui cenſus ad formam
15 bullæ. quod † ſi extraneus vellet cenſum non ex-
tinguere, vel ſupprimere, ſed comparare, ſibi de-
bitorem, & ius redditus, vt in eius locum ſucce-
dat id inuito creditore, & cedent fieri nequit;
Roderiq. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 16. Felician.
de cenſibus lib. 4. cap. vltimo ſub numer. 9. Maſtril.
de cenſibus quæſt. 5. numer. 300. 301. & ſeq. qui
hãc putat veriorem ſententiam, vt in vtroque ca-
ſu,

Digitized by Google

ſu,nempe tàm in caſu extinctionis cenſus, quam in caſu translationis, & ſubingreſſionis in locum creditoris annui,non ſit admittendus extraneus redimere volens creditore ipſo inuito, cum ex ipſo contractu nõ ſit obligatus creditor redimere,niſi debitori,& ſuis,& ſic habẽtibus ius,& cauſam ab eo,& non extraneo quam opinionem abſque difficultate firmat procedere. Secus in creditore, etiam chyrografa tio,quem pro ſuo intereſſe poſſe admitti ſorte cum reliquis oblata reditum ſupprimere, & extinguere ſenſijt Roderiq. de ann. redit.lib.2.q.16.n.45. qui etiam credit, huiuſmodi creditori, à redituali, creditore, cui ſors cum reliquis oblata eſt, actiones cedendas fore,alioquin ſibi inutiles,ſi id ſinẽ iniuria cedentis,& eius,contra quem ceditur,fieri poſſit.

16 Item tertius extraneus, † ſi offert ad manifeſtum pupilli beneficium ſoluere pupilli creditori,vt in locum eiuſdem creditoris ſua pecunia dimiſſi,& in ius illius ſubrogetur, id cũ pupillo abſque decreto agi poſſe dicit Roderiq. de ann. redit. lib.1.q.14.nu.20.nam ne dum ex eo actu nõ læditur pupillus,ſed iure cõmuni vtitur,& Rodericus exẽplificat in pupillo ex contractu paterno centũ reditus debitore, ad rationem quatuor decimæ ſub hypotheca Generali,& ſpetiali prædiorum, quod ſi extraneus volens pupillo commodare offerat ſortem ſoluere,& reditum moderari, & rationem decimæ ſeptimæ,dummodo in reditum, & hypothecam prioris creditoris, & ius illius ſubrogetur quod probari l. ſi pupillorum in fi. ff. de rebus coram ait.

17 · Tertium principale membrum eſt,†cum principalis ipſe debitor creditori ſoluit, quod ſubdiſtinguitur nempe,aut de ſua propria ſoluit pecunia, & verum eſt ipſi debitori nullam ſubintrantiam,neque ſucceſſionem dari ratione extinctionis proprij debiti,vt ex Gloſ.Bart.Bal. Ang.& alijs in d.l. Ariſt.probatur & declarat Gl in l.1.C.de his qui in prior.creditor locum ſucced. vbi Salicet. n.2. verſ.tertius caſus,& ibidem Alber. Rota Roman. apud Card.Seraſin.dec.481.n.1.& deciſ.294.p. t.t. 1.apud Farinac.nu.15.

18 Aut ſoluit debitor † ex pecunia aliena,& tunc quatuor requiri ad hoc vt dominus pecuniæ ſolute in locum dimiſſi creditoris ſubintret, & ſuccedat putauit gl.in d.l. Ariſt.vel tria ſecundum Gloſa in l.1.C.de his qui in prior.creditor.locum ſucced. quod verius eſt.Primo pactũ,& cõuentio de ſubintrando in locum, ius hypothecas, anterioritates, potioritates, & priuilegia dimiſſi creditoris. Secundo quod pecunia ad effectum creditorem ſoluẽdi mutuetur Tertio,vt ex pecunia mutuãtis eiuſdem dimiſſus ſit creditor ipſe Bart. in dicta l. Ariſto.Negnſan.de pignor.in 3.membr.5 par.nu.45. Ponte conſ.6.nu.2.3.& conſ.87.num.3.lib.1.Cinus in dicta l.1 .col.1. Salic.nu.3.poſt Bal.in fi. Surd.cõſ. 444.n.9. Intrigliol.ſing.201.n.35.lib.2. Molin. de contract.diſput.536.n.19 Greg. Lopes l.34.tit.13.p. 5.Rod.de ann.redit.lib.1.q.14.n.21.in fi.Mil.dec.13. nu.20.lib.1.Aſin.de exequution.§.7.cap.55.num.4. Theſaur.q. Forenſ.lib.2.q.30.ſub n.5. Rota Roman. dec.293. n.3.4.vol.4 apud Farinac.Gabr.conſ.81. num.3.lib.1.Anton.Faber. in C. lib.8.tit.9.defin.2. in princ.& defin.3.Boer.conſ.47.n.5.in fine, & ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.11.tit. 29. n.10. Gratian.diſceptation.670.nu.10.

Et proxima coniectura qua dignoſci poteſt
19 † ex pecunia ab extraneo debitori mutuata creditorẽ dimiſſum fuiſſe inter alia in dubio erit ſolutio incontinenti facta per debitorem, quòd ſatis veriſimilitudini proportionabiliter cõgruit, ſolutionem ex mutuantis pecunia ad eum finem factam fuiſſe.Bart.in d.l. Ariſto.nu.5. Vincen.de Franc.dec.97.nu.5.Surd.conſ.444.n.10.Menoc.lib. 6. præſum.12.an.28.Bar.& Bal.in l. Imperator. ff. deleg 1.Bald.conſ. 493. vol.4. Caſtil. dec. 98. n.6. Tiraq.de retract.ligaag.§.32.gl.vnica.n.24. Anton. Faber.in C. lib 8.tit.9.defin. 1.

20 Quæ tria requiſita,tamen † nec neceſſaria sũt, quando in ipſius ſolutionis actu a creditore dimiſſo domino pecuniarum fuerint ceſſa iura nam ceſſione obtenta aliud opus non eſt, l.ſi cum pecuniam.C. de priuil.fiſci.Salicetus poſt Cinum in d.l. 1. C.de his qui in prior.credit.locum ſucced.& ante omnes alios melius Pet.de Pellapert.&ita legẽ illam sũmat, & declarat Bart. Ibidem, & Bald. per Pont. conſ.6.n.2.3.l.1.Aſin.de exequut.§.7.c.55.ſub n.4. Cran.conſ.582.n.2.Greg. Lopez.l.34.in fine tit.13.p. 5. Petr.de Greg.Sintag.iuris lib.23.c.12.n.2. Barb. in l.poſt dotem.41.ſub n.61.ff.ſol.matr.Mantica deciſ 42.ſub nu.3.verſ.preterea.

21 Et tũc vtique † ita ſoluens, vel pecunias debitori ſoluenti credẽs prędictis tribus de quibus in dicta Gloſa interuenientibus,nè dum in perſonali, ſed etiã in hypothecaria omnique iure ac priuilegio creditoris integre ac vniuerſaliter ſuccedit l.Ariſt.ne ratio vbi gl.& DD.ff.quæ res pign.obl. poſſ.gl.in l.1.C.de his qui in prior.creditor.locũ ſucced. vbi Bart.Fulgoſ.in l.1 .ff.quibus modis pignor. vel hypothec. Siluan. Roderiq. de ann. redit. lib. 2. q.16 nu.50.& ſeq. Anton. Faber. C. de his qui in prior.credit. lib.8. tit. 9. defin. 1. Gratian. diſcept. 269. Barboſ.in l. poſt dotem.41.ff.ſolat.matr.an.60. & 61.Surd.conſ.444.n.8.9.10. lib.3.Neguſ.de pig. 3.memb.5.p.a.45.Carroc. de oblat. p.2.q.25.an. 6. & ſeq.& an.8.fol.187.

22 Diciturque†a iure abſque aliquo facto creditoris dimiſſi ceſſionem obtinere.Anton. Faber. in cod.l.8.tit.9.defin.4.in princ.Caſtil. dec.98.n.5.lib. 1. Doctores in dicta leg. Ariſto. ff.quæres pignor. obligar.poſſ.& in leg.1.C.de his qui in prior.creditor. locum ſucced. Giurb. deciſ.87.ſub nu.5.inde eſt, vt
23 † etiam in priuilegiũ exequutionis, ſeu viæ exequutiuæ,quod creditori competebat iſte ſoluens ſubingreſſus, & ſubintratus cenſeatur, vt probat Surd conſ.444.in princ.& per tot.lib.3 .Milan. ſenſijt deciſ.13. n.20.21.22.lib. 1.

24 Sin autem citra conuentionem † de ſubintrãdo in pignore creditoris dimiſſi extraneus ſoluerit ve pecuniam debitori ſoluenti crediderit ſolã perſonalem acquiret actionẽ,nõ autem aliquod ius competentem creditori,cui fuit ſolutum, vel hypothecam,niſi de hoc expreſſe actum ſit,Surd. poſt antiquiores in cõſ.444. n.8.9.10.16. & per tot. lib.3.Negnſan. de pign. in 3. memb.5.par.num. 45. Barboſ.in l.poſt dotem 41.ſub n.60.verſ.& quo ad primam ff.ſol.matr.Gabr.conſ.82.nu.3.lib.1.Cuiac.

Digitized by Google

lib.18.obſeruat. cap. 40. Anton. Faber. C. de his qui in prior. creditor. lib.8.tit.9.defin. 1. Petr. de Greg. Sintagmat. iuris lib. 23.cap.12.n.2.Gratian.diſcept. 269.n.1.2.Intrigliol.ſingul 201.nu.36.lib.2.

25 Et pactum hoc de † ſubintrando ſuffieit cũ debitore tãtum fieri,cui credita eſt pecunia, vel pro quo ſolutio facta eſt,nam ſicuti cum ſolo debitore contrahit,ita ſatis eſt inter ipſum, & debitore id agi,vt ſuccedat in locum primi,etiam ignorãtis *Bart.in leg.Ariſto.in 3. oppoſition. Neguſant. de pignor.in 3.membr.5.par.nu 45.Roder. de ann. redit.lib.1. q.14.nu.22.Anton.Faber. C. lib.8. tit. 9. defin.4.Caſtill. dec.98.n.5.Ripa in l.ſi ventri.§.fin. col.2.in gl.1.ff.de priuil. creditor. Vincen. de Franc. dec.97.nu.2.3 Neguſ.de pign.in 3.membr.5.p.n.45. Marta voto 48.Theſaur.quæſt.Forenſ.30.n.3.6.lib. 2. Oliban. in addition.ad Mont.de action.p.2.cap.29. num.29.tom.2.Rota Roman.deciſ.293.nu. 4. apud Farin.vol 4.in vltimis recollectis. Scaccia de commer.& cambijs §.2.gl.5.n.416.Mant. de tacitis, & ambig.conuent.lib.11.tit.28.num.16.*

26 Rationem ponit † *Gl.in d.l. Ariſto.verb.pignus in fin.& Bar. ibidem,n. 7. Salic. n.3.* quod Ideo ex pacto debitoris,& ſecundi mutuantis ſucceditur primo,quia primus creditor videtur conſentire recipiendo pecuniam *ſequuntur Franc.dec.97.nu. 3.Bald.in leg.nulla C. de ſolution. Neguſan. de pign. in 3.membr. 5.par.ſub nu.45. Giurb. dec. 87.nu.5. Theſaur.dicta quæſt.30.n.3.Gratian.dec. 215. n.4. in addit. Rota Roman.dec.293.n.6.apud Farinac.in vltimis recollectis.Scaccia dicto num.416.§.2.gloſ. 5.de commer.& cambijs.*

27 Vel ſaltem concurrente † ipſius creditoris ſciẽtia ſecundum *Rotam Roman.dicta deciſ.293.num. 5.6.7.& Salicet.in leg.Ariſto. ſub num.3.ubi ſed gl. reſpondet.Scaccia de Commer.dicto.§.2.gl. 5. num. 416.in fine Gratian. diſcepta.670.ſub numer. 10.* Quæ quidem ſcientia ſatis deducitur ex receptione pecuniarum ſi eiuſdem ſolutionis actu, quoq; de pacto cũ debitore inito mẽtio facta ſit.

28 Dictaque conuentio † de ſuccedẽdo in ius anterioris creditoris facta in cõtinenti poſt numerationem(ſecus ex interuallo)tantum prodeſſe, quantum ſi ante facta eſſet,*ſtatuit Anton. Faber. in C.lib.8.tit.9.defin.5.*ſi vero ex in interuallo cõuenerit tertius de pignore ſibi quærendo, ex cuius pecunia primo creditori debitor ſoluerit,nullatenus in eius hypothecã ſuccedet, niſi creditore volente eidem iure cedat, *dixit idem Faber. defin. 6. ibidem ſequenti.*

Cæterũ in terminis membri huius diſtinctionis

29 inquirendum eſt,an † ſemper tertius,cuius pecunia reditualis,& bullaris dimiſſus eſt creditor,per eum,vel per debitorem ſorte cum reliquis per ſoluta in iuribus reddituum,& locum creditoris, ac eiuſdem hypotheca cum prælatione in omnibus abſolute ſubrogetur, ita vt in eodem iure, cenſus viui, & non extincti creditoris annui perſoluti ſuccedat; In quo, & ſi plures iuris caſus conſtituerit *Doctiſſimus Rodericus de ann.redit.lib. 2.quæſt.16.a num. 48.& ſeq. inter noſtri temporis recentiores iuris prudentiæ perſpicaciſſimus* alios quoque ponderandos cenſuimus.

30 Primus eſt caſus, † cum Tertius de voluntate cenſualis creditoris,eoque ſua iura cedentis ſortem cum reliquatu ſoluit,quo caſu media ceſſione prædicta traslatiua incontinenti, & non ex interuallo facta in iure eodem reditus viuo, & fructifero, ac locum hypothecam potioritatem, & exequutiuum ius conſequitur quemadmodum & creditor ipſe reditualis tenebat, *Roderiq. dicta q.16.lib 2.de ann. redit.num.48.& 49. & faciunt dicta ſupra in 2.membr. num.14.& 15.*

31 Secundus eſt caſus, cùm † reditualis creditor coactus ſecunda creditori, vel poſſeſſori offerẽti incontinenti cedit,& idem quod ſuperius in primo caſu firmandum eſt *ex Roderico n.48.& dictis ſupra in primo,& ſecundo membro.*

32 Tertius eſt caſus,cum † extraneus pecuniam mutuat debitori reditus ad hoc vt cenſum a poſſe creditoris redimat,ac ſupprimat, vel extinguat, & debitor eo animo pecuniam acceptet, & tunc eſto quod cum debitore ab extraneo conuentum ſit de ſuccedendo creditori redituali in vniuerſo iure cenſus,& loco creditoris eiuſdem, tamen ſi debitor de extranei mutuãtis pecunia cenſũ redimat,& extinguat,nullę extraneo acquirũtur actiones ad futuros cenſus,& penſiones cõſequendas, & cẽſus remanet extinctus,& nõ viuus pro tertio ſoluente ſeu pecunias credente, etiam quòd reditualis creditor, cui ex tertij huius pecunia de ſorte cũ reliquis ſatisfactum eſt actiones, & iura extraneo cedat,nam nihil eſt,quod illi cedere poſſit pro pẽſionibus futuris, & ante cenſus ſuppreſſione, nec poteſt is ſubrogari in ius iam redemptione extinctum, & nullum ius ex actu reſolutiuo acquirit ex quo venit pro reſolutione actus,bene tamen cenſeo ceſſionem, vel ſub ingreſſionem pro pręteritis cenſibus,ſi qui ſunt, & pro ſorte operare poſſe, quo ad hypothecæ tamen potioritatem,& anterioritatem,*Cenci de cẽſibus par. 2.cap.2. quæſt.2. art.5.numer. 14.15.* & ita iudicatum fuit in ſancto offitio de menſe Maij 1625.pro Don Vincentio, & Donna Theodora vaſſallo,contra Donnam Fulgentiam Schifaldo, & ſi ipſe patrocinando in ea cauſa defenderim contrarium,& in M.R.C.pro Antonio la Voglia, contra Ioſeph la Voglia, die 25. Ianuarij 1620. ad quod faciunt *dicta per Caſtillum dec.137.præciſe nu.5.l.2.Milan.deciſ 9.n.52.53.lib.2.*in redimẽte vigore termini ad redimendum loquentes.

33 Quartus caſus eſt,cùm Tertius † dum debitori reditus pecuniam credit,vt ſortem cum reliquis creditori ſoluat paciſcitur vt ſoluatur creditori, & ipſe in ius, & hypothecas reditus animo non extinguendi,ſed eius iura experiendi,faciendique fructus ſuos, eidem creditori ſuccedat, & tunc dicta forma ſeruata Tertius cõſequitur omne ius creditoris reditualis ac viuus remanet cenſus pro futuris decurrendis fructibus ad fauorem Tertij ſoluentis vel pecuniam credentis ad dictum effectu eodemque vtitur pro eis exequutiuo creditoris,iure, & contractu. *Roderiq. de ann redit. lib. 2.quæſt.16.num.50.Maſtril.de cenſib.q.5.à n. 142. & ſequen.Torus in compend. deciſ. verbo ceſſionarius iuris luendi faciunt dicta per Giurb. deciſ. 87.* licet contrarium ſenſerit *Caſtil. deciſ.137.*Nam ſi tunc debitor cum credentis pecunia a creditore

cenſum

Digitized by Google

cenſum redimat animo faciendi fructus, pro tertio, ita ſoluente, ſeu pecuniam credente ex pacto cum debitore inito quæritur tertio omne redituālis creditoris ius, Hypotheca, & locus, quia
34 † illa non eſt redemptio, ſed translatio venditio, ſeu ceſſio iuxta ponderata *per Ludouic. Caſanat. conſ.* 10. *concluſ.* 1. quia cum habemus effectum, qui cor correſpondet venditioni, & non cenſus ſuppreſſioni; non debemus ſtare verbis, ſed effectui, & adiudicandum, qualitatem contractus, non ſonus verborum, ſed effectus rei conſideratur, quia potius verba naturæ contractus deſeruiunt, quā natura verbis, & cum in iſto caſu effectus ſit venditionis, non reuenditionis, ideò verbum (reuendit) in conſideratione haberi non debet, *ita poſt Parſ. Tiraquell. Roland. & alios probat. Maſtril. dicta quæſt.* 5. *numer.* 145. *plura Caſa-*
35 *nat. cōſ.* 10. *per tot.* ſi verò debitor † cum pecunijs tertij huius ita paciſcentis cenſum ſimpliciter redimat, & extinguat nullum ius reditus, vel hypothecæ extraneo, ita pecuniam credenti quæritur, ſed datur actio ad intereſſe contra debitorē, qui ita ſimpliciter cenſum redimit, & extinguit ſine pacto animo faciendi fructus pro ipſo tertio, quemadmodum in pactum inter eum, & debitorem deductum fuerat tempore creditæ pecuniæ, & idem eſt, ſi credens debitori pecunias paciſcatur cum eò, vt ad eius beneficium iurium ceſſionem obtineat a creditorem, quam in-
36 de debitor non obtinuerit. Inde eſt quod † in caſu, quo facta eſt cenſus redemptio, ſeu translatio animo faciendi fructus pro cenſum ſibi comparante dubitatum ſit, ſi hypothecæ creditoris cenſus extintæ ſint, vel durent ſuper cenſu, cum cenſus idem viuus adhuc ſubſiſtat, & non ex actu reſolutiuo trāslatus ſit in quo hypothecas durare, nec id poſſe euitari videtur, cum non eſtintiuè, ſed translatiuè, non ex redemptionis, ſed potius venditionis titulo cenſus idem duret, atque viuat *Maſtrill. de cenſibus quæſt.* 5. *numer.* 14. *& ſequen. Garſia de Hypothec. poſt contract. numer.* 20. 21. 22. *impreſſ. poſt eius tractat. de expenſ. & meliorotion.* qui translationem, vel extinctionem in hoc ponderat iuxta ſtilum, & morem contrahentium, pro contraria tamen opinione ad id conſiderari poſſe videntur *dicta per Caſtill. deciſ.* 137. concludentem quod veniens ad redimendum quamuis ſubintrandi animo, vigore pacti de retrouendendo, vel termini ad redimendum reſoluat primęum titulum, *& melius Anellus de Amatis conſ.* 10. *per tot.* loquens in redemptione annui redditus facta titulo translatiuo, quod extinctionem operetur, & reſolutionem hypothecæ iuxta terminos *leg lex vectigali. ff. de pignor. præciſe ſub nu.* 15. *verſ.* 5. ad id accommodando fictionem *leg. ſingularia ff. ſi certum petatur, & refert deciſum ad cōſilium Fab. de Anna* 81. *volum.* 1. pro qua opinione concurrit ponderandum, quod ſi eo caſu, quo redemptio cenſus ſit animo faciendi fructus, & non animo extinguēdi, dicatur hypothecas prioris creditoris cenſus non extingui, *iuxta text. in dicta leg. lex vectigali*, vtique Mundus totus inuolueretur, & eſſet in litibus, inde eſt, quod nos quotidie videmus reluitiones huiuſmodi fieri ad effectum ſubintrandi, & animo faciēdi fructus ſuos, tam de reditibus debitis per vrbē Panormi, quàm ſuper ſtatibus, & feudis particularium, & tamen Regni conſuetudo approbauit, vt ex huiuſmodi reluitione hypothecæ creditorum cenſus reſolutæ, & extinctæ cēſeantur, quamuis cenſus pro reluente adhuc viuat, & quamuis quandoque fuerit attentatum contrarium dicere tamen nunquā fuit admiſſum, quæ conſuetudo in hoc valde ſpectanda eſt *vt dixit Garſia in loco ſuperius citato.*
37 Quintus eſt caſus, quando † debitor cenſus tertio vendit ius luendi ſibi reſeruatum in cōtractu redituali, & iſte Tertius creditore cōſentiente redimat ex dicta facultate à debitore ceſſione translata non extinguendi animo, ſed iura experiendi, & faciendi fructus ſuos, & interuſuria exigendi, vt eſt caſus *Rota Romana per Farinac. dec.* 293. *in princ. in vltimis recollectis. Torus in cōpendio deciſ. verb. ceſſionarius iuris luendi*, prout in facto vidimus quandoque ſeruatū, vel ſaltim animo faciendi fructus ſuos in caſu euictionis, vel moleſtiæ, in caſu quo ſit poſſeſſor rei ſubiugatæ, *vt Giurb. differit deciſ.* 87. & tunc haud dubio in vniuerſum ius creditoris ceſſionarium iuris redimendi ſucceſſiſſe dicimus.
38 Sextus caſus eſt, quando † creditori reditus fuit ſoluta ſors cum reliquis, & reditus redemptus, & extinctus ſimpliciter, ſine pactione vt tertius cuius pecunia reditus redemptus eſt, in locū & ius prioris creditoris ſubrogetur, & tunc, cum iam ſolutione actio, & ius creditoris peremptum ſit, nullatenus ille, cuius pecunia redemptio facta eſt poterit ius, & locum conſequi primi creditoris *ita Roderiq. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 52.
39 Septimus eſt caſus, cum per † antiqui cenſus debitorem nouus ſuper ſuis bonis creatur reditus alicui, qui ſortem reditus debitori ſoluit ad opus, & effectum conuertendi in reluictionem, & extintionem antiquioris cenſus animo, & conuentione præmiſſa, vt in iure loco, hypotheca potioritate, & reditu illius antiquioris, & potioris redituālis creditoris ſuccedat, & ſubrogetur etiā ſi non animo eſtinguendi, ſed fructus ſuos faciendi paciſcatur, ac etiam ſi ab antiquiori creditore iurium ceſſionem obtineat, & tunc vere in omni iure reditus, & hypotheca nedum perſonali antiquioris creditoris ſuccedit iſte ſecundus ſubiugatarius, ſed tamen tum pro conſequutione fructuum ſui cenſus, tum etiam pro iure exequutiuo, tam aduerſus cenſus debitorem, quam tertium rei ſubiugatæ poſſeſſorem primo, & antiquiori inſtrumento illius redituālis creditoris nō vtitur (licet dicamus eum inſtrumentum viuere) ſed tantum ſuo inſtrumento ſubiugatorio, nam impoſſibile eſt dare, quod fructus, & cenſus annui eſt duobus debeantur contractibus fructiferis, & duo deberentur ſortes, ſi ambo contractus viuere diceremus, ſed tantum antiquior redituālis contractus viuit, & eo vti poteſt huiuſmodi ſecundus ſubiugatarius, quo ad anterioritatem tēporis, & iuriū potioritatem ad tuēdam poſſeſſionem rei ſubiugatæ penes eum peruentam aduerſus poſteriores creditores antiquioris ſubiugationis, & anteriores ſui cenſus, & alias deciſū fuit

Digitized by Google

inter Don Ioannem Algaria, & Conſtantinum Garlano, ac actum fuit in cauſa dictorum de vaſſallo, & ſchifaldo,

40 Infertur etiam ex his, quod ſi prædium † aliquod fuerat in debitoris dominio tempore primæ ſubiugationis, & non reperiretur in eiuſdem debitoris poſſe tempore ſecundæ cenſus ſubpoſitionis, non vtitur ſubiugatarius primo contractu aduerſus Tertium dicti fũdi poſſeſſorem pro futuris penſionibus conſequendis,

41 Quod ſanè procedere, intelligo, niſi † bona omnia cenſui ſecundo loco ſub poſita euicta a poſſe debitoris fuiſſent, tunc enim ſecundus iſte reditualis creditor (cuius pecunia cũ conuentione de ſubintrando, & alia requiſita anterior ſubiugatarius a debitore dimiſſus fuit) animo faciendi fructus, & cetera, inſtrumẽto illius potioris ſubiugationis, quo ad omnem iuris effectum, etiam pro futuris fructibus aduerſus debitorem reditualẽ; vel tertiũ poſſeſſorem rei ſubiugatæ in prima ſubiugatione vtitur exemplo eorumque ſubdit *Doctiſſimus Anton. Faber, in C. de his qui in prior. creditor. locum ſucced. lib. 8. tit. 9. defin. 9.*

42 Sed circumſcripto pacto † de ſuccedendo iuribus anterioris, & potioris creditoris, ſi extraneus contrahat, mutet vel emat pignus à debitore, & debitor pretium ex dicta venditione redactum, vel creditam pecuniam, abſque aliquo pacto priori creditori ſoluat eundemque cum dicta pecunia dimictat, quãuis emptor, vel ita cõtrahens, aut mutuans ſine pacto tunc actionem, vel hypothecam aliquam anterioris creditoris dimiſſi ſua pecunia non acquirat, acquirit tamen exceptionem, & retemptionem rei ſi poſſideat, vt ſe tueri poſſit aduerſus creditorem agentem, qui poſterior ſit il'ius prioris ex pretio, & ſua pecunia dimiſſi, qoamuis pactum non acceſſerit de ſoluendo creditori potiori, & in eius locũ ſuccedendo, pro quo adducitur teſt. *in l. cũ prior. ff. de diſtract. pignor. & in l. 1. ff. quibus modis pign. vel hypothec. Saluan. qui generaliter loquitur, vbi Gloſ. in verb. deſideraſti Gloſ. Bart. & Salic. Io. Faber in l. 1. C. de his qui in prior. creditor. in ſecundo caſu. Petr. de Bellapertica in l. ſi potiores in fine C. de his qui in prior. Caſtrenſ. cõſ. 370. viſis actis lib. 3. & Corn. conſ. 245. lib. 2. quos ſequutus eſt Neguſan. de pign. in 3. membr. 5. p. ſub nu. 3. verſ. ſed in prædictis*; quam vti humaniorẽ, & ęquiorẽ ſequutum fuiſſe *Guid. de Suzaria* dicit *Fulgoſ. in d. leg. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. Saluat.* qui præceteris examinat, & cum iſta reſidet *licet in l. 2. ff. qui potior. in pign. habean.* iterum non concludendo tangat articulum *Alber. in l. eum prior. ff. de diſtraction. pignor. Vincen. de Franc. dec. 134.* & pro poſſeſſore iudicatũ in Rota Bononienſi refert *Benintend. dec. 50. Magon. deciſ. 59. col. 1. verſ. vrgebat, n. 3. in Florentin. Grat. dec. 66. n 7. 8. 9. & ſeq.* qui dicit quod in hoc male loquũtur contrarium tenentes, *& diſcep. 269. a n. 8. 9. & ſeq. Intrigliol. ſing. 15. lib. 3.* bene *Anton. Faber. in C. de his qui in prior. creditor. locum ſucced. lib. 8. tit. 9 defin. 7.* quod ampliat vt poſſidere is videatur, adhoc vt habeat ius retemptionis, ſi eius nomine conſtituerit debitor ſe poſſidere implorato ſcilicet beneſitio Conſtitutionis Iuſtinianæ *in l. fin. C. de acq. poſſeſſ.* dummodo ſecundus quoque creditor eadem conſtituti clauſula non nitatur, *Surd. conſ. 183. n. 18. Molignat. de retentio 1. Capic. dec. 43. n. 5. Coſta de iuris, & facti ignoran. centur. 2. dicti 63. nu. 8. & ſæpius in Rota Roman. reſolutum dicit Mantica dec. 69. n. 3. & de tacitis & ambig. cõuention. lib. 2. tit. 29 a num. 5. & ſeq. Gabr. conſ. 157. n. 6. 12. lib. 2. Theſaur. q. Forenſ. 30. lib. 2.*

43 Ea ratione præcipue, † quia nulla fit per eam iniuria ſecũdo creditori, ex quo ſi primus creditor non eſſet dimiſſus, de pecunia huius extranei emptoris, eſſet dictus primus creditor anterior, & excluderet hunc ſecundum ergo emptor debet eſſe ſecurus, *ita Fulgoſ. in dict. leg. 1. Franc. dec. 134. ſub n. 5. & omnes ſuperius adducti conueniunt.*

44 Et Cautus etiam eſt poſterior † creditor remedio iuris offerendi cõtra iſtum emptorem rei hypothecatæ de cuius pretio anterior creditor dimiſſus eſt, quemadmodum eodem offerendi iure vti poterat poſterior creditor aduerſus illum anteriorem ita dimiſſum ſi poſſideret. *Neguſan. de pignor. 3. membr. 5 p. n. 3. Morocius de ſecundo creditore offerente num. 36. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 2. tit. 28. nu. 4.*

Et quamuis pro contraria opinione multa
45 † quoque ex aduerſo ponderentur, relata per *Franc. dec. 134. n. 5. verſ. ex aduerſo, & nu. 6. Ponte conſ. 87. lib. 1. Benintend. dec. 50. in fi. Grat. deciſ. 66. n. 7. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 29. a n. 1. ad nu. 5. & iſtam late comprobat Silueſtr. Aldobrandin. conſ. 7. per tot.* ea procedere verius eſt ad finem acquirẽdi actionem, non autem defenſionem, ſeu exceptionem, itaque pro priori opinione, & poſſeſſore ne dũ videtur maior pars Doctorum concurrere, ſed pro ea pugnat quoq. equitas.

Placuit tamen *Ponte d. conſ 87. lib. 1. n. 4. 5. ſeq.*
46 non † ita abſolute concurrere in primã affirmatiuam, vel poſteriorem negatiuam ſententiam; ſed duos conſtituere caſus ex iurium ponderatione adductorum pro vtraque relata opinione: Quòd, aut quis emit, & ſimpliciter ſoluit pretiũ venditori licet, ex eo anterior creditor dimiſſus ſit, & tũc nullã quæri emptori actionem, nec exceptionem firmat reſpectu alterius poſterioris creditoris (quidquid ſi aduerſus debitorem, pro quo vtile dicitur negotium geſſiſſe, & ſemper datur retentio) cum venditor, & debitor, cui ab emptore libere pretium ſolutum fuit citra aliquam conuẽtionem de ſoluendo creditori anteriori, nec de ſubintrando in eius locum poterat pretium in Mare proijcere, & ſi ſoluerit inde creditori anteriori, id caſu euenit, quia ſic ſibi placuit, & non exemptoris induſtria, qui nihil de hoc conuenit, & actus agentium non operatur præter intentionem eorum *l. non omnis ff ſi cert. pet.* vltrà, quod, quando venditor, de pretio rei venditæ anteriorem creditorem dimittit non dicitur de pecunia emptoris creditorem dimittere, ſed de ſua propria, quia emptor debet pretium venditori ex rei traditione ex qua effectus eſt debitor pretij, quod demum ſoluit ad propriam eſtinguendam obligationem abſque aliquo pacto, & pecunia eſt effecta vẽditoris ſoluentis, meritò omnis deficit

emptori

Digitized by Google

emptori ſucceſſio, tam per viam actionis, quã exceptionis, retemptionis, & defenſionis.

47 Aut vero, quando quis emit † pretium ſoluit, cũ pacto, quo illud anteriori creditori ſoluatur, & de eius pecunia dimittatur, & tunc, quamuis pactum de ſubintrando non acceſſerit, nec illud ad actionem, & hypothecã quęrendam proficiat, quia alia deficiunt requiſita, de quibus ſupra *num.* 18. proficit tamen quo ad exceptionem, & rei retentionem aduerſus poſteriores, ex quo tunc id non poteſt dici caſu factum, & extra intẽtionem ementis, ſed ex eius induſtri & cõuentione, quamuis veriſſimum ſit eam conuentionem non ſufficere ad actionem acquirendam, & cum iſto caſu videtur inclinaſſe *Theſaur. q. Foreuſ. 30. n. 34. verſ. quid autem lib 2.*

48 Nouiſſimè tamen † Idem, *& Ponte dec. 4. n. 34. cum Fulgoſio in d. l. 1. ff. quibus mod. pignor. vel hypothec. ſolu.* abſolute tenuit.

49 Rurſus ſi ſolutum ſit † ei, qui haberet retentionis exceptionẽ etiam aduerſus anteriorem creditorem, is in eamdem priuilegiatam retentionẽ quoque ſuccedere, ac ſubrogari bis in Sabaudiæ Senatu deciſum teſtatur *Anton. Faber. C. lib. 8. tit. 9. defin. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Capitula Matrimonialia fieri ſolent in matrimonijs contrahendis ſubſcripta contrahentium manu, quæ conſeruanda notario traduntur.*

2 *Capitula Matrimonialia an habeant exequutionem paratam in Regno n. 7. 9.*

3 *Dotarium an via exequutiua peti poſſit vigore capitulorum matrimonialium.*

4 *Contractus dotalis guarẽtigiatus de iure habet exequutionem paratam.*

5 *Stipulatio præſumitur fauore dotis.*

6 *Stipulatio ficta, & fauore dotis præſumpta an paratam habeat exequutionem ſtante ſtatuto iuſtrumẽto exequutionem tribuente.*

8 *Statutum vnũ ab alio, & pars vna ab alia declarationem recepit.*

10 *Contractus a contrahentium conſenſu dependit.*

11 *Capitula matrimonialia non ſunt publicum inſtrumentum, ſed minuta, ſeu ſcriptura priuata à contrahentibus ſubſcripta.*

12 *Matrimonialis contractus teſtibus probari poteſt, quia ad ſui ſubſtantiam ſcripturam non requirit.*

13 *Scriptura priuata dicitur, & non inſtrumentum, vbi à priuatis perſonis confecta ſit.*

14 *Capitula matrimonialia, vel alia ſcriptura priuata penes Notarium in protocollo non conſeruata, non poteſt per Notarium leuari, & in authenticam formam redigi.*

15 *Contractus dicitur perfectus in capitulis matrimonialibus ſubſcriptis per contrahentes, & datis Notario ad conſeruandum.*

Contractus perfectus non dicitur, ſi à principio partes cõuenerint de eo fieri per Notarium ſcripturã, quod non fuerit factum niſi habuerint contractum pro abſoluto abſque ſcriptura n. 17.

18 *Teſtamentum inter liberos, vel ad pias cauſas non dicitur perfectum ſi teſtator iuſſerit ſcripturam, & Notarium adhiberi, quod morte præuentus non fuit impletum, & quando ſecus n. 19.*

20 *Scripturæ priuatæ non poteſt partium conuentione concedi via exequutiua.*

21 *Scripturæ priuatæ poſſunt partes robur dare, vt inter eos faciat plenam probationem, & fidem veluti publicum inſtrumentum.*

22 *Pacto de non opponendo, vel ad diſcurſum, nõ continentur in priuata ſcriptura, quamuis partes eam plene inter eos, probare vt publicum inſtrumentum conueniant.*

ARGVMENTVM.

Tacita ſtipulatio de iure fauore dotis pręſumpta in capitulis matrimonialibus, an paratam habeat exequutionem ad intellectum Ritus 101.

RESOLVTIO, VIII.

1 Regni moribus receptũ eſt † in matrimonijs cõtrahendis capitula nuptialia confici, quibus aperte de obligationibus, & pactis conuentis opportune prouidetur, & à contrahẽtibus ſubſcriptis publico Notario ad conſeruandũ traduntur ad effectum ſtipulandi, & in publicam formam redigendi ad partium requiſitionem, vt in publicam formã redactis, & ſtipulationibus, & clauſulis conſuetis, inde roboratis exequutio veluti publico inſtrumento, & in publica forma redacto eis concedatur, iuxta ritus diſpoſitionem *cap.* 101. vt in Regno Catalonię quoque ſeruari, in quo ſponſalitia cũ capitulis huiuſmodi matrimonialibus contrahuntur. *teſtatur Fontanella de pact. nuptial. clauſ.* 14. *gloſ. vnica par. 2. nu.* 47. *vol. 2. fol.* 86 r. ſed non raro accidit, capitula prędicta partiũ negligentia in publica forma nõ redigi, ſed tantum penes notarium conſeruari, & pro contentis in eis peti eorum exequutio.

2 Qua in re † *Noſtrates* in eam tranſierunt ſententiam, vt eorum vigore exequutio concedatur etiam ſtante ſtatuto, & *ritu noſtro* 101. tantum publicis inſtrumentis, & in publica forma redactis exequutionem præſtante, *Cumia in ritu 6. num.* 87. 88. *ritu 19. nu. 86. & ritu 38. n. 419. Muta ritu* 114. *n. 26. qui refert deciſum in Cõſiſtorio anno* 1597. *aſſert Bonion. in allegation. Buecherij lib 1. feudalium Giurb in conſuetud. Meſſan. cap. 13. gloſ. 3. par. 1. nu.* 24. *fol.* 697. licet oppoſitorium tunc eſſe iuditium dicat defectu pacti de non opponendo non ſtipulati, & ex Neapolitanis ſentiunt *Molfeſ. in conſuetud. Neapol par. 7. quæſt. 15. num.* 10. *in fine Vinc. de Franc. deciſ.* 366. *Torus im compendio deciſ. verbo iuſtrumento capitulorum Ricc. collectan.* 138 r. *Reiger. theſaur. iuris verbo Dos nu.* 201. pro quo etiam poſſent nonnullæ afferri noſtrorum Tribunalium deciſiones.

3 Idemque † pro dotario paratam habere exequutionem dixerunt. *Cum dicto ritu 6. nu.* 88. *Muta in*

*in conſuetud.Panhor.41.n.33.34.& ritu 114.n.27.
Intrigliol.de feud. cent. 2.art.7.n.103.* & cum iſta
tranſit *Giurb. dicto loco* eandem quaſi habeant
capitula prædicta exequutionem,veluti ſi inſtru-
mentum publicum in forma publica redactum
in Regno confectũ omni iuris ſolemnitate com-
pletum eſſet,iuſta ritus prædicti diſpoſitionem,
4 vel † ſi guarentigiatum de iure communi para-
tam exequutione haberet *ad dicta per Bald. in l.
cum vnus n.2.ff.de bon.authoritat.iure poſſidend.Ca-
ranita ritu 167.n.5. Alex.conſ.153.col fin.lib. 6.
Aſin.de exequution.§.1.n.13.29.§.2.cap. 14. n. 6.
Graſſ.exception.36.n.2.Galleſ.de Cameral.oblig.p.3.
tit. de vi inſtrument.n.2.Bim.conſ.150.n.7.Gratian.
diſcept.438.n.16.lib.3.*
5 Ea omnes moti ratione, quod † dotis fauore
priuilegium indultum ſit, vt tacita præſumatur
ſtipulatio in dotali contractu,tam in caſibus do-
tis petitionis a ſocero promictente, vel alijs,quã
eius reſtitutionis a viro, eiuſque hæredibus, quo
fit vt in cauſa dotis pactũ nudum legis admini-
culo veſtiatur, illi tribuentis tacitam ſtipulatio-
nem,ac proinde, vt ex illo non ſolum naturalis,
ſed etiã ciuilis obligatio oriatur *l. vnica in princ.
C.de rei vxor action.vbi Bal. quem communiter ſe-
quuntur Doct.l. ad exactione C.de dotis promiſ. An-
gel.& Iaſon.in §.fuerat inſtitut.de action.Cin.Bal.&
Ang. in l.fi.C.de legit.tutor.in l. ſi coſtante ff. ſolut.
matr.Gramm.deciſ.103. n.7.& n.17.Gomes.l.tauri
50.n.29.Molin.de contract.diſput. 423.n. 5. & di-
ſput.255.n.9.Cumia ritu 19.n.86.& omnes noſtra-
tes ſupracitati Bal.Nouell.de dote p.6.priu.2.Cãpeg.
de dote p.1.q.57.num.1.Intrigl.ſing.89.nu. 6.lib.2.*
reiectis aliquibus in hoc cõtrarium ſentientibus,
*Mantica de tacitis, & ambig.conuen.lib.2.tit.2. nu.
13.vol.1.Barboſ.in l. ſi coſtante in princ. n. 7.in fi.&
in leg. 1. par. 3. num. 20.21. ff. ſolut. matrim.Men.
lib.3.præſump.5.Triuiſan.dec.72.n.4.Flaui. Amẽ-
dul.ad Francum deciſ.325.num. 5.Ceſal.conſ. 156.
n.40.lib.2.Caball.conſ.133.num.36.37.38. lib. 2.
Rebell.de obligation. iuſt. & contract. p.2. lib.5.q.
1.n.17. Nepita in conſuetud.Catinæ tit. 14. conſuet.
1.n. 39. Troiſi. Cauenſ.ritu 166.n.13.Franciſ. Mo-
lin.de ritu nuptiar.lib.3.quæſt.2.num.60.Gail.lib.2.
obſeru. 98. nu.4.Rota Romana in vna ciuitatis Ca-
ſtelli lucri dotis.22.Iunij 1607. apud Ludouiſ. deciſ.
328.n.8.Grat.diſcept.769.num. 10.lib. 4. Theſaur.
quæſt.Forenſ.64.num.4.lib. 1. Trentacinq.var. re-
ſolut.lib.3.tit. de fideiuſſor.reſol.7. num.12.*Proindè
6 † fictam ſtipulationem prædictam, & de iure fa-
uore dotis præſumptam,etiam ſtante ſtatuto pa-
ratam tribuente exequutionẽ inſtrumento in hu-
iuſmodi ſtipulatione verificari, & exequi, poſſe
poſt longam diſcuſſionem cenſuit *Barboſ. in dicta
3.part.l.3.num.21.verſ.ex quibus & ſeq. ff.ſol. ma-
tr. & Menoc.lib.3.præſ.5.n.8.Carroc.de excuſſion.
bonor.q.6.par.2.nu.6.incertus autor.ſuper ritu 111.
in princ.Io.Aloyſ.de Septimo ritu 101.col. 3. litter.
D. Cumia ritu 6. numer. 86. Nepita in conſuetud.
Catin.tit. 14. conſuetud.1.Bonion.ritu 101. in verſ.
expreſſam.*

Et quamuis vniuerſaliter ita hęc opinio fue-
7 rit in Regno recepta, tamen † detegitur de dire-
cto contra diſpoſitionem *noſtri ritus* 101. qui
clariſſimè, & diſtincte loquens concedit exe-
quutionem cõtractui,de quo eſſet confectum in-
ſtrumentum publicum,& in publica forma reda-
ctum,& omni iuris ſolemnitate completum, ſub-
ſcriptum manu Notarij *vt in c.ritus 110.vbi Hye-
ron.ſimia in princip.& Simon Viuacit. & ritu* 111.
Et quia ritus ipſe nec omnibus contractibus ſti-
pulatis per Notarium dictam exequutionem cõ-
cedit,ſed tantum in quibuſdam caſibus, ideò *in
ritu* 114.numerando,& reſtringẽdo caſus,in qui-
bus inſtrumenta prædicta habeot viã exequutiuã
inter alios contractus numerat contractum do-
talem ergo contractus dotalis licet ex *ritu* 114.
habeat exequutionem paratam debet tamen
eſſe iuxta formam *Capitulorum* 101.& 110.Cum
8 † ſtatutum vnum ab alio declarationem reci-
piat,ſicuti,& vna eius pars aliam declaret *Ceſal.
conſ.697.num.25.Decian. conſ.6.nu.24.lib.1.Bero.
conſ.22.n.11.verſ.& in terminis vol.3.Surd. conſil.
437.num.22.lib.3.Oſaſc.deciſ.68.num.14.15.Mar-
cabrun. conſ.37.num.104.Caualcan.deciſ.13.num.
7.par 3.Monte Sperell.conſ.22. Turett.conſ.22. n.
10.lib.2.Simon de Pretis conſ.1.num. 26.& conſ.
80.n.57.Craſſ.exception.3.n.5.& num.8. Alderan.
Maſcar.de interpet.ſtatut.concl.2.n.112.ſeq.Caball.
conſ.128.nu.163.vol.2.Polidor. Ripa obſeru. 247.
nu.8.Honded.conſ.2.n.14.lib.1.Cumia ritu 41. nu.
18.Intrigliol deciſ.15.nu.35.Menoc.conſ.196.n. 4.
conſ.1143.n.30.Pap.cõſ.61.n.6.Hyp.Rim.cõſ.605.
n.45.conſ.606.n.14.Maril dec. 3.n.7.Sur.dec.43.n.
14.Feſt.Alleg.9.n.114.Cauale. dec.2.n.27.dec.12.
nu.33.p.1..deciſ.32.n.24.p.4.Barzi deciſ. 46.n.59.
63.Cornazan.deciſ.36.n.3.Aldouin. conſ.2.num.7.
conſ.32.n.18.Farinac.conſ.65.n.9.Carpan. ad ſta-
tut.Mediolan.in prælud.nu.229.& n.331.Macerat.
lib.1.variar. reſolut.cap.1.n.8.Cartar.deciſ.5.n.11.*
9 Meritò res clara eſt,†nec ratio ex aduerſo allega-
ta concludit,vel ſatisfacit ſollemnitati requiſitæ
petitum licet enim fingatur ſtipulatio in contra-
ctu dotali,hoc erit reſpectu contrahentium, qui
poſſunt verbo ſtipulare,vel per ſcripturam priua-
10 tam cum contractus † à conſenſu dependeant.
*Molin. de contract.diſput.*254.n.1.vbi deſponſali-
bus,& matrimonio loquitur,vt ſolo mutuo con-
ſenſu perficiatur,& dicit *Bald. in l. fin. C. de falſ.
cauſa.* quod aliud eſt contractus dotis, aliud in-
ſtrumentum *Peregrin.conſ.92.ſub n.13.lib.*4.Non
tamen erit ſtipulatio in forma publica ſufficiens
ad exequutionem veluti per ritum requiritur om-
ni ſollemnitate completa.

Sed vt magis error detegatur dico,quod ex ſu-
biecta materia negotij natura, & contrahẽtium
11 mẽte apparet † capitula matrimonialia non eſſe
publicũ inſtrumentum,ſed eſſe minutam (vt dici-
tur)ſeu ſcriptura priuatam ſubſcriptam à cõtra-
hentibus,vel contractum perfectum priuata ta-
men ſcriptura celebratum ſicut etiam tractatus
perfectus eſſe poteſt,per teſtes tamen probandus
12 cũ † teſtibus poſſit etiam matrimonialis contra-
ctus probari, qui ad ſui ſubſtantiam ſcripturam
non requirit. *Molin. de ritu nuptiar. lib.1.compar.
8.& compar.9.n.9.*Nemo tamẽ audet dicere eſſe
ſcripturam,ſiue inſtrumentum publicum,de quo
13 loquitur ritus etenim † ſcriptura omnis, quæ nõ
ſit

ſit in publica forma redacta quamuis perfectus ſit contractus, priuata dicitur ſcriptura, vbi ſit a priuatis perſonis confecta *Rebuff. de chirograf. & Scedul. in præfat. nu. 2. Cumia ritu 6. nu. 9. & ſeq. Carp. ad ſtatut. Mediol c. 96. nu. 7. & 8. vol. 1. Troiſi ritu 166. n. 12. Caſtil. dec. 109. n. 35.* & ideo in eiſdem capitulis ipſimet cõtrahentes teſtantur depoſitari debere penes Notariũ, ad effectũ in formam publicam redducendi, & Notarius in nota capitulorũ receptionis ſolet dicere, finẽ capitulorum traditionis eſſe ad effectũ capitula publicandi iuxta ſtilum publici Notarij ad partiũ re-
14 quiſitionem; ſi quidem † cum capitula prędicta per Notarium eo modo recepta in protocollo nõ ſint leuari, & in authenticam formam redigi non poſſum veluti inſtrumentum ſolemniter confectum, *teſte Menoc. conſ. 431. nu. 38. 39. lib. 5.* Quam-
15 uis verũ ſit † quod ex dictis capitulis matrimonialibus per partes ſubſcriptis inter cõtrahẽtes perfectus ſit cõtractus licet Notario tradantur, vt in publicã formam redigantur, nam id nõ fit ad contractum perficiendum & ſubſtantiandum, donec per Notarium in formam publicam redigatur, ſc ad probationem & ſolemne inſtrumentũ con-
16 ficiendum nã, & ſi † contractus abſolutus, & vndique perfectus non exiſtat, quando quoquomodo etiam per coniecturas cõſtet, contrahentes de ſcriptura conficienda per notarium conueniſſe ſi inde per Notarium inſtrumentũ non fuerit cõfectum, *Caſtrenſ. in l. qui his poſt n. 2. verſ. ſi tam. ff. de verb. oblig. per l. contractu 16. C. de fide inſtrum. & ità cum Rafaele Fulgoſio Florentiæ conſuluiſſe teſtatur pront Fulgoſius verè cõſuluit cõſ. 200. in quæſt. quæ vertitur colum. fin. verſ me quoque illud, & verſ. hoc enim idem Caſtrenſ. conſ. 41. in quæſtione quæ vertitur. nu. 2. vol. 1. & in l. cum res n. 4. C. de prob. & in l. contractus C. de fide inſtrum, Dec. conſ. 11. col. 2. verſ. comprobatur hoc conſ. 158. cuſus qui proponitur n. 5. conſ. 404. n. 10. in fine verſ. reſpondetur. Iaſon conſ. 151. in caſu præſent. vol. 2. Ripn in l. fin. n. 102. C. de reuocand. donat. Boer. deciſ. 183. n. 9. dec. 48. n. 11. & ſeq. Gomez. variar. reſol. t. 2. cap. 2. de empt. & vend. numer. 17. Ber. conſ. 80. numer. 21. lib. 3. Decian. conſ. 64. a n. 17. & ſeq. lib. 3. Gabr. de pactis conuen. cõcl. 1. & de teſtum. concl. 9. n. 4. Burſ. conſ. 100. n. 18. & ſequen. Curt. Iun. cõſ. 348. n. 12. 21. & 31. & conſ. 304 n. 42. Suarez. in Theſaur. receptur. ſemẽtiar. in verbo ſcriptura n. 19. & 20. Gratus conſ. 107. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 102. n. 4. & ſequent. vol. 3. Ancharan. qu. 21. p. 1. Maſcard. de probation. concluſ. 435. & concluſ. 1318. nu. 6. 7. & ſequent. Gregor. Lopez. l. 6. tit. 5. p. 5. Gl. 1. Pute. dec. 43. lib. 3. Pont. in conſuet. Bleſenſ. tit. 6. art. 83. §. 8. in princ. & in ver. inſerta Rota Romana deciſ. 377. n. 6. & deciſ. 517. n. 2. p. 1. Caualc. deciſ. 27. a n. 38. & ſequen. p. 2. Pariſ. de Puteo de reaſſumptio inſtrum. rub. 27. n. 11. & ſeq. rubr. 17. n. 12. 13. rubr. 19. nu. 3. Theſaur. dec. 197. per tot. Ceſal. conſ. 66. n. 19. Vaſquez. controuer. Illuſtr. cap. 28. Peregr. dec. 34. tit. de pact. Vulpel. conſ. 111. n. 15. Natta conſ. 357. n. 1. Magon. deciſ. 95. in Lucenſ. & dec. 135. in Florent. in fi. Io. de Amic conſ. 93. n. 10. Anell. de Amatis. conſ. 73. per tot. Vrſil. ad Affl. dec. 39. Valenz. Velazqu. conſ. 14. nu. 50. Carroc. de loc. tit. locatio an ſcriptura p. 1. q. 7. per tot. fol. 38. & in addit. ad Dec. cõſ. 11. Grat. dec. 71. n. 9. 10. & ſeq. Fach. contr. iur. lib. 2. c. 98. late Mantica de tacit. & ambig. conuent. l. 1. tit. 10. a n. 6. 7. & ſeq. vol. 1. Mattienz. l. 1. tit. 7. n. 2. glo. 5. Miſinger. conſ. 91. Vaſquez. de ſucceſſ. creation. p. 1. lib. 2. §. 11. num. 13. Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib 1. comput. 9. nu. 7. 8. Molin. Theologus de contract. diſput. 254. nu. 1. & 12 Pereſ. in l. ordinamen. col. 1054. Franciſc. de Caldas Pereira de empt. & vend. c. 19. per tot. Card. Tuſc. cõcl. 87. n. 19. 39. litter. S. Montaluus l. 6. tit. 3 p. 5. & l. 3. tit. 10. lib. 3. fori gl. 1. Ceual. comun. contra comun. q. 91. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 11. numer. 3. Azebed. in leg. 2. tit. 16. lib. 5. noue compilat. numer. 29. Florez Diaz. de Mena in addit. ad Gam. deciſ. 207. n. 7. bene Felic. de cenſib. in epit. lib. 3. c. 4. n. 3. & ſeq. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 2. n. 47. Couar. in cap. relatum n. 9. ad finem de teſtam. Laſarte de gabell. cap. 3. a nu. 13. & ſeq. Honded. conſil. 52. lib. 1. Cabal. conſ. 120. a n. 4. & ſeq. lib. 2. Ladercb. Imola conſ. 84. n. 9. 10. Moz. de contract. tit. de empt. num. 51. Men. lib. 3. præſumpt. 148. Intrigl. de cenſibus. q. 5. n. 5. Moroci conſ. 96. Ricc. collecean. 907. Ant. Faber. C. de fide inſtrumen. lib. 4. tit. 16. defin. 14. Afflit. dec. 105. n. 4. Gam. dec. 207. n. 7. Rot. in vna Romana laudi. 13. Ianuarij 1614 apud Farinac. deciſ. 553. ſub n. 9. p. 1. t. 2. & deciſ. 520. n. 4. p. 2. t. 3. late Cardinalis Seraſin deciſ. 854. num. 3. 4. 5. & ſequen. & deciſ. 613. n. 7. Trentacin. var. reſolut. lib. 3. tit. de empt. & vendit. reſol. 14. per tot.* De coniecturis quibus conſtet contrahentes voluiſſe contractum habere pro abſoluto ſine ſcriptura & notario vel non differit *Parlador. d. cap. 4. n. 48. Felician. d. c. 4. ſub n. 4. Laſarte de Gabell. d. cap. 3. num. 14. & ſeq. Farinac. dec. 520. p. 2. tom. 3. Seraſin. dec. 854. Greg. Lopez in d. Gl. Theſ. dec. 197. n. 8. Moroc. conſ. 96.* & plures colliguntur ex citatis, ſi tamen
17 † conſtet partes pro abſoluto, & perfecto voluiſſe cõtractum habere licet inde de inſtrumento cõficiendo per notarium conuenerint, id ad probationem non ad contractus perfectionem actum eſſe cenſetur, cum animum contrahentes non ſuſpenderint, quo vſque inſtrumentum per notarium ſcriberetur, & conficeretur, vt iam dictum eſt de capitulis matrimonialibus partium ſubſcriptione iam perfectis, & dicunt *Doctores omnes* ſupracitati?

18 Comprobatur exemplo quod quamuis † parentes inter liberos: vel ad pias cauſa oretenus, vel coram teſtibus, vel priuata ſcriptura, teſtent, & diſponant, ſi conſtet ad ſubſtantiandam eorum voluntatem velle, quod per Notarium voluntas ſcriberetur, & iubſerint Notarium vocari animi ſui reſolutionem ſuſpendendo, quo vſque per Notarium ſcriberetur, quia tunc actus, & teſtamenti ſubſtantia a ſcriptura, & Notarij confectione penderet, niſi ea voluntas in ſcriptis per Notariũ in publica forma redigatur imperfecta remaneret *iuxta Oldrad. conſ. 119. Natta in §. ex imperfecto l. hac conſultiſſima C. de teſtamen. n. 146. Dec. conſ. 159. ſub n. 3. verſ. quibus tamẽ non obſtantibus cum ſeq. Iaſon. conſ. 155. ſub num. 3. verſ. ſed per aduocatos partis aduerſæ lib. 4. Paul. de Caſtro conſ. 365. conſ. 189. conſ. 75. lib. 1. & conſ.*

451.

Digitized by Google

451.lib.2.Clarus.§ teſtamentum.q.7.verſ.aliquãdo, & tertiò Couar.in c.relat.1.n.9.de teſt. Gama deciſ. 221.nu.3.Ruin.conſ.7.n.7.& ſeq.conſ.11.nu.12.& ſeq.lib.3.Surd.dec.292.n.11.& ſeq.& conſ.258.n. 21.Abbas.cõſ.98.ad finem lib.2.Guid.Pap.cõſ.55. n.3.& deciſ.538.ad fin.Card.Tuſc.cõcluſ.112.n.4. liter.T.Zũtus in reſponſo pro vxor.n.192. Creſcent. deciſ.3.tit.de teſt.Mantica de coniect vlt.volunt.lib. 2.tit.4.n.6.Magdalen.de nu. teſti in teſtamen. requiſitor.p.2.cap.5.n.8.9.10.& 11.

Vſq.adeo tamen proxime dicta non procedũt,
19 ſi † teſtator inter liberos,vel ad pias cauſas corã teſtibus, vel quomodolibet iam perfectè ratione voluntatis diſpoſuerit,ſed Notatium vocari , & ſcripturam publicam confici iuſſerit , tunc .n. id ad faciliorem probationem, non ad voluntatem iam perfectam ſubſtantiandam voluiſſe dicendũ eſſet. Hinc licet tunc facto peruẽtus teſtator non potuerit adhibere notarium nihilominus perfectã,firmamque eius diſpoſitionem remanere dixerunt *Natta in dicto §.ex imperfecto .nu.147.Curt. Iun.conſ.303.n.22.verſ.redeundo igitur ad propoſitum cum pluribus ſeq.& conſ.304.n.59.& ſeq. Cefal.conſ.99.num.5.6.& ſeq.Gabr.de teſtam. concl. 9.per tot.& n.8.Marta voto 8.nu.25.Honded. conſ. 77.n.17.19.& ſeq. vol.1.Paul.de Caſtro conſ. 456. n.3.lib.1.Card.Tuſc.concluſ.101.liter.T.n.10.bene Paſcal.de viribus patr.poteſt.p.2.c.8.n.61.62.63. Simon.de Pret.de interpetr.vltimar. volunt. lib. 2. interpret.1.dubitat.2.ſolution.1.n.27.ſeq.nu. 41.& ſeq.Facchin. controuer. iuris lib.4. cap.4.. Menoch. conſ.1189.num.11.& 12. lib.12.Rota Rom.deciſ. 173.lib. 2. repetita ſub Illuſtriſſimo Serafino deciſ. 581. Laderch.Imola conſ. 157.Hippol.Rimin.conſ. 587. Zuntus in reſponſo pro vxor. num. 290. 292. & num. 337. Moroc. conſ. 6.num.4.& per tot. Papon.conſ.36.Sfoz.Odd.conſil.64. numer.64.69.Caualcan. deciſ. 27. numer.40 part. 2. Serafin. deciſ. 623 Reyger.Theſaur. iuris verbo teſtamentum. nu. 289.Foguera dec. Granatenſ. 50.lib. 3. Magdalen. de numero teſtium. in teſtam.requiſitor.p.1.cap.5. n. 15.Giurb.in conſuetud. Meſſan.c.6. gl. 2.p. 1. num. 12.13.& 14.fol.435.Cabal.conſ.106 n.10. lib. 2. Gratian. diſcept. 764.n.6 lib.4.diſcept.550.num.3. 4.5.6. lib. 3.Rota Roman.in deciſionemque imprimitur poſt dictam diſceptat.n.42.44.& 45.*

Itaque ex dictis apertus eſt quantũ cauendũ ſit a contrariũ tenentibus pro exequutionẽ capitulorũ matrimonialiũ,ne cogat à veritate deuiare,& cum ſententia multorum tranſire, ſtantibus maximè ſtatutis,& capitulis Ritus prædictis, agendũ erit ergo eo caſu contra renitentẽ actione in factum ad publicationem contractus, vt fieri ſolet adhoc, vt pro contentis exequutio iuxta formam noſtri ritus inde præſtetur.

20 Nec reſiſtit † pactum quod in huiuſmodi capitulis matrimonialibus, vel alia priuata ſcriptura per partes adijci ſolet,quod vtique vim publici inſtrumẽti o btineat cum via exequutiua, quia ſtante ſupradicti noſtri ritus forma , qua manu publica inſtrumentis celebratis via exequutiua conceditur id prohibetur partibus in pactum deducere,ſecundum veriorem qua vtimur opinione *Blaſcus , & Antonius Lanc. in dicto ritu 101. in princip. Ioan.Aloiſ. de Septimo in eod. ritu liter. E.vbi Bonorn & Percolla,Cumia num. 16.18.Muta nu.60.Intrigliol. Singular. 195.lib. 2.* quidquid de iure cõmuni ſentiant.*Aſin.de exquution.§.1.c.15. Nicolaus Genna de ſcriptur.priuat.lib.1.q. 4.ſub n. 44.45.& 46.arguendo à pacto ad ſtatutum , Rota Rom.deciſ.98.per tot.ex vltimis recollectis per Fa-*
21 *rinac.* Quamuis † poſſint pacto facere quod priuata ſcriptura faciat plenã fidem inter ipſos , cõtrahentes,vel quidem circa id obtineat vim,& locum publici inſtrumẽti,*Blaſc.Lanc.dict.ritu. 101. liter.C. in fi.& Io.Aloyſ. de Septimo liter.B. Bald. in l.de quibus n.17.ff.de legib.Iaſon. in l. admonendi n.102.& ſeq. de iureiur.Felin.in c.2.n.13.de fid.inſtrum.Pariſ.conſ.68.n.24.lib.3. Marſil. in rubr. C. de prob.nu.299.& ſeq.& n 302 Crau. conſ.939.n. 12.Vazquez lib.2.controuer.vſu frequen. c. 29.n. 1.circa medium per tot. Genua de ſcriptur. priuat. lib.1.q.4.n.34.35.cum pluribus ſeq.& n.46.& ſeq. Decian.conſ.11.n.158.lib.1.Hippol.Rim.conſ.612. n.34. Sforz.Odd.conſ. 100.n.23. Ruginell. practic. quæſt.cap 7.Hector.Felic.de ſocietate cap.29.n. 84. cum ſeq. Mantica de tacitis,& ambiguis conuention. lib.11.tit.24.n.6.vol.1.*& ſi alios contrarium ſentiſſe dicat *Genna dict. q. 4.nu. 33. & 47.* quos ad concordiam iure communi inſpecto cogitur, ip-
22 ſe reducere. Nec ideò ,quod † partes priuatã ſcripturã inſtrumenti publici authoritatem obtinere conueniant in ea continetur, nè dum pactum de non opponendo *Giurb. in conſuetud. Meſan. cap. 13.Glaſ.3.p.1.ſub nu 24.fol.697.* Sed nec pactum ad diſcurſum,& quamuis dici poſſit pactum prædictum eſſe de ſtilo in Regno *Craſſ.except.* 10.n.50. id procedit in clauſulis inſtrumentorũ manu publica celebratorum , & de ſtilo Notarij, non autem partium in priuata ſcriptura , tanto magis, quòd pactum prædictum ad diſcurſum eſt, acceſſorium exequutioni , quam partes priuatæ ſcripturæ,concedere non poſſe , iam firmatum eſt, ſtante ritu prædicto 101.

S V M M A R I V M.

1 *Appellationis remedium vtrique parti commune eſt.*
2 *Iudex an ex offitio ad fauorem appellati poſſit reformare ſententiam.*
3 *Adhærentem ſicut appellantem appellatio protegit.*
4 *Clauſula quatenus, & in quantum in appellatione adiecta facit remedium vtique parti non eſſe commune.*
Quid in pluribus capitibus connexis, vel vnico tantum.num.5.
5 *Adhæſio permittitur in cõnexis non obſtante clauſula quatenus, & in quantum.*
6 *Adhæſio appellationi interpoſitæ quatenus , & in quantum an fieri poſſit ab altera parte poſt decem dium.& nu.8.10.& 17.*
7 *Appellatione propria deſerta , an liceat appellato benefitia adhæſionis vti aduerſus eandem ſententiam.n.9.11.14.15.& 16.*
12 *Adhærens cum ipſo appellante vnitur in totum, & ſit*

Digitized by Google

ſit vnus ſpiritus.
13 *Idem iudicandum de adhærente, quod de ipſo principali.*
15 *Deſertio appellationis non tollit effectum adhæſionis.*
Adhæſio non tollitur etiam per renuntiationem appellationis. n. 15.
16 *Appellatio deſerta pro non interpoſita habetur.*
18 *Connexitas datur in ſententia plura continens capita.*
19 *Capita ſententiæ quando Connexa, vel ſeparata dicantur, & nu. 20. & 21.*
20 *Capita quæ connexa, vel ſeparata dicantur iudicis arbitrio remittuntur.*

ARGVMENTVM.

Adhæſionis remedio an quandocunque, etiam poſt decem dium, vel deſertam propriam appellationem altera pars vti poſſit in capitibus connexis, ſi ab vno quatenus, & in quantum appellatum fuerit.

RESOLVTIO. IX.

1 POſt indicis ſententiam † ab altero litigatore ad ſententiæ emendationem appellationis auxilio petito, aduerſæ parti ſita communicatur, remedium prędictum vt liceat iudici etiam quatenus ſententia aduerſarium grauet eandem corrigere *l. ampliorum C. de appellationib. vbi magis communiter Doctores Burſat. conſ. 145. n. 1. Surd. deciſ. 143. & deciſ. 327. n. 8. p. 2. Petr. de Greg. Tholoſan. de appellat. lib. 5. cap. 5. n. 1. Oſaſc. deciſ. 131. n. 12. Alex. conſ. 183. n. 4. vol. 6. Bredero. de appellat. p. 2. tit. 20. col. 431. Decian. conſ. 45. nu. 22. vol. 1. Ruginel. de appellat. §. 6. gl. 1. cap. 1. nu. 1. Piguera, Botta, Coſta Franc. Peregrin. Muſcatell. Trentacinq. Turret. Gail. Barzi. Gabri. & Rebuff. quos cumulat Giurb. deciſ.*
2 *30. num. 5.* Id etiam † ex officio iudicem facere poſſe *cum Baldo, Saliceto, & alijs in d. leg. ampliorem. cenſuit Ponte conſ. 61. num 58. & 59. Surd. dec. 143. n. 2. ſentit Franch. deciſ. 467. n. 1. 2.* Ne dum
3 igitur appellantem, † ſed etiam adhærentem magis protegit appellatio *Pariſ. conſ. 28. nu. 25. lib. 4. Rota Romana in nouiſſ. deciſ. 5. in tit. de appellation. Rolan. conſ. 77. n. 3. lib. 2.*
4 Cumque fuerit appellatio petita † cum clauſula, quatenus, & in quantum dubitabatur de facto adhæſionem excludi ex dicta clauſula, quæ clauſula facit remedium vtrique parti non eſſe commune, & id tãtum a quo eſt appellatum deuoluit, *Abbas, & Felin. in cap cum Ioannes de fide inſtrumentor. Lancellott. de attent. p. 2. cap. 12. limitat. 44. num. 2. Oſaſc. deciſ. 142. Franc. deciſ. 467. num. 4. Burſat. conſ. 145. n. 31. Carpan. ad ſtatu Mediolan. cap. 131. n. 137. Gratian. diſceptat 1. nu. 19. Marcheſan. de cõmiſſion. t. 2. fol. 64. Scaccia de appell. cap. 2. q. 17. limitat. 21. a num. 19. & ſeq. Botta conſ. 69. nu. 9. Rebuff. de recuſation. art. 3. gloſ. 4. nu. 5. Gabr. conſ. 38. n. 3. 4. 5. lib. 1. Caualcan. deciſ. 15. nu. 12. p. 1. Surd. deciſ. 143. n. 5. Aſini in praxi. §. 31. cap. 20. n. 2. verſ. aut vero Gigas conſ. 83. Lanar. conſ. 33. num. 21. Alex. conſ. 75. vol. 7. Menoch. conſ. 1038. n. 2. Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 4. n. 48. §. 6. Gloſ. 1. c. 1. n. 37. Maſtril. dec. 45. n. 20. Brederod. de appell. p. 1. tit. 20. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 2. tit. de appellat. reſolut. 8. n. 10. Caſtill. deciſ. 6. nu. 3. & deciſ. 31. n. 3. Coſta de facti ignoran. centur. 1. diſtinct. 31. num. 5 & de remed. ſubſidiar. remed. 56. n. 8. Sola ad decr. Sabaud. tit. de forma procedend. in appellat. Gloſ. 4. n. 5. Card. Tuſch. concl. 363. n. 12. litter. A. Alba Mandell. conſ. 507.*

Quod nõ fuit altercatum, id recte procedere in ſententia plura continente diſtincta, & ſepara-
5 ta capitula, ſecùs † in capitibus cõnexis, vel in ſententia vnicum tantum continente condemnationis, vel abſolutionis caput, cum tunc permiſſum ſit appellato adhęrere, nõ obſtante clauſula prędicta quatenus, & in quantũ ſeu in parte, & paſſibus, & tunc totum negotium appellatio deuoluit, ita vt aduerſario in connexis appellationis remedium communicetur cum connexorum idẽ reputetur iuditium, *Abbas in cap. cum Ioannes ad finem de fide inſtrumentorum cui aſſentit Felin. ibidẽ Franch. in cap ſi duabus num. 5. de appellat. Felin. in cap. ſignificauerunt ſub nu. 5. verſ. Aduerte etiam, & verſ. cogitabam tamen & ibi late Pariſ. nu. 22. de exceptio. Pereg conſ. 18. n. 19. lib. 3. Rot. Rom. in nouiſ. tit. de appell. dec. 6. Sur. dec. 143. per tot. & n. 8. vbi ſi vnica eſt cauſa Maſtril. deciſ. 45. n. 20. in fine, & deciſ. 136. n. 12. 13. & 14. Pariſ. conſ. 66. num. 6. lib. 1. Caſtil. deciſ. 6. numer. 2. verſ. ſed in caſu, & numer. 3. deciſ. 31. num. 3. & 4 & deciſ. 64. num. 2. 3. & circa finem Gratian. deciſ. 50. numer. 8. & diſceptat. 1. Gabr. conſil. 38. num. 4. libr. 1. Boer. deciſio. 73. num. 6. Giurb. deciſio. 30. per tot. Decian. conſil. 45. nu. 22. lib. 1. Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17. limit 21. a num. 19. & ſeq. Franch. deciſ. 467. Caualcan. deciſ. 15. num. 12. p. 1. Rota Romana apud Ludou. dec. 223. n. 4. 5. & 9.*

Et eadẽ ratione vnitatis, & connexitatis plurium capitulorum in ſententia contentorum, fuit reſolutum ſecundum eſitationis caput, de
6 quo magis dubitabatur. Nempe † ſi quandocũque appellato, etiam poſt terminum dierum decem licuiſſet adhærere appellationi in parte, &
7 paſſibus interiectę; Et fortius † ſi etiam in parte, & quatenus, & in quãtum appellatus propriam appellationem aduerſus eandem ſententiam propoſuerit, quæ aliqua ex cauſa deſerta ſit adhærere vtique poſſet.

In Negatiuam ſententiam ferè omnes in hoc
8 deſcendere videntur, † infra decem dies tantum adhæſionem eiuſque beneſitium alteri parti indulgeri ſentientes. *Gl. in cap. vt circa in verb. adhærentes in ſi. de elect. & elect. poteſt. in. 6. Bar. in l. de appell. recipiend. Felin. in cap. cum veniens l. 2. de teſtibus Socin. conſ. 45. num. 10. lib. 1. Manſuet. in praxi tit. de appellat. n. 20. Papon. lib 19. tit. de appellat. arreſt. 11. Grivell. in deciſ. Senatus Dolani 46. nu. 2. 3. Cornazan deciſ. 98. n. 17. Piguer. deciſ. 194. num. 4.*

Rota

Rota Roman dec.225.aliàs.dec.5.de ſentẽt. excom-
municat. in antiquis. Torus in compend. deciſ. ver-
bo adhærere Ricci.collectan. 1467. Gratian. diſce-
ptation.573.n.16 lib.3.& deciſ.23.n.5.Bero. conſ.
151.n.5.lib.1.Curt.Iun. conſ. 123. n.6 Magon. dec.
9.n.29.& 30.in Lucenſibus Lancell. de attent.c.12.
ampl.12.n.6.& limit.50.n.59.& ſeq Petr. de Greg.
Tholoſan.de appell. lib. 6. c.6.n.4.Tiraq. de retract.
lignag. §.1.glo.10. nu.86.Surd.dec. 143.n. 1.Frãch.
dec.257.n.4.Maſcard.de probat.concl.1278. nu. 8.
Rebuff. de appellat.art.1.Gloſ.1.in fin nu.12.t.3.ſol.
483.Ponte conſ.7.n.1.2.ſeq.l 1.Scaccia de appell.c.
2.q. 12.num.69.& ſeq.n.75.& ſeq.Ruginel. eodem
tractat.§. 6.glo. 1.cap.1.n.3.

Item tanto magis videretur de neganda adhę-
9 ſio,ſi † appellatus,quoque in partibus appellaſ-
ſet,& appellationẽ inde deſeruiſſet ad hoc enim,
vt adhæſio proſit requiritur, quod adhærens non
appellauerit ſeorſum,quatenus,& in quantum,
cum hoc ipſum remedium in ſubſidium detur, &
cum quis appellat, ei alterius appellatione non
ſuccurritur tum quia hominis prouiſio legis pro-
uiſionem etadieat,tum etiam, quod cum quis a-
pellat cenſetur alterius appellatione non cõten-
tari ac omni alieno auxilio renunciaſſe. Ideoque
proprie appellationi deſertione,vel aliter renun-
tiando remanet perpetuo excluſus,& ei adhęſio-
nis auxilium denegandum videtur. Ang. Aret. in
l.qui ſeparatim.§.vlt.ſub n.6.verſ.2.eſt ff. de appell.
Mandel.conſ.507.n.13.lib.3.Ruginell.de appellat.§.
6.Glo.1.cap.1.n.43.44.Rub.dec.30.Ricc. collectan.
1467.verſ.2.requiritur.

10 Verius tamen eſt † in vnico capite, vel in pluri-
bus eiuſdem ſententiæ capitibus connexis con-
litiganti, & appellato licere, etiam poſt decem-
dium appellationis remedio ab altero propoſito
adhærere, Rota Romana apud Ludouiſ.deciſ.581.n.
6.Piguera deciſ.194.per tot.& num. 19.20.& ver-
bis dictæ l.ampliorem ibi ſancimus itaque ſi appella-
tor ſemel in iudicium venerit,& cauſas appellationis
ſuæ propoſuerit, habere licentiam, & aduerſarium
eius ſi quid iudicatis opponere maluerit, ſi præſto fue-
rit hoc facere,& iudiciale mereri præſidium; Et ait.
Peguera, beneficium ipſius legis ampliorem, ſtatim
interpoſita appellatione,& introducta coram iu-
dice appellationis, commune effici appellato,
non per viam adhæſionis, ſed ipſo iure, quò ad
caput à quò appellatum fuit, vel alia cõnexa, cũ
in tota lege nil adhæſione dictum extiterit, Rugi-
nel.de appell.§.6.gl.1.cap. 1.nu.4.& ſeq.Surd.deciſ.
143.Imbrian.de repulſa p.1.conſiderat.2.n.14.Mi-
ſinger.centur.2.obſer.21. Oſaſc. deciſ. 28.num. 8.
Burſat. conſil.145.Cranett.conſ.140.nu. 8. in fine.
Milus in repertor.verſ.appellatio per alteram partẽ.
Vant.de nullitat.tit. à quo & quibus modis ſub nu.
21.verſ.ſi autem appellatus Ponte late conſ.7.a n.
10.ad num.15.lib. 1. Cephal. conſ. 422.a num. 9.
ſeq.Franch.deciſ. 467.Rebuff. ad conſtitution. Gal-
liæ tom.3.tit.de appellat.in præfation.nu.25.& 26.

Et nè dum poſt decem dies appellato adhæ-
11 ſionem proponere licet, ſed etiam † poſt deſer-
tam propriam appellationem, quam in parte, &
paſſibus contra eum facientibus aduerſus eam-
dem ſententiam propoſuiſſet, ex Bald. ad ſpecula-
torem de appel. col. 10. circa principium ſub verſ.
appellatio ſuper vacua, qui id docendo ait. Petij à
te decem, & iudex in quinque condemnauit, & in
quinque abſoluit, tu appellaſti ratione condemnatio-
nis & ego appellaui ratione abſolutionis, tandem ego
non petij apoſtolos, & ſic eſt deſerta appellatio mea,
poſſum nihilominus adhærere appellationi tuæ, &
petere ſuppleri ſententiam, cum abſque alio actu in
connexis poſſit ſupplere iudex allegat Bald. textum
in dicta l. ampliorem.C. de appell.idem dicit Abbas
in cap. ex parte il ſecundo de reſcriptis ſub n. 18.
verſ.vnde appellator. Dec.in cap. oblat.n.4.de appel.
Ruginel. de appellat. §.6.gloſ.1.cap. 1.num. 4. verſ.
iterum Baldus Burſ.conſ. 145. num. 3. Carpan. ad
ſtatu Mediolan.cap. 131. num. 548.volum. 1. Lan-
cellot.de attentat.cap.12.ampliat.12.num.17. Ma-
gon.deciſ.26.num. 25. in Lucenſ. qui allegat. Bald.
ad Speculatorem dicto loco, & Alexand. conſ. 183.
n.4.lib.6.qui pro expreſſo textum in dicta l. am-
pliorem in hoc expendunt Muſcatel. in prax. Gloſ.
probandum.n.69.

12 Per quam adhæſionem † ipſe adherens cum
appellãte vnitur in totum quo ad remedium po-
ſtulatum, ſitque eũ eodem vnus ſpiritus Oldrad.
conſ.290.n. 2.3. Ruginell. de appellat. §.6.Gloſ. 1.
cap.1.n.2.verſ.adhærere Cardin.Tuſc concluſ.176.
13 litt.A. Idemque iudicari † de adherente: quod de
principali cui adhæretur dicunt Lancellot. de at-
tentat.cap.1.ampliat.12.nu. 3.4. Rota Romana de
appell.in nouiſ.deciſ.52. Magon.deciſ.9.n.28.in Lu-
cenſ. & deciſ. 55. in Florentin. Franch. deciſ. 257.
n.3. Itaque poteſt iudex de toto negotio cogno-
ſcere Bald.dec. 300. Ricci collectan.1467. in princ.
14 Nec viſũ fuit obſtare, † quod dictũ eſt ſupra n. 9.
quando appellatus pariter in partibus, & ſeorſũ
quatenus appellaſſet, vt appellatione deſerta idẽ
adhęſio deneganda ſit, quaſi nõ cõtentus appella-
tione alterius per propriã appellationẽ tacitè ſub-
ſidiario remedio adhæſionis videatur renuntiaſſe
ex Ang.Aret.Mand.Rug.Rub.& Ricc. Nam vltra
quã cõtrarium cenſuerit, Bal.ad ſpeculatorẽ ſupra-
15 citatus, & multi eumdẽ in ſequẽtes. Per † deſertionẽ
appellationis nõ dicitur tamen tolli effectus, ad-
hæſionis, vt poſt Rotam Romanam deciſ. 52. alias
381. fuit dubitatum de appell. in nouiſ.cenſuit Lan-
cellot.de attentat.cap.12.ampliat.12.num. 14. imò
nec per renuntiationem appellationis adhæſio
cenſetur ſublata Bald.in Auth. hodie ante finem.C.
de appellat.Fel.in cap.cum ſuper n.6.de re iud. Natta
conſ.99.n.2.l.1.Lancel.de attent.d.c.12.ampl.12.n.
16 12.Cartar. deciſ. 37.nu.5. Tum etiam, † quia ap-
pellatio deſerta pro non interpoſita abſolute ha-
betur, Ant. Faber.C.de fruct. & litis expenſ. lib. 7.
t.18.defin.56.n.6.Veral.dec.177.n.1.2.p.3. Addi-
tio ad Mohedan. deciſ.293. alias deciſ. 9. de appel-
lat.liter.B.Simon de Pretis conſ.185.nu.1.& 7.Bor-
rel. in Summa deciſ. tit. 32.n.154.vol. 2. Barzi de-
ciſ.51.& deciſ.55.n.1.& 4.Mantica deciſ.276.n.1.
& 2. Meritò ex huiuſmodi appellationis reme-
dio tentato licet ab appellato deſerto adhæſio-
nis beneficium eidem non tollitur, & tamquam ſi
nulla appellatio petita eſſet, ipſa adhæſio in con-
nexis appellato deneganda non fuiſſet.
17 At id vero, quod dicebatur † adhæſionem in-
fra

Digitized by Google

ſra decem dierum terminum fatale proponendã, eſſe multipliciter reſpondent. *Surd. deciſ.* 143. *Ponte conſil.* 7. *lib.* 1. *a n.* 10. 11 *& ſeq. Gratian. deciſ.* 23. *n.* 9. 10. 11. *Ludouiſ. deciſ.* 581. *n.* 6. *& Fuſius Ruginell. de appellat.* §. 6. *Glo.* 1. *cap.* 1. *a. n.* 4. 5. 6. *& ſeq.*

Primo non procedere in capitibus connexis ex mente *Rota Romana deciſ.* 23. *alias* 365. *quam corrupte allegat. Surd. dicta deciſ.* 143. qui ita contrarijs reſpondet, licet prædicta reſponſio non placeat *Ruginel. dicto loco* prætextu; quod omnes conueniant, vt in articulis ſeparatis adhæſio fieri nequeat ideò dicta iura intelligenda viderentur etiam inconnexis ideo concluſionem prædictam, ſecundo loco reſpondendo, in interloquutorijs non in diffinitiua procedere putauit, *Ruginell. n.* 5. de quo ego, cogitandum puto Tertio, & verius quod in contrarium aducti in appellatione interpoſita a tertio nomine meo, quæ debet infra decem dies a me ratificari loquuti ſint *dixit Ruginell. dicto loco n.* 6. *Ponte conſ.* 7 *a nu.* 10. *& ſeq. lib.* 1. *Gratian. deciſ.* 23. *n.* 9. 11. Item quod contrarij loquuntur in tertio adhærente non autem in conlitigante, quarto loco *dixit Rota Romana apud Ludouiſ. deciſ.* 581. *n.* 6. Quinto, vt non procedat quando appellans proſequitur appellationem, & appellatus vult ea vti, vt ſententia corrigatur, *iuxta textum in dict. leg. ampliorem, vt ex Ioann. And. ad ſpeculatorem Abbate Prepoſit. Dec. & Bald. reſpondet Ruginell. num.* 6. *verſ. vel aliter.* poſpoſitis alijs reſponſionibus ad id per eundem conſideratis.

Eiuſdem itaque ſententię capita connexa ad propoſitum varie dici, & cognoſci præpoſuimus
18 cum † connexitas detur in ſententia continente plura capita *Card. Tuſch. concl.* 1043. *&* 1044. *lit. C. Contard. in l. vnica, limit.* 24. *n.* 20. *& ſeq. Bal. in l. incerti n.* 75. *C. de interd. Maceraten. var. reſol. lib.* 2. *reſolut.* 9. *nu.* 24.

19 Vt quando omnia † ab vnico pendent articulo, *Crau. conſ.* 232. *n.* 1. *&* 2. *Menoch. de arbitrar. caſu* 95. *n.* 15. *& ſeq. Ludouiſ. deciſ.* 223. *n.* 7. vel vbi omnia vnica, & non diuerſa peterentur actione *Zuccard. conſ.* 39. *n.* 10. *Gab. conſ.* 56. *n.* 12. *lib.* 1. *Canc. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 17. *de ſentent. & earum exequution. n.* 65. 98. *& ſeq. l. ſi quis ſeparatim, §. ſi quis cum vna ff. de appellation.*

Item vnum reputatur caput, quando vnum eſt propter aliud *l. Iulianus. ff. de condit. & demonſtrat. Bellamer. conſ.* 4. *in fine Ludouiſ. deciſ.* 223. *num.* 8. *Burſat. conſ.* 176. *num.* 10. *Menoch. conſ.* 123. *num.* 20. *ſeq. lib.* 2. *Pacian. de probat. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 97. *ſeq.* & vnum ad determinationem alterius, *Bertazolus conſ.* 116. *nu.* 38. 39. *in Ciuilibus. Caſtil. dec.* 31. *ſub n.* 4. *Menoch. de arbitr. caſu* 95. *ſub n.* 18. Idem ſi ex conſequentia factorum ſeparationem non recipiant. *Cornazan. dec.* 63. *n.* 5. *in fin. Cabalus conſ.* 54. *nu.* 14. *lib.* 2. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 95. *n.* 6. *in fin. & n.* 7. Et quando eadem cauſa defenſionis omnium exiſtit *Rota Romana apud Farinac. deciſ.* 183. *ſub n.* 6. *circa finem. p.* 2. *t.* 3. *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap.* 131. *nu.* 131. vel cum vna eademque cōdemnationis, & appellationis cauſa eſt *Anton. Faber. C. qui bonis cedere poſſ. lib.* 7. *tit.* 31. *defin.* 1. *n.* 2. *Maceratenſ. variar. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 9. *ſub. num* 24. Aut ſententia lata ſuper vno pateat exceptionem rei iudicatæ in alio, *poſt Lã-*
20 *cellot. Caſtil. deciſ.* 31. *nu.* 4. Quod † plerique etiã prudenti ius dicentis arbitrio id remitti profitentur, *Imol. cōſ.* 139. *in dubio. Gabr. conſ.* 38. *n.* 6. *li.* 1. *Aleiat. conſ.* 67. *n.* 11. *Menoch. de arbitr. caſu.* 95.
21 *num.* 4. 5. de quo nempe, quæ † ſeparata quæue connexa in ſententia capita dicantur videre eſt *l. etiam §. ex cauſa. ff. de minoribus l. ſi quis ſeparatim §. ſi quis cum vna ff. de appellat. Lancellott. de attentat. cap.* 12. *limitat.* 2. *Menoch. de arbitrar. caſu* 95. *Ruginell. de appell. §.* 6. *gl.* 1. *cap.* 1. *nu.* 20. *Burſat. cōſ.* 21. *n.* 10. *Mar. Anguiſſol. cōſ.* 140. *n.* 83. *Bero. conſ.* 110. *nu.* 20. *lib.* 3. *Eugen. conſ.* 71. *Grat. dec.* 60. *& diſceptat.* 162. *num.* 24. 25. *& ſeq. Scaccia de appellat. cap.* 2. *q.* 17. *limitat.* 6 *memb.* 9. *n.* 36. *Gab. conſ.* 56. *l.* 1. *Ant. Faber. C. de ſportul & ſump. lib.* 3. *t.* 2. *defin.* 7. *n.* 7. Et ſecundũ prædicta conſulti alias reſpondimus concurrentibus doctiſſimis cauſę patronis pro Don Franciſco paterno, & Caſtello contra Don Archalorum de Perna in cauſa feudorum Brucę, & Crixuna, quę inde partium tranſactione in meritis ſopita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas teſtatoris, vel grauati an ſit attendenda in fideicommiſſaria proximis agnatis familia vel alijs per nomen, & modum collectiuum ſubſtitutis. & n.* 2.

3 *Proximitas grauati attenditur fauore deſcendentium eiuſdem grauati ſed eis deficiētibus ſi ſucceſſio, & fideicommiſſum diuerſionem faceret ad aliam perſonarum conditionem veluti ad tranſuerſales tunc teſtatoris eſt attendenda proximitas, quid in feudo, nu.* 13. *&* 89. *&* 92.

4 *Proximitas grauati attendenda eſt cum ad fideicommiſſum concurrentes omnes de eadem linea, & parentela eiuſdem teſtatoris ſint, ſecus, ſi diuerſæ ſint lineæ, & deſcendentiæ, quam teſtatoris, quia tunc teſtatoris ſpectatur proximitas. & nu.* 87. 97.

5 *Proximiores vocati in caſu contrauentionis, vel alienationis fideicommiſſi per grauatum, an proximiores teſtatoris, vel grauati cōtrauenientis ad fideicommiſſum admittendi ſint & n.* 6. *&* 7.

8 *Deſcendentibus ſeu lineis plurium ſubſtitutis, vel pluribus per ſtirpes vocatis deficta vnius linea, vel deſcendentia omnes deſcendentes, omneſque lineæ admittuntur abſque differentia.*

9 *Frater vtrinque coniunctus non præfertur conſanguineo tantũ in fideicommiſſo reciproco inter plures filios per patrem conſtituto, per mortem vnius.*

10 *Plures in pari gradu exiſtentes inter quos non cadit charitatis, & affectionis, ordo æqualiter ad fideicommiſſum admittuntur, vbi plures collectiuè vocati ſunt veluti de familia, aut proximiores. & n.* 11.

11 *Singularis numero vertitur in pluralem, & e conuerſo in ſucceſſione inter perſonas vocatas, inter quas non cadit ordo charitatis, & affectionis.*

12 *Proximitas vltimi feudatarij defuncti, an primi acquiſitoris in feudalibus ſpectanda ſit.*

Quid inter deſcendētes vltimi defuncti, vel eiuſdem

Digitized by Google

tranſuerſales.n. 13. 14.

Quid ſi primus feudi acquiſitor formam ſubſtituendo mutuauerit num. 15.

Quid in feudo hæreditario, vel non hæreditario, aut pacti, & prouidentiæ n, 16. 17. 18.

19 *Proximitas vltimi defuncti inſpicitur in emphytheoticis,*

20 *Proximitas Maioratum, vel primogenituram inſtituentis an ſit ſpectanda, vel vltimi poſſeſſoris & num, 21.*

22 *Proximitas in Regni ſucceſſione ab vltimo eiuſdem Regni poſſeſſore accipienda, ac conſideranda eſt.*

23 *Proximitas cuius ſpectanda ſit in anniuerſarijs, & cappellanijs.*

24 *In iure patronatu, proximioribus vocatis de proximitate vltimo loco defuncti, & non inſtituentis intelligitur.*

25 *Statutum, vel conſuetudo ad ſucceſſionem proximiores admittens an de proximioribus vltimi defuncti intelligatur, & n. 26.*

27 *Proximitas teſtatoris, & nō pupilli vltimo loco defuncti ſpectanda eſt in pupillari ſubſtitutione, proximioribus, vel alijs per nomen, & modum collectiuū vocatis, & n. 29. & 73. & ſeq. & n. 76.*

Subſtitutio pupillaris, & ſi ipſius pupilli dicatur teſtamentum, hoc in proprie eſt, ſed quo ad vim, & ordinem ſuccedendi dicitur teſtamentum patris, et ſequela teſtamenti paterni. n. 27. & 29.

28 *Proximitas teſtatoris ſpectanda eſt in exemplari ſubſtitutione,*

30 *Proximitas teſtatoris, & non hæredis ſpectatur in vulgari ſubſtitutione, & iure accreſcendi.*

31 *Proximitas quandoque teſtatoris, quandoque vltimi defuncti in ſubſtitutionibus ex diſpoſitis, & coniecturis teſtatoris ſpectanda eſt & num. 32. 33. & 84.*

32 *Proximitas teſtatoris ſpectanda eſt cum expreſſe poſt primo loco nominatos ipſius teſtatoris proximiores ſuccedere diſpoſuerit.*

34 *Proximiores ſui ſanguinis ſi vocauerit teſtator, teſtatoris, non grauati ſpectanda eſt proximitas.*

35 *Teſtator ſi dicat proximiores meos ſubſtituo teſtatoris eiuſdem debent admitti proximiores 36. 37.*

36 *Verbum meus ad proximum diſponentis reſtringit diſpoſitionem.*

38 *Poſteros ſuos ſi teſtator vocauerit de ipſius proximioribus non grauati intellexiſſe videtur.*

39 *De domo, aut agnatione ipſius teſtatoris ipſe vocās; de ſuis proximis intelligitur vocaſſe.*

40 *Proximiores de ſuo nomine, & armis vocans teſtator de ſuis proximis intellexiſſe conſtat.*

41 *Vel quod proximior nomen æterno, & arma teſtatoris aſſumeret.*

42 *Deſcendentes a teſtatore, ſeruata gradus prærogatiua, ſeu ordine ſucceſſiuo ſi vocentur de proximis ipſius teſtatoris & non grauati intelligendum eſt vocationem factam fuiſſe.*

43 *Proximioribus de agnatione ipſius teſtatoris vocatis, vel vbi dictum foret de familia, ſeu agnatis ſuis ipſius teſtatoris proximiores, & non grauati ad ſucceſſione inuitati ſunt.*

44 *Proximitas teſtatoris eſt attendenda ſi proximiores vocati ſint ad propriam ipſius teſtatoris hæreditatem, vel bona,*

45 *Proximitas teſtatori ſpectatur ſi ſibi proximiores teſtator ad ſucceſſionem inuitet.*

46 *Teſtator proximos ſuos vocans de ſibi proximioribus intellexit.*

47 *Ratio recti ſermonis ſi ita ſuadeat proximitas teſtatoris eſt attendenda.*

48 *Fideicommiſſum familiæ grauati teſtator relinquens proximos de familia grauati præſumitur vocaſſe.*

49 *Teſtator, vbi ad familiæ conſeruationem proſpexiſſe conſtat an proximos ipſius grauati, vel teſtatoris vocaſſe ad fideicōmiſſum præſumatur 50.*

50 *Familia facta mentione in dubio intelligitur de familiæ teſtatoris.*

51 *Proximitas vltimo loco grauati attenditur quando teſtator voluiſſet ſucceſſionem deferri iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis, & 93.*

52 *Teſtator ſi poſt inſtitutos, & grauatos eorum deſcendentes vel agnatos vocauerit, de proximioribus ipſorum grauatorum dicitur intellixiſſe, eoſque vocaſſe.*

53 *De hærede in hæredem, vel de vno in alium ſi teſtator ſucceſſionem ordinauerit, id intelligitur de proximioribus grauati, & non ipſius teſtatoris.*

54 *Remotiores ſibi in gradu ſi prætulerit teſtator ſibi propinquioribus, tunc grauati proximitas, & non teſtatoris attendenda eſt.*

55 *Excluſis ſemel à teſtatore ſibi proximioribus propter proximiores grauati, proximitas grauati ſpectatur.*

56 *Proximitas grauati attenditur, ſi proximior illi in cuius portione ſuccedendum erit vocatus ſit.*

57 *Proximitas vltimi defuncti attēditur ſi proximioribus ſuis ſucceſſionem deferendam teſtator diſponat.*

58 *Agnatis de agnatione teſtatoris vocatis an ſpectetur teſtatoris, vel vltimi defuncti grauati proximitas.*

59 *In ſtirpes ſi vocati ſint proximiores, & nō in capita grauati, & nō teſtatoris ſpectatur proximitas.*

60 *Fideicommiſſum quando in infinitum progreditur, ita, vt etiam nati poſt mortem teſtatoris ad illud admittātur grauati attenditur proximitas, & non teſtatoris.*

61 *In dubio cum teſtatoris verba ad proximitatem grauati, & teſtatoris, per trahi, poſſunt, ipſius teſtatoris, & non grauati eſt attendendas proximitas.*

62 *Proximitas teſtatoris attenditur quando teſtator diſpoſuerit, quod poſt mortem hæredis bona vadāt ad eius heredem, vel proximum.*

63 *Subſtitutis illi, qui de iure ſuccedere debent, an ad ſucceſſionem grauati admittantur proximiores grauati vltimi defuncti an vero proximiores teſtatoris 66. ſequen. 71. ſequen. 78. ſequen. ad finem.*

64 *Aſcendentes admittuntur ad ſucceſſionem ab inteſtato defectis, defectis deſcendentibus, & excluſis tranſuerſalibus.*

65 *Auus maternus excludit amitam vtrinque coniunctam defuncto.*

66 *Teſtator ex pupillari ſubſtitutione dicitur pupillo ſubſtituiſſe.*

Proximioribus vocatis veniūt illi, qui ſunt proximio-

res

Digitized by Google

res reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato iuxta iuris communis diſpoſitionem.

68 *Verba (de iure) iuxta iuris ſucceſſionem ab inteſtato interpetranda ſunt, contra n. 91. & 94.*

69 *In dubio illa eſt capienda interpetratio, quæ ſucceſſores ab inteſtato admittit, contra n. 101.*

70 *In dubio teſtator diſpoſuiſſe præſumitur quemadmodum ab inteſtato ius commune in ſucceſſione defuncti diſpoſuit.*

72 *Proximitas perſonæ vltimi morientis inſpicienda eſt in omni ſucceſſione inteſtata.*

74 *Pupillo, & non teſtatori per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur.*

75 *Teſtator præſumitur per pupillarem ſubſtitutionem ita pro pupillo teſtaſſe quemadmodum pupillus ipſe teſtaſſet, ſi teſtare de iure potuiſſet.*

77 *Mater, vel auia non excluditur per fratrem, vel ſororem teſtatoris patruum, vel amitam pupilli pupillariter ſubſtitutos.*

79 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

80 *Compendioſa ſubſtitutio inducitur ſtante vocatione in caſu mortis, vel in caſu quo inſtitutus ſine filijs decederet licet teſtator verbo quandocunque non fuerit vſus.*

81 *Pupillaris ſubſtitutio continetur ſub compendioſa.*

82 *Compendioſa ſubſtitutio dicitur ſubſtitutionum cõpendium, quæ de ſui natura ſecundum caſus contingentiam operatur, & vertitur.*

85 *Proximiores tamquam magis dilecti cenſentur vocati.*

88 *Mater non dicitur de eadem agnatione filij, nec de eadem parentela ſeu conſanguinitate.*

90 *Teſtator prædilexiſſe magis præſumitur quemlibet ſibi remotiſſimum de linea in qua fideicommiſſum intrauerat, quam quemlibet ſibi propinquiſſimum etiam filium primi gradus.*

96 *Ruinus conſ. 90. lib. 2. interpretatur.*

97 *Porc. Imolenſ. conſ. 121. declaratur.*
Ceſal. conſ. 416. reijcitur.

100 *Authoritatem quærere vbi naturalis viget ratio, imbecillitati intellectus aſcribitur.*

101 *Cauſa teſtati, & cauſa inteſtati vbi vtraque in dubium reditur, magis adhærendum eſt opinioni pro cauſa teſtati.*

ARGVMENTVM.

& vt alia opinio magis in vulgari procedere poſ-
ſet, cum quo ſimpliciter tranſit *Paulus Emilius
Gallus de except. p. 2. tit. 4. except. 26. ſeu 4 n. 101. &
ſeq. fol. 469.* de quo plenius infra dicemus *nu. 98.*
Peregrino loco prædicto reſpondendo.
Hinc eſt inter alia exempla dubiorum verbo-
rum, quę ad vtranquè poſſunt pertrahi coniũctio-
62 nem, & proximitatem vnum eſſe † ſi teſtator di-
xerit poſt mortẽ hæredis bona vadant ad eius hę-
redes, vel proximos, cum ea dictio eius poſſit re-
ferri ad vtrumque ad hæredem, nempè grauatum,
& ad teſtatorẽ intelligitur de hæredibus, & pro-
ximioribus teſtatoris nõ hæredis grauati, ſecun-
dum ordinem inteſtatæ ſucceſſionis licet verè de-
feratur ſucceſſio, ex cauſa teſtati ex diſpoſitis per
teſtatorem. *Alex. conſ. 56. n. 2. lib. 1. conſ. 32. lib. 2.
Marſil. dicto ſingul. 21. Decian. conſ. 478. n. 12. Ruin.
conſ. 103. n. 14. lib. 2. Pariſ. conſ. 51. n 34. 35. 36. &
ſeq. & conſ. 88. nu. 36. lib. 2. Ceſal. conſ. 333. n. 7. 8, 9.
ſeq. conſ. 493. n. 32. Bero conſ. 83. n. 15. lib. 2. Mantic.
de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 14. n. 20. Theſaur. dec.
64. in fine.*

63 In terminis iſtius tertij caſus † ex diſpoſitis
per Bartholomęum de Maio teſtatorẽ, qui in de-
fectu filiorũ inſtitutorũ, & reciproce ſubſtituto-
rũ, eorumq. deſcẽdentiũ vocauit illos, qui de iure
ſuccedere debẽt, quos omnes ſubſtituit, omni me-
liori modo, iuxta formam iuris, Actũ fuit in Ma-
gna Regia Curia, an ad ſucceſſionem D. Ioannis
filij Bartholomæi teſtatoris in pupillari ætate vl-
timo loco defuncti, præferẽda eſſet D. Heliſabet-
ta de Maio, & Gambacurta auia, materna dicti
D. Ioannis, eidem proximior, iuxta ordinem
iuris, & inteſtatæ ſucceſſionis ex dubijs verbis
prædictis ſcilicet, qui de iure ſuccedere debent,
quæ verba non magis ad teſtatoris quam graua-
ti coniunctionem declinare videntur, vel potius
Donna Vincentia de Maio Monteleone, & Ca-
therina, de Maio, & Blaſio ſorores Bartholomæi
teſtatoris eidem proximiores, ſecundum teſta-
toris pręſumptam affectionem præferendę eſſent.
Et dicebatur pro auia proximiore pupillo vlti-
mo loco defuncto, (cauſa viriliter defenſa) eam
64 † eſſe hæredem pupilli, veluti aſcendentem, defe-
ctis pupilli deſcendentibus *Auth. de hæred. ab in-
teſt. venien. §. ſi igitur defunctus Authen. defuncto.
C. ad Tertull. Pariſ. conſ. 60. n. 34. l. 3.* vbi quod auia
locum matris ſumit *Soccin. conſ. 25. lib. 3. Gratian.
65 diſcep. 61. n. 2. Signorol conſ. 256.* † quod auus ma-
ternus excludat amitam vtrinquè coniunctam de-
functo.
66 Etiam per dicta verba, † nempè ſuccedant (il-
li, qui de iure ſuccedere debent) quæ verba de iu-
re de proximioribus pupillo interpretanda ſunt,
cum præſumatur teſtatorem pupillo ſubſtituiſſe,
& proximiorẽ eiuſdem vocaſſe, prout ius ad ſuc-
ceſſionem ipſius pupilli proximiorem ab inteſta-
to ſucceſſurũ vocat, & nõ proximiorem teſtato-
ris, *ex notatis per Bart. in l. re coniũcti ff. de legat. 3.
in vltim. col. verſ. tertio quæro*, cum non de teſtato-
ris ſucceſſione, ſed pupilli agatur, itaque in dubio
videtur teſtatorem illum prætuliſſe, qui dicto pu-
pillo proximior erat ab inteſtato ſucceſſurus, *Soc.
in l ſi cognatis ff. de rebus dubij in vltim. col. verſ. 3.
& vltimo. Iaſon. ibidem n. 218. Porti conſ. 121. n. 3.
Ceſal. conſ. 416. num. 30. & ſeq. & n. 40. poſt Ruin.
67 conſ. 90. n. 5. in fine lib. 2.* Hinc † teſtatur *Viu. dec.
295. l. 2.* quod vocatis proximioribus veniãt, illi,
qui ſunt proximiores reſpectu ſucceſſionis, ab in-
teſtato, & iuxta iuris cõmunis diſpoſitionẽ. Item
68 † verba de iure ideſt iuxta iuris ſucceſſionem ab
inteſtato, & eo ordine ſeruato pręciſæ intelligen-
da, & interpretãda ſunt *Iaſ. Port. Ceſal. & Ruin.
præcitati Soccin. Sen. conſ. 49. col. 1. vol. 1. Paul.
Emil. Gallus de excep. p. 2. tit. 4. except. 26. ſeu 4. nu.
93. fol. 469. faciunt dicta per Meno. conſ. 124. n. 57.*
69 Item † illa eſt capienda interpretatio, vt ea præ-
ualeat quæ ſucceſſores ab inteſtato vocat *l. cum
ita §. in fideicommiſſo. & ibi Gloſa l pater §. frater ff.
de legat. 2. l. fi. C. de verb. Signific. Soccin. Sen. conſ.
23 n. 18. lib. 1. Aret. conſ. 145. Decian. conſ. 278. a-
lias 277. n. 8. verſ. 10. quia Rouit. conſ. 40. in fi. verſ.
70 Ergo dum.* Et † in dubio teſtator præſumitur di-
ſpoſuiſſe, eo modo quo ab inteſtato ius commu-
ne in ſucceſſione defuncti diſpoſuit *Bart. & a-
lij in l. hæredes mei §. cũ ita ff. ad Treb. Surd. cõſ. 31. n.
18.*

Digitized by Google

18. Clar. §. teſtamentum q. 76. n. 13. verſ. 2. infertur Ioſeph. de Ruſt. conſ. 2. n. 90. ver. prædictaq. opinio poſt tractat. an filij in cōdit. poſit. Menoc. lib. 4. præſump. 95. num. 15. Caball. conſ. 114. num. 1. lib. 2. Rota Auenion. deciſ. 37. num. 9. verſ. bis accedat Peregr. de fideicommiſſ. art. 21. ſub numer. 5. & 8. Lanar. conſ. 53. num. 7.

71 Porrò cum teſtator † illos, ſubſtituerit, (qui de
iure ſuccedere debent) Dōnam Heliſabettam pu-
pilli auiam vocatam eſſe aſſerebatur, ſi quidem
dicendo, (qui de iure ſuccedere debent) intelli-
gātur vocati proximi ſucceſſores nō ambigimus
proximitatem reſpectu perſonæ grauati inſpi-
ciendam eſſe, & ſic auię, quæ amitis defuncti pro-
ximior eſt, ſecundum magis receptam opinio-
72 nem ſupra firmatam *n. 2.* Et † in omni ſucceſſio-
ne inteſtata regulare eſt, vt vltimi morientis per-
ſonæ, & nō eius à quo primo bona profecta ſunt,
proximitas inſpici debeat in ſucceſſione ſuorum,
probat text. in §. cum autem inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſt. deferunt. l. 1. §. proximum ff. de ſuis, & legit. hæred. in ſucceſſione agnatorum *l. ex duobus, & l. pen. ff. vnde legit.* in ſucceſſione cognatorum
expreſſum eſt in l. 1. §. proximiores, & proximum ff. vnde cognati, & cum a lege pluribus aliquid de-
fertur ea cōditione, vt aliquis eorum alijs præfe-
ratur, vt qui proximiores ſunt defuncto poſterio-
res non admittant *l. filius, qui patri §. cum filius ibi ſine dubio ff. de bon. liber. l. 1. §. ſi intra centeſimū ff. de ſucceſſ. edict.* in ſucceſſione quoque ab inte-
ſtato idem ſemper ſeruatur. *Moliu. de primogen. Hyſpan. lib. 3. c. 3. n. 11. Theſaur. deciſ. 64. n. 3. verſ. addo ego textum.*

Rem itaque magis perſtringendo in caſu præ-
73 dicto de quo agebatur † quod etiam in ſucceſſio-
ne pupillari, pupilli vltimi, morientis proximitas
conſideretur dictum fuit, & in dubio præferen-
dus, qui pupillo ſucceſſurus erat ab inteſtato *ex Barthol. in l. re coniuncti ſub n. 62. ff. de leg. 3. cum a-*
74 *lijs adductis ſupra n. 29.* ſub prætextu tum † quod
ex ea pupillo, & non teſtatori ſuccedatur. Idcir-
co quod præſumitur in dubio teſtatorem voluiſ-
ſe ſubſtituere proximiorem pupilli, cui ſuccedit
Ceſal. conſ. 416. nu. 18. 56. Blaſius Flores de Mena in addit. ad Gamam deciſ. 7. verſ. 2. eſt Ruin. conſ. 107. ſub n. 8. verſ. nec obſtat. & conſ. 171. n. 7. verſ. quia l. 2. Zancus in leg. hæredes mei § cum ita n. 123. ver. attamen ff. ad Trebel. Marta de ſucceſſ. legal. p. 2.
75 *q. 3. art. 6. n. 7.* Tum † quod teſtator in dubio pro
filio ſuo pupillo præſumatur eo modo teſtamen-
tum feciſſe, quemadmodum pupillus ipſe ſi teſta-
re potuiſſet vtique feciſſet *Bald. in l. precibus col. 4. verſ. de fratre. C. de impuber. Ripa in l. 2. nu. 46. in fine ff. de vul. Zancus in dicto §. cum ita n. 1016. Ceſal. conſ. 416 n. 20.* Nec minus cenſendum eſt ex
dicta pupillari ſubſtitutione quā ſi teſtatus deceſ-
ſerit infans *l. Papinianus, §. ſed neque impuberi ff. de inoffícioſ. teſta. Surd. conſ. 240. num. 1. Polidor. Ripa obſer. 51. n. 6. Ceſal. conſ. 210. nu. 33. conſ. 339. nu. 40. Honded. conſ. 75. n. 24. lib. 1. Turet. conſ. 22. n. 1. vol. 1. Galganet. de condit. & demonſtrat. p. 1. c. 54. num 2. Ruſtic. de fideicomiſſ. lib. 1. cap. 13. nu. 11.*
76 *Card. Tuſc. concluſ. 818. nu. 3. litter. S.* Tum † etiam
quia in interpretanda pupillari ſubſtitutione, an
magis coniunctus, & proximior ad pupilli ſucceſ-
ſionem admittatur, nec, nè non attendatur teſta-
toris affectio, ſed quomodò, & qualiter ſit,
quis ſucceſſurus pupillo ab inteſtato *Bar. in l. 2. n. 45. ff. de vulg. Gratus cōſ. 134. n. 40. l. 1. Bero. conſ. 126. n. 3. l. 2. Sforz. de cōpend p. 3. n. 138. à tergo But. conſ. 53. col. 12. Men. conſ. 144. ſub n. 23. & præſump. 56. ſub n. 23. & n. 14. in fi. verſ Hoc exemplum. l. 4.*

77 Tanto magis † quando pręteńderet ſuccedere
pupillo patruus, vel amita, tūc enim per illos nū-
quā cenſetur excluſa mater, & conſequénter nec
auia pupilli, & haberet tunc locū cōtrariorū opi-
nio pro proximitate teſtatoris, ſecundum eiuſdē
affectionem concludentium, ſi deſcendentes te-
ſtatoris ſuccedere pupillo prætenderent non au-
tem tranſuerſales. *Bart. in leg. 2. nu. 44. in fine ff. de vulgar. & pupillar. vbi Ripa num. 61. teſtatur hanc eſſe communem Dec. conſ. 315. num. 6. Menoch. præſ. 85. num. 87. lib. 4. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib. 5. tit. 15. n. 32. Sforz. in prælud. compendioſ. p. 3. q. 7. verſ. 4. Craſſ. §. ſubſtitutio q. 31. nu. 6. Anton. Fab. C. lib. 6. t. 8. defin. 4. gloſ. 10. Paul. Emil. Gall. de exception. tit. 4. except. 19. ſeu 1. par. 2. nu. 37. & ita deciſum in Parlamento Toloſano dicit. Mainard. deciſ. 25. lib. 5.*

Hæc omnia locum habēt, quādo teſtator pro-
78 ximiores ſubſtituiſſet; ſed † pro auia, & proxi-
miore pupilli, quod in pupillari pręfeżatur in ſuc-
ceſſione pupilli ad excluſione patruū, & amitarū
teſtatori proximiorum quando vocati ſunt (illi
qui de iure ſuccedere debent) in puncto anno-
tarunt. *Ruin. conſ. 90. num. 6. ſequen. lib. 2. ſequitur eum Marta de ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 3. art. 6. n. 8. & 9. Port. conſ. 121. colum. 1. n. 2. & ſequen.* quem
abſolutè ſequitur. *Petra de fideicommiſſ. quæſt. 11. num. 27. & 153. poſt Pariſ. conſ. 8. colum. 11. lib. 2. Fuſar. de fideicommiſſ. quæſt. 484. num. 48. Ceſal. in magiſtral. conſ. 416.* qui caſum determinat, & *Rubeum.* Carpit *ſequitur Marta dicto art. 6. num. 6. 7. 8. Peregrin de fideicommiſſ. ar. 20. ſub nu. 9. in fine verſ. tertius caſus, & conſ. 58. ſub num. 3. verſ. ego autem lib. 4. Flamin. de Rubeis conſ. 42. Cioffus. conſ. 7. ſub num. 26.*

Contrarium diximus verius eſſe in caſu prædi-
cto, de quo agebatur ad fauorem amitarum pu-
pilli, & ſororum Bartholomæi teſtatoris, & ei pro-
ximiorū, ad excluſionem auiæ pupilli proximio-
ris, iuxta ordinem inteſtatę ſucceſſionis. Cum vi-
gore teſtamenti Bartholomæi patris Don Ioan-
nis grauati vltimo loco defuncti in pupillari, qui
veluti pater potuit pupillariter ſubſtituere, *ad text. in l. moribus vbi Doct. ff. de vulgar. & pupillar.*
dictę amitę pupilli, & ſorores teſtatoris ſint pu-
pillariter ſubſtitutæ dicto D. Ioanni vltimo mo-
rienti eiuſque ſucceſſionem ad cauſam inteſtatā
nō reduci, (vt ex aduerſo prętēdebatur) ſed ad
cauſam teſtatam, & pupillari ſubſtitutionis, ſtan-
tibus dictis verbis in teſtamento Bartholomæi, &
in eorū defectu ſuccedant illi qui de iure ſuccede-
re debēt, ſequendo ibi quos omnes ſubſtituit om-
79 ni meliori modo, iuxta formam iuris. Quandiu †
enim locus eſt teſtamento ceſſat inteſtati cauſa
l. Quandiu ff. de acquir. hæredit. Oſaſc. conſ. 22. n. 20. Ruin. in conſ. 36. n. 10. lib. 3. Ruſtic. de fideicommiſſ. l. 3. c. 3.

Digitized by Google

3.cap.3.num.17.Decian.conſ.7.n.1.lib.4.conſ.74.n.6.lib.5.Honded.conſ.51.num.50.lib.2.Barzi.deciſ.89.n.21.Cornazan.deciſ.56.n.5.Guttier.lib.2.quæſt.1.nu.65.Fachin.lib.13.controuer.iur. cap.76.verſ.7. Alba. Mandel.conſ 600.n.2. Bim.conſ.213.n.46. Montan.de tutel.c.13.n.2.Polidor.Ripa obſeruation.51.num.7.

Deduximus ideo aſſumptum prædictum probandum pro coſtanti, ſupponendo quod ex diſ-
80 poſitis per Bartholomæum teſtatorem † inducta fuerit compendioſa ſubſtitutio duplicitet. Primo ex quo ſubſtituti dicto Don Ioãni ſunt vocati in caſu mortis; ſecundo, & fortius, quia ſunt vocati in caſu quo dictus D. Ioannes, ſine filijs decedẽret, ex quibus, ſeu verius ex vnoquoque ipſorum, cõpendioſa reſultat, licet teſtator illa dictione quandocumque vſus non fuerit. Quia etiam verba illa in caſu mortis, vel ſine filijs comprehẽdunt omnia tempora ſub ſe, non minus, quam illa dictio quãdocũque. *Sfor. Oddo de compẽd.p.4. q.1. art.1. vbi de commun. & conſ.95. n.41. & 43. Dec. conſ.227.n.3. conſ. 572. n. 1.* vbi in caſus mortis ſine filijs *conſ.642.n.1. & conſ.643.nu.10. Menoch. lib.4.præſum.34.n.28. & præſ.51.n. 7. & conſ. 106. nu. 366. conſ.213.n.1. Turett.conſ.65.conſil. 37. n. 10.conſ.99.n. 21.lib.2.Pariſ.conſ.18.nu.12.* vbi ſi dicatur in defectu, prout in dicto teſtamento Bartholomæi, & *conſ. 19.n.170. & cõſ. 87.n.1.lib. 2.Peregrin.de fideicom. art. 34.n. 9.Curt.Iun. conſ. 172.n.2. & in l.precibus nu.47. & 61.C.de impub. & alijs ſubſtitution. Bece.conſ. 24. num. 4. Alciat. lib.3.Paregron iuris. cap.2. Couarr.in cap. Raynutius §.9.num.2. & 12.verſ.11.teſtam.de teſtam.in 6. Decian. conſ.82.n.8.lib.3. conſ.1.n.65.lib.1. Caſanat.conſ.46.num.54. & conſ.49 num. 4. Bart. in l. centurio.9.ff.de vulga.Bal.conſ.55.lib.3.Soccin.Iun. conſ. 27.num.11.lib.3.conſil.97.n.26.libr.1. Neuizan.conſ.53.n.3. Emanuel à Coſta in cap. ſi pater in 1.part. in verſ.ſi decederet nu.14.de teſtament.in 6. Gabr.conſ.104.in princip.Giurb.deciſ.11.num.3.* vbi ſi ſine filijs. *Maceraten.lib.2.variar.reſolut.cap. 52.num.13.Coſta.conſ.14.num.37.conſ.31.num.4. Laderch. conſ. 3. num.9.Honded.conſ.75.n. 33.l.1. Hypol.Riminald.conſ.775.num. 5. Viu.deciſ. 497. num.3.Burſa. conſ.261.num.3.Cardin.Tuſc.concluſ. 818.litter.S.n.31.Surd.conſ.31.num.1. & deciſ.37. num. 8.Caball.conſ.89.n.3. Sim. de Pretis de interpret. vltimar.volunt. libr.3.ſolution. 10. nu. 3. Ruſtic.de filijs in condit. poſit.lib.6.cap.5. nu. 12. Pedroch.conſ.40.num. 228. Macabrun.conſ.109.num. 19.Ceſal conſ.538.num.6.Berett. conſ.93. Gratian. diſcept.407.num.1.Caſtill.deciſ. 152. num. 33. & ſequent. lib.2.*

81 Sic etiam ſub compendioſa † contineri pupillarem expreſſam verbis generalibus non ambigimus inſtituto in pupillari decedente. *Rolãd.conſ. 69.n.21. lib. 1. Hipol. Rimin. conſ. 270.num. 60. ad nu. 64. Hond.conſ.73.n. 2.lib. 1. Menoc. præſ. 34.num. 5. lib.4. & conſ.551.nu.11. & conſ. 751. n.7.Gratian.diſcep.528.nu.33.* ſicut, & vulgarem, & fideicõmiſſariam, & prout caſus euenerit operatur, vnde pupillaris verè eſt infra paupertatem,
82 vt ferè omnes præcitati admittũt. Imò † nec propriè compendioſam dici ſubſtitutionem, ſed potius ſubſtitutionum compendium, quæ de ſui natura ad caſus contingentiam vertitur. *Sforz.Odd. de compendioſ.p.5.q.1.n.1.fol.42. & art.2. fol.43. Peregrin.de fideicommiſſ.art.13. nu.2. & art.34. n. 15.in fine Surd.conſ.229.num.1.conſ.347.num. 12. 13. & 14. Menoch.lib.4 præſum.54.nu. 6. Fachin. controuer.iuris cap 23.lib.10. Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib. 5. tit.7.nu.14.Giurb. dec. 11. ſub n.1. & 2.*

Ex qua pupillari in compendioſa contenta in teſtamento Bartholomæi diximus, quod ex pupillari ſuccedere debeant Catherina, & Donna Vincentia ſorores teſtatoris, & amitæ D.Ioannis pupilli vltimo loco defuncti, & ita illa verba (ſuccedant, qui de iure ſuccedere debẽt,) operantur, & non Dõna Heliſabetta auia materna D.Ioannis ex cauſa inteſtatæ ſucceſſionis. Nam in caſu quo eſt facta compendioſa ſubſtitutio, & inde euenit caſus pupillaris ſubſtitutionis ſi vocati ſũt hij, ad quos de iure pertinet, ſucceſſio, ad ſucceſſione pupilli morientis admittendi ſunt coniuncti teſtatori, & non pupillo cum in pupillari ſubſtitutione, etiam in compendioſa verbis communibus comprehenſa, & non per temporum denumerationem attẽdenda ſit affectio teſtatoris, & non pupilli cui facta eſt ſubſtitutio licet in propriè dicatur pupilli teſtamentum, cum quo ad vim, & ordinem ſuccedendi dicatur propriè teſtamentum patris, & ſequela teſtamenti paterni, & affectio teſtatoris inſpici debeat, ſecundum veriorem magis receptam, & melioribus rationibus fulcitam opinionem de qua ſupra *n.27.* re-
83 iectis alijs contrarium ſentientibus. Ita † in puncto *Rubeus Alexandrin. conſ. 126. per tot.* qui loquitur in pupillari, & in compendioſa verbis cõmunibus ſub qua pupillaris continetur, & hærede in pupillari ætate decedente, cui eſſent ſubſtituti illi, qui de iure ſuccedere debent, *Pariſ. conſ. 83.num.5.6.ad num. 11.libr.2.Paſcal. de viribus patr. poteſtat.par.1.cap.9.num.13. & 14.* qui ſequendo. *Rubeum dicto conſ.126.* dicit hanc eſſe veriorem.

Quam ſolidiſſima fundamenta *Rubei, & Pariſii* de iure ſint, euidentius demonſtratur, nam *Rubei* præcipitum eſt fundamentum quod in pupillari ſubſtitutione attendatur affectio, & proximitas teſtatoris, & non pupilli, ex iam firmatis ſupra *num.27.* & DD. ibi citati ſere omnes *Rubeũ* allegant, & ſequuntur ex ratione prædicta, vnde cannonizata tot Doctorum authoritatibus, & deciſſionibus *Rubei* ſententia detegitur.

Fundamentum *Pariſij dicto conſ.83.* loquentis cum verbis (qui de iure ſuccedere debent) eſt, quod quando verba teſtatoris talia ſunt, quę poſſent in dubio ad vtramque proximitatem, teſtatoris ſcilicet, & grauati referri, vt ſunt verba prędicta (qui de iure ſuccedere debent) omninò de proximioribus ipſius teſtatoris intelligũtur, quod abſque contradictione de iure procedit, ex dictis ſupra *num.61.*

84 Attendendam fortius diximus † teſtatoris proximitatem eiuſque affectionem, & nõ vltimi morientis grauati, cum quo quomodo conſtare poſſet de veriſimili, & coniecturata mente, & in-

Digitized by Google

tentione ipſius teſtatoris,& de eius præſumpta
affectione erga proprios actinentes,& proximio-
res *ex Soccin.conſ.247.n.12.13, lib. 2, Gabr. conſ.
107.n.8.l.1.Gargiare.patrocin.35,in principio* . Et
nè dum lenis dicto caſu concurrebat Bartholo-
męi teſtatoris propriæ affectionis coniectura er-
ga ſororesquinimo fortiſſima,& violenta ſatis ra-
tioni,& æquitati conſona,quæ eſt inuocando per
dicta verba(ſuccedant qui de iure ſuccedere de-
bent)potius eius ſorores vtrinque coniunctas ad
ſucceſſionem Don Ioannis pupilli eius filij maxi-
me quia de ingenti agebatur pupilli hæreditate ,
quam ſentiſſet vocaſſe Socrum Donnam Heliſa-
bettam ipſi teſtatori penitus extraneam quãuis
auiam proximiorẽ pupillo vltimo loco defuncto,
ad excluſionem ſororum vtrinque coniunctarũ ,
85 quas † veluti ſuas proximiores prædilexiſſe Bar-
tholomæum teſtatorem præſumendum eſt *Azc-
bed,conſ.37.nu.9.Canalc,dec.5.n.25.26.& dec.26.
n.31.& 32.lib. 3.Surd. conſ.120.n.27.Franc.dec.
24.n.8.Mcnoch.conſ. 1036.num.12.& conſ.1152.
n.29.41.& 42,Valebznol.conſ.23.n.73.*

Puto idem reſpondendum in vulgari , per quã
teſtatori ſucceditur,eiuſque attenditur proximi-
tas,ex dictis, *num.* 30. prout, & in pupillari fir-
matum eſſe conſtat quidquid ſentiam in fidei-
commiſſaria in qua grauati proximitatem inſpi-
ciendam eſſe dictum eſt.

86 Quibus ita conſtitutis † non obſtat *Peregr. de
fideicomiſſ.art.20. num.9.*Primo quia in iſta mate-
ria brócardica,& a Doctoribus valdè controuer-
ſa non ſunt attendendę generales authoritates ,
prout *Peregrinus* (qui de ſubſtitutione pupillari
non loquitur,ſed tantum de fideicommiſſaria , &
illam dicit differre a vulgari in terminis de qui-
bus loquitur , & nullatenus de pupillari agit)ſed
in indiuiduo de quo agitur.

87 Secundo quia† *Peregrinus* ipſe loquitur in the-
mate particulari,de quo diſceptatum fuit Paduæ
ex fideicommiſſo fiſici Don Ioannis ab Aquila ,
vt ipſe *n.9.*dixit,in quo agebatur quis ſucceſſurus
erat deficientibus filijs maſculis Bartholomęi fi-
lij Don Ioannis an Flaminius Butironus natus ex
filia Bartholomęi ab Aquila iunioris vltimo loco
defuncti tãquam proximior ipſi grauato,an Bot-
tonij nati ex Iulia ſorore ipſius Bartholomæi iu-
nioris grauati vltimi defuncti,qua in re poſt mul-
tas altercationes, licet dubia ſatis videretur quę-
ſtio pro proximiores grauato,& ſic filio filiæ de-
ciſũ cõcludit,non autẽ pro proximiore teſtatoris
filio ſororis vltimo loco defuncti,& ſic caſus eius
erat de cõtentione orta inter deſcendentes eiuſ-
dem teſtatoris , in qua procedit quæſtio , quod
grauati proximitas attendatur vt ſupra firmatũ
eſt *n.4* & in caſu de quo agebatur quæſtio erat
inter perſonas diuerſę parentelæ, ne dum diuerſę
88 lineæ;Mater † enim,& Auia materna ne dum nõ
dicitur de eadem agnatione filij , nec de eadem
parentela , ſeu conſanguinitate,imò vere nec eſt
propinqua, *ſecundum Ruſticum poſt alios in l. cum
89 auus lib.3.c.10.nu.82.C.de fideicommiſſ* Item † ad
ſucceſſionem Bartholomæi vltimi defuncti con-
currebant eiuſdem deſcendentes,nempè Butiro-
nus,ex filia cum traſuerſalibus eiuſdem , nempè
cum Bottonijs natis,ex Iulia ſorore dicti Bartho-
lomęi,quo caſu proximitas grauati attendenda
eſt, *vt ſupra n.2.* firmauimus ſecundum receptio-
90 rem concordiam eſt dubium,† quod vna ſemel ,
quod portio bonorum intrauit vnam lineam,non
debet ab illa linea auferri,donec ſupereſt aliquis
de linea illa,quia teſtator cenſetur prædilexiſſe ,
magis remotiorẽ quemlibet in infinitum , dum-
modo ſit de linea , & deſcendentia illius primi
inſtituti quo ad portionem ipſi primo inſtituto
obuentam, quàm quemlibet ſibi propinquiſſimũ
etiam filium primi gradus,prout idem *Peregr.n.6.
& 7,* ante firmauerat , quod etiam diſtinguendo
tradiderunt citati *per Decian. conſ.21.n.6.7.& 8.
lib. 3. Rota Romana deciſ.627.num.* 5. vbi pluries
deciſum in eadem Rota recenſet *par.2.tom. 4. in
recollectis per Farinac.cum alijs adductis ſupra n.3.*

91 Tertio † *Peregrin,*dicto loco *n* 9.licet exempli-
ficauerit primũ caſum,cũ ex diſpoſitis poſſit vi-
deri quo ad perſonas ſubſtitutas teſtatorem con-
templaſſe deſcendentiam , & coniunctionem re-
ſpectu grauati,quo caſu proximitatem grauati
attendi voluit,& exemplificauerit , quando vo-
luit ſucceſſionem deferri iuxta ordinem inteſtatę
ſucceſſionis hoc nullo modo nocere poteſt in ter-
minis,de quibus agimus,quia licet in caſu noſtro
qui de iure ſuccedere debent iuxta formam iuris
ſubſtituti fuerint,hoc non haber ſenſum eundem,
ac ſi dictum fuiſſet,iuxta formam inteſtatæ ſuc-
ceſſionis cum in caſu noſtro illud(iuxta formam
iuris)interpretari debeat, ſcilicet prout ius man-
dat , quod ſuccedere debeant in fideicommiſſo
proximiores grauantis,vel grauati , & ſic cum
per pupillare ſucceſſio in caſu propoſito per nos
contingerit,grauãtis, & teſtatoris proximitas at-
tendẽda eſt,vt ſæpius ſupra repetitũ fuit,ſic etiã,
quia eueniebat caſus,quod eſſent aliqui eiuſdem
parentelæ , & alij ex diuerſa ſuccedere volentes ,
vt intelligatur , qui ſuccedere debeant, iuxta for-
mam iuris,hoc eſt eiuſdem parentelæ. Nam licet
92 † teſtator contemplando deſcendentes , vel atti-
nentes ſuos de iure præſumatur dilexiſſe eos de
gradu in gradum, ſecundum ordinem ſucceſſio-
nis ab inteſtato tamẽ deficientibus illis omnibus
quos primo dilexit,& eorũ lineis,ſi debet fieri trã-
ſitus ad alias lineas, & ad alium ſtatum perſona-
tum,tunc non poteſt conſiderari proximitas illa-
rum perſonarum grauatarum prædilectarum,ſed
potius proximitas reſpectu perſonæ teſtatoris,&
quod prędilexerit eos quos in ſubſtitutione voca-
uit, vel magis ſibi propinquos non autem quos
præſumeretur prædilexiſſe vltimum defunctũ il-
lius ſtatus perſonarũ , ſiue lineę, quæ prorſus ex-
tincta fuit, *argum .c.1.de natur. ſucceſſ. feud. Rota
Rom.& alij ſupra num.3.*

93 Vlterius † *Pereg.dicto loco* loquitur,quando te-
ſtator contemplauit coniũctionem reſpectu gra-
uatorum,& dum dixit pro exemplo, quando vo-
luit ſucceſſionem deferri iuxta ordinem inteſta-
te ſucceſſionis, vt ſe declararet,allegauit *Maria-
num Soccinum conſ.49.col.1.lib.1.*qui *verſ. nec vi-
detur obſtare,*loquitur quãdo teſtator voluit,quod
obſeruaretur ordo ſucceſſionis ab inteſtato inter
aliquos,quos inſtituit,& dicit quod durãtibus il-
lis,

Digitized by Google

lis, quos vocauit, talis ordo ſucceſſionis ſeruari debeat, quaſi ille ordo ſucceſſionis inteſtatę deberet ſeruari inter illos prędilectos teſtatori expreſſos, prout in caſu *Soc.* erãt filij maſculi; ſubdẽs, deficiẽtibus autẽ maſculis vocauit fęminas, nec aliquid diſpoſuit de tali ordine in ſubſtitutione, igitur in diſpoſitione iuris cõmunis, de qua ſupra remanemus, ſupra autẽ dixerat, quod quando plures perſonę inuitãtur, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis teſtatoris, vidẽtur inuitati ordine ſucceſſiuo ſecundum ordinatã affectionem, & ſic *Soc. ipſe* facit differentiam, vt etiam ſi fuerit dictum, iuxta formam inteſtatæ ſucceſſionis, hoc nõ intelligatur in omnibus iuxta formã iuris, quia deficiente ſtatu perſonarum, quas voluit inter ſe ſuccedere, prout ab inteſtato ſucceditur, dicit, remanere nos in diſpoſitione iuris cõmunis, & attendi affectionem teſtatoris, & ceſſare ſucceſſionem ab inteſtato, quam ibi teſtator inter maſculos, ſeruari expreſſerat, & non inter alios; Et licet *idẽ Soc.* in ſuo caſu determinauerit; filiam grauati vltimo loco defuncti vti proximiorem grauato præferri debuiſſe Baptiſtæ propinquiori teſtatoris, ſed remotiori reſpectu grauati, vt hoc totis viribus probaret conatur demõſtrare eamdẽ clauſulam ſeruato ordine ſucceſſionis inteſtate appoſitam inter maſculos, inter fœminas quoque cenſeri repetitam ex idemptitate rationis, & alijs pluribus, cum eſſent omnes eiuſdem deſcendentię, & parentelę ſentiens clarè cõtrarium in caſu, quo clauſula prædicta repetita nõ cenſeretur, ſed ſucceſſio fieret iuxta formam iuris, *vt patet in 2. colum. verſ. pro cuius concluſionis demonſtratione pręmitto, quod quaſi tota difficultas huius exitationis in eo conſiſtere videtur, &c.* Sic etiam procedunt dicta *per Men. conſ. 124. n. 50.* qui relatiue *ad Soc. d. conſ. 49.* aduertendũ dicit pręſuppoſita clauſula quod ſeruetur ordo ſucceſſionis inteſtatæ inter ſubſtitutos, qui dicit, caſu prædicto etiam ipſum, ſi de caſu *Soccin.* interrogatum, cum eo reſpondiſſe, & ſic etiam intelligas *Soccin. Iun. conſ. 126. n. 29. & 30. lib. 1.* qui in totum ſe refert ad dictũ conſilium *Soccini 49.*

94 Fortius † quod ex præmiſſis verbis ipſiuſmet teſtatoris Bartholomæi in caſu noſtro clariſſimè compertum eſt ipſius mentem, & intentionem fuiſſe penitus excludere ſucceſſores ab inteſtato ipſius Don Ioannis vltimi defuncti; Nam cum in defectu omnium vltimo defuncto vocauerit eos, qui de iure ſuccedere debẽt inde ſubdit, quos omnes ſubſtituit omni meliori modo iuxta formam iuris, ex quibus verbis conſtat quod in omnem euentum voluerit Bartholomęus teſtator ſucceſſionem bonorum Don Ioannis pupilli vltimo loco defuncti ſpectare debere ſubſtitutis, & vocatis per dictum Bartholomæum teſtatorem, eius proximitate, & affectione, inſpecta penitus excluſis ſucceſſoribus ab inteſtato Don Ioannis pupilli, cum ſubſtituerit illos, qui de iure ſuccedere debent, & ſic non abſolutè reliquerit teſtator ſucceſſionem Don Ioannis in mera, & libera iuris diſpoſitione, & inteſtata ſucceſſione.

95 Et † licet *idem Peregrin. dicto art. 20. nu. 9. verſ. tertio caſus* dicat, quod quando verba teſtatoris non oſtendunt, an intellexerit quod ſuccederent proximiores grauati, vel proximiores teſtatoris, verius eſſe quod inſpiciatur proximitas grauati per ea, quæ ſupradixerat *n. 6. & 7.* vbi firmauit regulariter attendi proximitatem grauati niſi defecta eſſet deſcendentia illius, quo caſu non vocaretur proximior grauato, ſed proximior ipſi teſtatori. Quatenus autem ſubdit dando exemplũ, vt puta ſi dixiſſet vadant bona ad eos, quibus de iure ſpectant, & dicit tunc attendi proximitatem grauati, hoc firmat, ex duobus ſcilicet *ex Ruino conſ. 90. lib. 2. & ex Portio Imolenſ. conſ. 121. col. 1.* quos tamen infra mox ſubmouebimus, quibus ſublatis ſatis etiam *Peregrino* in eis fundante reſponſum extiterit.

96 Non obſtat † *Ruin. dicto conſ. 90. lib. 2.* quem etiam refert & ſequitur *Marta de ſucceſſion. legal. p. 2. q. 3. art. 6. nu. 8. 9.* loquitur enim in caſu, quod Ioannes Baptiſta inſtituerat Frãciſcum filium, & eo decedente in pupillari, vel poſtea ſine filijs reliquit ſororibus ſuis vterinis certam quantitatẽ, cum prohibitione, nè plus petere poſſent ſub pena caducitatis in certis autem bonis ſuis caſu prædicto eueniente mortuis filijs, ſine filijs ſubſtituit illos cui de iure bona deuenerint, detractis prius legatis, & licet clarè loquutus fuerit teſtator, vt moriente filio in pupillari, ſorores vterinæ teſtatoris nõ haberent vltra ſummã legatã, & in cęteris bonis detractis dictis legatis ſubſtituerit illos, quibus de iure bona deuenerint, diſtinctè aperiẽdo in quibus debeãt ſuccedere ſorores, & in quibus alij nihilominus *Ruin. ante n. 6.* dixit caſũ eſſe ſatis dubiũ, & pro ſororibus plura poſſe allegari, quæ ob mutebat, & voluit quod ſucceſſiſſent illi, qui debebant ſuccedere ab inteſtato pupillo ſcilicet proximiores ipſius pupilli cum ex aliquibus friuolis primo conatus fuiſſet hoc defendere, quod admicti debebãt proximiores grauati, quia in caſu mortis pupilli diſtinctè, & expreſſe teſtator relinquit aliqua bona ſororibus cũ prohibitione ne plus petere poſſent, quæ prohibitio comprehendebat, vt etiam prohibitum eſſet ius accreſcẽdi, quod poterat prohiberi aliud dicturus, ſi ſororibus nihil relictum fuiſſet cum dicta prohibitione plus non petendi, & ita in calce, conſilij concludit,

97 *Portius* † autem *Imolenſ. conſ. 121. col. 1.* per *Peregrinum* allegatus, & ſequutus *per Petram de fideic. q. 11. n. 27. & 135. & Fuſar. de fideic. q. 484. n. 48.* nihil reſiſtit, quia ſe ipſum declarat *conſ. ſeq. 122. n. 12. verſ. neque etiam obſtat.* vt tunc veniant in ſucceſſione fideicõmiſſi per clauſulam, qui de iure ſuccedere debent proximiores grauato, quãdo illi ſunt de eadem parentęla teſtatoris vinculantis, & nõ aliter quod ceſſat in caſu de quò agimus, cum Donna Heliſabetra auia materna non ſit de parentela Bartholomęi vinculantis, cũ nec mater ipſa dicatur proxima, nec conſanguinea non modo Socrus vt ſupra diximus *ex Ruſtico, & Peregrinus* intelligi debet ſecundum *Portium*, quem allegat vt attendatur proximitas grauari, quando ſunt de eadem parentela, & non aliter.

Digitized by Google

Nec placuit dominis admittere diſtinctionem *Portij dicto conſ.* 121. qui facit differentiam inter vocationem eorum qui de iure ſuccedere debēt, & vocationem qui de iure ſuccedere deberent ſequutam *per Petram de fideicommiſſ. q. 11. num. 153. Marta de ſucceſſion. legal. p. 2. q. 3. art. 6. num. 6,* Nam eam tanquam verbalem potius quam de iure ſuſtentabilem refutarunt.

98 Quibus terminis retentis † licet ſubdat *Peregrin. dicto art. 20. n. 9 in fine* in hac concluſione contrarium determinaſſe *Pariſiũ conſ. 83. & Rubeum Alexandriu. conſ.* 126. de quibus ſupra latius, & ex eius opinione dicat *Pariſium, & Rubeum* poſſe accipi in vulgari, ſed in fideicommiſſaria veriorem eſſe opinione *Ruini, & Portij* id tamen, nihil in contrarium reſiſti ſuperius firmatis, tum quia intelligitur in terminis in quibus *Ruinus, & Portius* loquũtur, ſcilicet quando proximioribus teſtatoris fuit factum particulare legatum cum prohibitione nihil aliud petendi, & cætera, & bona relicta fuerint quibus de iure obuenire debebant, quo caſu prohibito iure accreſcẽdi ex dicta clauſula nõ poterãt bona peruenire ad proximiores teſtatoris, ſed grauati, vt in caſu *Ruini*, vel quãdo proximiores grauati eſſent de eadem parentela teſtatoris vinculantis, vt in caſu *Portij*. Attamẽ etiam ipſe *Peregrinus* nõ loquitur in pupillari, ſed tãtum in fideicommiſſaria, & quidquid ſit dicit in fideicommiſſaria veriorem eſſe opinionem quòd ſuccedat proximior grauato mouetur *ex Meno. conſ. 106. num. 219. & 220. & Alciat. conſ. 202. lib. 9. Menochius* autem dicto loco non loquitur de pupillari, & hoc ſufficit. Et quatenus loquitur de fideicommiſſaria de qua nos non diſceptamus ibi loquitur, quando proximior vocatur agnatus nos autem non habemus vocationem proximioris ſed eius, qui de iure ſuccedere debet, & dat, quod haberemus talem vocationem proximioris *Menochius* nõ aperit an loquatur in his, qui ſunt de eadem parentela teſtatoris, vel de extraneis, vnde debet intelligi ſecundum regulas generales de quibus ſupra, & infra.

Alciatus autem *dicto conſ. 202. lib. 9.* ſeu ſecundum antiquam impreſſionem *conſ. 480 n. 12.* idẽ dicit ſed clarius quærẽdo, enim ipſe an proximiores grauati ſint vocati dicit attendi in fideicommiſſaria proximitatem grauati, & nè poſſet intelligi eum forte loquutum fuiſſe de pupillari, proteſtatur dicens proximiorem grauati præferendum eſſe quidquid enim ſit in alij ſubſtitutionibus in hac fideicommiſſaria dicit Doctores tenere, quod attendatur proximitas grauati, & vltra quod ex themate loquitur in his, qui ſunt de eius parentela ſubdit rationes, quæ non conueniunt ad caſum noſtrum, quia reſtitutio facienda eſt a grauato in fideicommiſſaria, & quia fideicommiſſum ab eius manu eſt accipiendum, & quia interpretatio fieri debet, vt minus cenſeatur grauatus hæres. Minus autẽ grauatus eſt reſtituere ſuis proximioribus quam remotioribus licet ſint proximiores teſtatoris vlterius, nec iſtæ rationes videbãtur ei ſufficientes, guſtauit enim contraditiones Doctorum ſuper hoc puncto, & ideo *nu.* 14. dicit nullam pati difficultatem in caſu ſuo, quidquid ſit in alijs caſibus propter mentem teſtatoris.

99 Demum nec obſtat † *Ceſal, conſ.* 416. qui in proprijs terminis quando per teſtatorẽ vocantur (illi qui de iure ſuccedere debent) mortuo grauato in pupillari pro proximiore pupilli grauati vltimo loco defuncti eiuſdemque matre contra ſorores teſtatoris eiſdẽ proximiores cõſuluit, quẽ refert, & ſequitur nouiſſime *Marta de ſucceſſ. leg. p. 2. q. 3. art. 6, num. 6. 7, 8. Ceſalus* enim quamuis multa ex viribus pro proximiore pupilli, & matre dicto caſu ponderauerit, Tamen eis non obſtantibus in primo iudicio ſuccubuit vt conſtat ex eodem *Ceſalo n. 68, in fine* & ſententiam in cõtrarium reportauit, conſulendo in ſecundo iudicio appellationis pro matre pupilli proximiore, & tamen in Caſu conſultationis Ceſali mater pro qua conſulebat erat pupillo proximior, quam eſt auia, & ſocrus teſtatoris in caſu de quo agimus, & nihilominus ſorores teſtatoris obtinuerunt contra matrem.

Magis circumſcriptis ſupra firmatis, diximus quod, & ſi velimus inhęrere generali regulæ indiſtinctè etiã loquẽdo, videlicet an proximitas grauati, vel teſtatoris attendenda ſit etiam ſecundũ generalem regulam, & indiſtinctam, tutiſſimum eſt noſtrum aſſumptum, tùm ex præſumpta teſtatoris affectione, & prædilectione magis erga proprias ſorores, quam ſocrum, quę facit præſumere proprios attinentes ad pupilli ſucceſſionem, potius inuitaſſe, vt dictum eſt, quod non minus na-
100 turali ratione fulcitur. Et † quęrere authoritatẽ vbi naturalis viget ratio intellectus imbecillitati a ſcribẽdum eſſe *ex Ariſtotilis authoritate dixit Soccin. conſ. 61. nu. 44. lib. 2.* Tum quia eos qui de iure ſuccedere debẽt teſtator ſubſtituit omni meliori modo, & ſic per propriam prouiſionẽ inteſtatam pupilli ſucceſſionem excludendo. Tùm etiam quia Donna Heliſabetta auia materna D. Ioannis concurrens cum Catherina, & Vincentia ſorores Bartholomæi Teſtatoris, non eſt eiuſdem parentelæ teſtatoris, proinde ſemper attendenda eſt proximitas, & affectio teſtatoris in caſu prædicto, vt firmatum eſt ſupra *num. 4. 87. & 97.*

Et pro vt clariſſimum eſſe ſupra demonſtrauimus exioma prędictum, dato quod eſſet in aliquo
101 controuerſum, ſuccederet regula † quòd vbi cauſa teſtati, & cauſa inteſtati ad inuicem in dubium redetentur eam partem accipimus, quę fouet cauſam teſtati in qua magis reputatur adeſſe pupilli fauorem, & commodum, vt habeat hęredem, & ſine teſtamento nõ decedat *Soc. Iun. conſ. 90. ante n. 28. l. 1. Sim. de Prætis de interpret. vltim. volunt. libr. 3. interpret, 2, dub. 1, ſolution, 6. n. 12. & 54.* pro cauſa teſtati pronuntiandum aſſenerat etiam ſi vnius tantum Doctoris authoritas pro ea vigeret, & communis eſſet in cõtrarium.

Magna Regia Curia in caſu de quo agebatur ſecundum prædicta pronuntiauit altero ex Dominis reluctante xiiij. Februarij 1622. pro Catherina de Maio, & Blaſio, & Donna Vincentia de Maio, & Monteleone proximioribus teſtato-

ris

ris contra Donna Heliſabettam de Maio, & Gambacurta auiam maternam pupillo proximiorem.

SVMMARIVM.

1 *Creditores in pignoris diſtractione citati infra præfixum terminum non comparentes excluduntur a ſuo iure ſuper pignore.*

2 *Creditor cui primum decretum notificatum eſt infra quindenam in eadem tela ius ſuum deducere debet, & ſe opponere aduerſus pignoris diſtractionem ſicut debitor principalis.*

3 *Ius offerendi nõ competit creditori citato in pignoris diſtractione, qui nihil oppoſuit.*

4 *Creditor etiam anterior cenſetur excluſus ſi a poſteriore creditore eo citato debitoris pignus fuerit diſtractum.*

5 *Incertæ perſonę per proclama citari poſſunt, niſi de facili poſſint certificari.*

6 *Citatio per proclama an Clericum afficiat.*

7 *Creditor citatus in primo decreto ſeu miſſione, & non in pignoris diſtractione ſuo iure non cenſetur excluſus ſuper pignore, & num. ſequent.*

8 *Citatio vnica non ſufficit in terminis l. ſi eo tempore C. de remiſſion. pignor.*

9 *Tertius in vnoquoque actu, quò læditur citandus eſt ad hoc, vt ei indicium cum principale obſtet.*

12 *Reſtitutio in integrum, non tantum principaliter, ſed etiam incidenter, excipiendo, & replicando cõpetit dummodo infra quadriennium proponatur.*

Reſtitutio in integrum competit etiam poſt quadriẽnium, ſtante enormiſſima leſione ſub nu. 12.

13 *Vidua tanquam miſerabilis in integrum reſtituitur, & num. 14.*

14 *Vidua dicitur miſerabilis etiam Regina.*

15 *Vidua etiam Diues vtitur priuilegio leg. vnice C. quando Imperator inter pupillum, et viduam.*

16 *Creditor ad tempus ſub conditione, vel annuæ penſionis ſubſtitutus ſub conditione, vel non natus tẽpore proclamatis, an cenſeantur excluſi remedio l. ſi eo tempore C. de remiſſion. pignor.*

17 *Principis prouiſione ſtatuto, vel conſuetudine publico proclamate excluduntur, quandoque creditores ad petitionem emptoris alicuius rei debitoris remedio l. ſi eo tempore C. de remiſſion. pign. ſi infra certum tempus ius ſuum ſuper re vendita non proponant.*

ARGVMENTVM.

Creditor non citatus tempore quo aduerſus debitorem, ab alio creditore pignus diſtrahi petitum eſt, à iure ſuo ſuper diſtracto pignore, non excluditur eſto quòd antea in primo decreto citatione fuiſſet admonitus.

RESOLVTIO, XI.

ILlud in adiudicationibus bonorũ debitoris in Regno per diſtrahentes creditores
1 plerique ſeruatum eſt nempè † vt ne dùm
principalis ipſe debitor contra quem iuditium
ipſum exequutiuum fundatum eſt citetur, ſed
etiam tertij creditores quatenus eorum putauerint intereſſe, citatione ad pignoris diſtractionem admoneantur, idque ad effectum eos excludendi à iuribus, vel hypothecis, quæ fortè in bonis adiudicandis, & diſtrahendis haberent, ſi ius ſuũ ſuper pignore proſequuti non ſint, cum tunc videantur obligationem pignoris amiſiſſe, & creditor diſtrahens tutus reditur a futura moleſtatione talium creditorum ſuper diſtracto pignore. *ad text. in l. ſi eo tempore. C. de remiſſion. pignor. vbi Faber. Bald. & Angel. Intrigliol. de cenſibus q. 51. n. 6. motus regula l. de vnoquoque ff. de re indicata Caualc. deciſ. 17. num. 36. & ſequen. part. 1. Muta deciſ. 26. numer. 1. Crauet. conſ. 216. numer. 21. Marant. de ordin. Iudicior. part. 6. membr. 1. de citatione num. 89. Milanenſ. deciſ. 1. num. 174. & 179. lib. 2. Roderiq. de annui redit. lib. 2. q. 17. ſub num. 19. Peregrin. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 199. Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 15. defin. 2. Aſin. de exequutio §. 6. cap. 51. Seraphin. deciſ. 994. nu. 2. & ſequ.* qui ex *Butrigar. Odofred. Azon. Salicet. & Ang.* Textum *in dicta leg. ſi eo tempore* interpretatur, vt procedat vbi præfixus eſt terminus ad agendũ,
2 quod iam † ex citatione in primo decretur cenſetur tali creditori citato præfixus terminis eiuſdem quindenę, ſicut, & principali debitori, ac ideo aſtringitur infra quindenam, & in eadem tela, exequutiua ius ſuum deducere, & opponere, *Anton. de Ballis lib. 5. ad Pragmatic. de cenſibus q. 2. num. 1. Mutarim 110. nu. 29. in fine.* Quod tum, vt litium finis aliquis ſit, tum etiam, nè dominia rerum in incerto ſemper permaneãt introductum fuiſſe videtur, prout etiam eiſdem rationibus in ſimili potiſſimum iuris conſulti moti ſunt, *in leg. 1. ff. de vſus capion. & in l. fin. ff. pro ſocio. & Impe-*
3 *rator Inſtitut. de vſucapion. in princip.* Adeoquè † Creditores huiuſmodi citati omnimodam obligationem pignoris amiſiſſe dicuntur, vt etiam à iure offerendi (quod regulariter eſt effectum hypothecę) excludantur *Fachin. controuerſ. iur. lib. 11. cap. 9. ſub verſ. poſterioris Sententiæ fundamen-*
4 *tum*, & etiam † creditor, anterior cenſetur hypothecam ſuam anteriorem renũtiaſſe ſi monitus a poſteriore Creditore, & diſtrahente, non agit etenim diſpoſitio *dict. l. ſi eo tempore* aduerſus creditores anteriores monitos etiã procedit vt ibidem probat *Gloſa in verbo diſtrahebantur Angel. in princ. & vide Bald. ibidem licet corrupte.* Et quo
5 ad incertas † perſonas niſi de facili certificari poſſent etiã programmate, ſeu per proclama eas admonitas fuiſſe ſufficit, *ad text. in dicta leg. ſi eo tempore vbi Gloſ. & communiter DD. Marant. dict. p. 6. membr. 1. de citation. n. 89. Surd. conſ. 181. n. 22. Milaneſ. deciſ. 1. n. 179. lib. 2. Beeci. conſ. 12. Muta deciſ. 26. ſub nu. 1.* à quò programmate cum excepti intelligantur impediti, vel iuſtam cauſam abſentiæ habentes ideo abiiſſe in deſſuetudinem, & id hodie non ſeruari *dixit Gregor. Lopes leg. 42. tit. 13. p. 5. Gloſ. o treynta Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. c. fin. 5. part. §. 16. per Rodoriq. de ann. redit.*
6 *lib. 2. q. 17. ſub n. 19.* Quæ citatio † per edictum, an Clericum afficiat *ponit Surd. deciſ. 26.*
7 Euenit multoties † ad inſtantiam diſtrahentis

creditoris iſtis tertijs, idemque creditoribus tantum notificari primum decretum, ſiue miſſionẽ, in qua terminus quindenæ continetur in quo de eorum iuribus diſcuti poteſt eis opponentibus, quo elapſo, vel tertij huiuſmodi oppoſitionibus per iudicem reiectis vlterius ad creditoris inſtantiam ad interpoſitionem ſecundi decreti, & pignoris diſtractionem proceſſum eſt tantum debitore ipſo citato ad diſtractionem, & ſecundum decretum aduerſus quem exequutio proceſſerat, Proinde habui de facto partes illius tertij creditoris tueri tantum in primo decreto, ſeu miſſione citati, cum lapſu quindenæ, vt non ideo ex hac ſola citatione excluſus cenſeatur a ſuo iure ſuper pignore idque ex pluribus deduxi diſtinguendo prius terminos *dicta l. ſi eo tempore C. de rem. ſſion. pignor. a text. in l. ſepè ff. de re iudicat.* & dicebam ceſſare *textum in dicta l. ſi eo tempore* ex duobus precipuè, primo quia textus ille ſupponit admonitos fuiſſe creditores tempore diſtractionis, & ſic tempore ſecundi decreti, quo pignus verè diſtrahitur non autem tempore primi in quo effectiua diſtractio non fit probatur, hoc ex verbis *ritus* 112. dum elapſa quindena ad diſtractionẽ
8 procedendum dicit ſecundo melius † comprobatur in terminis *l. ſi eo tempore* vnicam citationem, vel admonitionem non ſufficere ſed ſaltem duplicem admonitionem citationem ſiue terminum requiri *notat Contard. in leg. diffamari nu.* 30. *& 45. in limitat. fol.* 54. *C. de ingen. & manumiſ. poſt Ripam in leg. rem quæ nobis. n.* 42. *ff. de acquirend. poſſeſſ. idem Contard. in l. diffamari in gloſ. num.* 19. *&* 38.
9 Nec minus prodeſſe poterat † *Textus in leg. ſepè ff. de re iudicata* ſi quidẽ vt iudicium cum vno factum alteri noceat neceſſe eſt, quod tertius ille in quocumque actu quo læditur citatus ſit, ſicque in ſecundo decreto debet creditor citari in quo verè læditur, quod ex regula *leg. de vnoquoque ff. de re iudicata* probatur, vbi quamuis reſpectu validitatis actorum principalem, cum quo iuditium agitur in vnoquoque actu ſufficiat citare reſpectu tamen nocumenti & preiuditij, quod aduerſus tertium prætenditur, ſeu vt iuditium tertio noceat debeat etiã tertius in vnoquoque actu citari *Gabr. concl. 1, de citation. num.* 330. *& ſequent. Tiraq. in tractat. res inter alios acta n.* 5. *Surd. deciſ.* 256. *idque ſentire videtur Milan. deciſ.* 1. *num.* 174. *lib.* 2. *& magis expreſſe Intrigliol. de cenſibus q.* 51. *nu.* 6 Et iſte citandi modus non videtur iuxta diſpoſitionem *text. d. leg. ſi eo tempore* nam ibi per proclama proceditur, & vti modũ diuerſum excludendi creditorem *notat Milanenſ. deciſ.* 1. *num.* 179. *a num.* 174. 175. *lib.* 2. & vti diuerſum tractat *Intrigliol. de cenſibus q.* 47. *Anton. Faber. in C. lib.* 8. *t.* 15. *defin.* 2. Dùm ergo non ſeruantur monitiones *leg. ſi eo tempore* nec minus in vnoquoque actu fuerit tertius citatus *iuxt. text. in d. l. de vno quoque* dicebã tertium creditorem in diſtractione, & ſecundo decreto non citatam non eſſe excluſum a ſuo iure, & hypotheca ſuper pignore ab alio creditore diſtracto,
10 Quibus nec obſtant † *Cephal. conſ.* 550. *nu.* 4. *& Ballus lib.* 5. *in pragmatica Regis Alfonſi q.* 2. *nu.* 1. Nam *Cephalum* contra expreſſam diſpoſitionem *dicta l. ſi eo tempore* loquutum fuiſſe conſtat ſed eum ſaluando dici poteſt ſenſiſſe de immiſſione iuxta terminos iuris communis, quæ eſt realis, immiſſo, & diſtratio, ſecus in terminis noſtri ritus cuius diſpoſitione, non per nudam miſſionem diſtrahitur pignus, ſed per ſecundum decretum, vt iam in ſuperioribus, dictum eſt, Nec *Ballus* dicit, quòd ſufficiat creditorem in primo decreto, & miſſione admonere, ſed tantummodo ponit caſum, quando forte creditor citaretur in miſſione, quòd debeat venire ad impugnandum in eadem tela,
11 Ex quibus † ita cenſuit Curia Pretoriana cauſa ibidem introducta ob receſſum Magnæ Regiæ Curiæ ab Vrbe die 7. Octobris 1614 Pro Vincẽtio de Homodeis contra Ioannem, & Iuliam Mianiſi, & Saluatorem Franzone, & iterum fuit reſolutum pro Clara Sinatra vidua contra Archangelum de Leonti, & Ioſeph Scribani; Qua in cauſa dicebatur etiam in facto iuſtitiã dictæ Claræ circumſcripta excluſione fuiſſe euidentem, erat etenim creditrix ex contractu ſubiugatorio, cuius capitale erat conuerſum in conſtructionem domus per conuentum poſſeſſę *iuxta text. in l. licet C. qui potior. in pignor. habe int.* Et ſaltem vti viduam ſubueniendam eſſe via reſtitutionis in integrum aduerſus negligentiam in non opponendo infra
12 quindenam iura ſua † quod remedium reſtitutionis in integrum non tantum principaliter, ſed etiam incidenter excipiendo, & replicando competit dummodò infra quadriẽnium proponatur. *Sforz. Odd. de reſtitution. in integrum q.* 34. *art.* 4 *per tot. a num.* 16. *ad num.* 29. *& prius quæſt.* 15. *nu.* 36. *q.* 19. *num.* 49. *q* 33. *num.* 22. 23. *q.* 35. *art.* 7. *nu.* 41. *Simon de Prætis conſ.* 168. *ad fin. verſ. quæ reſtitutio Gargiare. patrocin.* 63. *n.* 1 *Petr. Anton. Anguſciol. conſ.* 48. *num.* 1. *lib.* 3. *& conſ.* 3. *nu.* 20 *lib.* 4 *Caſtill. deciſ.* 11 *n.* 33. *& deciſ.* 31. *n.* 5. *Alexand conſ.* 89. *n.* 9. *lib.* 2. *Giurb. deciſ.* 106. *num.* 2. *& num.* 12. (vbi limitat niſi auxilium prædictum petens ſe enormiſſime fuiſſe læſum demõſtret qua tũc etiam poſt quadriennium competit, *Rodoan. de reb. Eccleſ. non alienand. tit. de reſtitut. in integrum. §. Primo q.* 26. *n.* 14. *Maſtril. deciſ.* 102. *num.* 4. *Cardin.* 7 *uſ cb. concl.* 298. *num.* 88. *littera. R. Anton. Faber. in C. lib.* 2. *tit.* 31. *vbi, & apud quem defin.* 3. *num.* 2. *in allegatis*, & ſi diuerſe ſenſerint *Burſ conſ.* 61. *n.* 2. *& Molfeſ. conſ.* 4. *num.* 18. *impreſſ. poſt Commentar. ad conſuetud. Neapol. vol.* 1.
Quod reſtitutionis remedium incidenter per
13 dictam Claram petitum fuit quia vt dictum eſt † erat mulier vidua, cui tamquam miſerabili competit in integrum reſtitutio *Rebuff. ſuper conſtitut. Galliæ tit. de ſentent. art.* 3. *gloſ ſi. nun er.* 29. *Maurit. de in integrum reſtitut. cap.* 375, *Sforz. Odd. quæſt.* 10. *num.* 34. *deciſ.* 73. *num.* 54. *& ſequent.*
14 quamuis † non actu ſed tantum habitu miſerabilis ſit, quia vidua eo ipſo, quod vidua eſt etiam diues miſerabilis reputatur ſecundum veriorẽ (quãuis alij ſenſerint viduam debere eſſe actu egenã quos refert *Barzi dicta dec.* 73. *num.* 55. *Rolan. conſ.* 20. *vol.* 2. *Iacob. Gall. conſ.* 35. *in fin. Maurit. de reſt. in integrum. c.* 375 *n.* 5. *Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo*

Digitized by Google

*bo facultatum.col.2.in princip.C.de reuocand.donat. Bero.conſ.64.num.20.vol.3.Purpur.conſ.18.vol.1. A.llict.in conſtitut.lege præſenti n.4.quam dicit veriorem Caball. Milleloquio 697.Hippol. Rimin.conſ. 593.num.65.lib.5.)*ita *Gul.lib.1.obſeru.1.num.40.* & etiã quod ſit Regina vidua miſerabilis dicitur. *Carroc.de loc.p.1.tit.de ſportulis iudicum q.7.n.62. 63.65.fol.21.22.ex Tiraquel.in l.ſi vnquam verbo facultatem.C.de renocand.donat. Menoch. de arbitr. caſu 66.nu.3.11.& in addition.a nu.17.ad num.19.* vbi ex multis comprobat *Caballin.milleloq.676.p.2. verſ 4.Gratian.diſcept. 182. num.3.*quam dicit veriorem plenè *Barzi dec.73.n.58.& ſeq.Rol.conſ. 76.n 44.& ſeq.'vol. 1.Gugliel.de Benedict. in cap. Raynutius in verbo quod cum alia mater.&c.n.128.* plenè *Natta conſ.590.*vbi fundamentis, & auctoritatibus,aduerſæ patris reſpondet. *Cumia Ritu 82.nu.11.12.Franch.dec.100.num.19. Conar.practicar.quæſt.cap.6.7.Theſaur.dec. 177.n. 3. Muta in conſuetud. Panor.cap.3.n.41.Milan.dec. 5. n. 2. lib.2.Maria de iuriſd.p.2.c.21.n.6.Viu.deciſ. 521. ſub n.8. Nonar. de elect. & variation. fort. ſection. 1.q.7.n.2. Foutanel.de pactis dotal.clauſul. 4. gl.11.*
15 *num.84.vol.1.*Ideoque ex rationis identitate† omnes præcitati firmant viduam diuitem priuilegio *l.vnic.C.quando Imperator inter Pupillum,& viduam* potiri.

16 Cæterum,an procedat † diſpoſitio textus prędicti *l.ſi eo tempore* in creditore ad tempus cõditionale, vel annuo pro cenſibus maturandis, vel ſorte,& in fideicommiſſario,vel ſubſtituto in diẽ, vel ſub conditione,& quid de non nato tempore proclamatis. *Faber.in dicta l.ſi eo tempore Ioann. de Prato veteri in l.1.n.8.ff.ſi cert.pet.Socc.in l.ſi in diem n.77.ff.de cond.& demonſtr.Curt. Iun.in d.l. 1.n.76.77.78.ff.ſi cer.pet.Cumanus in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur ff.de verb. oblig. quem ibi ſequitur Iaſ.col.2.Intrigliol. de cenſibus.q.47.ſub.n. 4.& 5.& q.5.n.6.Cephal.conſ.228.n.27.38.39.Caualc.dec.17.n.43.lib.1. plene Aſin. de exequut.§.6. cap. 59.à n.2.& ſeq.& n.15.ad finem Mandel.conſ. 105.n.1.conſ.585.n.36.Boſſi.in tit. de proclamate n. 11.Peregr.de iure fiſci lib.5.tit.1.nu.200. in fine & 201.202.203.204.205.Alcia. conſ.35.lib.2.conſ. 138.n.19.lib.5. Petra de fideicom.q.11, à nu.601, ad nu.624.*

plures refert de iure emphyt. qu. 27. ſub n.24. col.2.
verſ.& prima, & col.8. verſ.& hactenus.
18 Secunda quod † prudenti ius dicentis commit-
tatur arbitrio, quantum ex iactura damnum con-
ductoris menſurandum ſit, ad remiſſionem mer-
cedis conſequendam, Couar.practic.quæſt.cap.30.
Menoch.de arbitr.caſu 76.in fi. & caſu 80. Boſsi. de
remiſs.merced.n.12.Lancellot.Gallia cõſ.118.n.63.
19 Tertia quod † ſufficiat probare conductorem
ipſum non percepiſſe dimidium eius, quod erat
ſolitum percipi ex iuribus arrendatis ante caſuũ
ſiniſtrorum euentum, Pariſ.conſ.38.num.22.lib.1.
Gozadin.conſ.74.Gigas de penſion. dicẽs magis com-
munem quæſt.62.bene Paſſett.conſ.111.n.34.
20 Quarta † quod tot fructus conductor conſe-
quutus non ſit, qui ad perſoluendum dimidium
penſionis aſcendant, ex Couar. practic.quæſt. cap.
30. Viui.deciſ.72. Menoch. de arbitrar.caſu 78. &
conſ.121.num.12.lib.12.Peruſin deciſ.50.num.8.
Fab.de Anna conſ.64.lib.1.Neuizan.cõſ.90. Rolan.
conſ.86.lib.3.Burſat.conſ.11.nu.28.& ſeq. Ludou.
concluſ.12.verſic.quæ autem ſterilitas, Anton. Fab.
C.de locat.lib.4.tit.42.defin.3. Amatus conſ.21.n.31
Tornſ.in compend. deciſ. verbo Remiſsio mercedis,
Barz.dec.59.num.15.Corn.conſil.128.col.4.lib. 2.
Pariſ.conſ.38.num.14.lib.1. Natta conſ.449.nu.1.
Cened.collectan.116.Connan.commentar.lib.7.cap.
11.nu.13.in princ. Ceual.commun.contr.commun.
quæſt.57.Caſtil.Sotomaior.lib.3.controuer.iuris c.3.
num.36.Cardin.Tuſc.concluſ.431.n.2.litt.L.Mant.
de tacit.& ambig.conuent.lib.5.tit.8. num.30. ſeq.
33.37.ſeq.vol.1.Cancer.variar.reſolut.lib.3.c.15.
de renunciation. nu.140. Rota Romana apud Farin.
deciſ.188. Gratian.diſcept.534.n.39. Maſtril.deciſ.
299.num.110.ſeq.lib.3. Cornazan. dec.53.num.5.
Ricc.collectan.1033. Et in hoc Bart. in d.l.licet, C.
locati, videtur ſibi aduerſari dictis per eum in d.
§. item cum quidam l.4.ff eodem. Et ſolet concilia-
21 ri † quando damnum venit ex vitio naturali fru-
ctuum, ſecus quando venit facto Principis, vel
tertij, pro quo eſt conſiliũ ſolemne Surdi 34.lib.1.
quem

Digitized by Google

quem in parte improbat modernus Germanus *Hyeronimi Pantaſm tract. de locat. quæſt. 9. nu. 14.* vide *Boſſ. de remiſſ. merced. n.* 104. *Cotta immemoriali in verbo conductor*, qui teſtatur deciſum non eſſe neceſſariam læſionem vltra dimidium.

Item aduertendum ad id quod dicitur neceſ-
22 ſariam læſionem vltra dimidium † procedere quando fructus deficiunt, & non ita ſi res ipſa, eiuſque ſubſtantia, deficiat, etiam quod in dimidia non ſit, quia pro rata damni illati in ſubſtãtia rei, ſit remiſſio, *Surd. conſ. 34. num. 20. & deciſ. 326. num. 55. 65. & plenius conſ. 400. num. 5. 26. & ſeq. & conſ. 507. num. 7. Menoch. conſ. 671. lib. 7. Vbald. de duobus fratribus p. 11. num. 113. Boſs. in titul. de remiſs. merced. num. 185. & 103. cum ſequ. Cardin. Tuſch. concl. 431. num. 8. littera L. Maſtrill. dicta deciſ. 399. num. 111. 112. ſeq.* & omnes alij ſupracitati concurrunt.

23 Nec requiri quod † damnum ſit in dimidio, vel intolerabile, quando quoquomodo peruenit ex facto locatoris, quia tunc etiam pro rata ſit remiſſio, abſq; diſtinctione an ſit magnum, vel paruũ *ex Bart. in dicto §. item cum quidam Cotta in dicto verbo conductor, Menoch. cõſ. 55. n. 13. & conſ. 671. lib. 7. Hippolit Riminald. conſ. 282. num. 16. lib. 3. Eugen. conſ. 50. num. 58. 59. Moder. German. in dicto tract. quæſt. 13. Card. Mant. de tacit. & ambig. loco præcitato*, & omnes alij ſupra *Caſtill. Sotomaior, lib. 3. controuerſ. iuris c. 23. num. 26. ſeq. & melius n. 39. ſeq. Bertacchin. de gabel. p. 2. q. 22. n. 41. 42.*

Ex quibus fuit in alia cauſa in primo, & ſecundo iudicio conceſſa mercedis remiſſio pro certa parte Antonino Calandrino Gabelloto Gabellæ impoſitæ ſuper farinis huius vrbis.

Pariter in Tribunali Regij Patrimonij deciſum fuit pro Benedicto Benſanti Arrendatario Regiæ Curiæ Secretarium Vrbis Panhormi Ciuitatum, Terrarum, & Cephaludi, & pro Bartholomeo Benenati eodem modo Arrendatario Regiæ Curiæ Secretarium Ciuitatis Meſſanæ, quibus ad certam ſummam, & ratham aduerſus Regium Fiſcum remiſſum fuit mercedis debitum, idque ex ſiniſtris iam euentis tempore arrendamenti deductis, primum propter peſtem in Comitatu Barchinoniæ, ex quo non acceſſerunt in Regno naues ſolitæ pannis, ferro, alijſque mercimonijs in maxima quantitate onuſtæ, vt hactenus erat ſolitum, ſecundum ob indictum bellum à ſua Catholica Maieſtate de Anno 1588. in Gallia Prouincia, & Anglia, & propterea nec acceſſerũt naues ſolitæ ab Anglia, Olanda, Zelanda, & Alemania; Tertium ob probatam nauium expulſionem poſt ceſſatum peſtis flagellum à Barchinonia mercium onuſtarum venientium, Quarto ob famem, & penuriam in Regno reſultantem ſecũdum probata, ob ingentem conceſſionem tractarum frumentorum, tunc per Proregem Illuſtriſſimum, ex quo etiam reſultauit prohibitio extrahendi merces in farina, liguminibus, & alijs comeſtibilibus à Regno; Quinto ob nouum vectigal. impoſitum granorum quinque plus tareno ſolito ſuper ſerici extractione pro qualibet libra de Anno 1592. Qui caſus cum tempore dictorum arrendamentorum in ſimul euenerint, valde inſolitum iudicatum id fuit, in quibus verè nimium verſabatur, etiam factum Principis, locatoris, ex quo fortius petitio arrendatariorum roborata fuit ac conceſſa mercedis remiſſio certo modo, renuntiationibus caſuum ſiniſtrorum quomodolibet non conſideratis.

Quamuis ex aduerſo in dicto caſu diceretur
24 conſiderandum eſſe † ſi factum locatoris non ſolum non ſit iniuſtum, ſed etiam iuſtum, & notorium, quia in facto notario videtur requiri damnum intolerabile, vt in terminis gabelloti farinæ dixit *Bald. conſ. 465. n. 4. verſ. ſed hic eſt aduertendũ lib. 2. Bero. conſ. 141. num. 3. ſeq. lib. 1. ſubſcribentes ad Soccinũ conſil. 88. in fine lib. 1. Card. Tuſch. concl. 431. num. 55. 62. littera L. qui remiſſiuè refert Surd. dicto conſ. 34. num. 9. Hippolit. Riminald. conſil. 92. num. 17. 18.* nec contrarium dicit *conſ. 282. lib. 3.* nam licet *num. 16.* arguat in contrarium tamen *ſub num. 132.* ſe remittit ad ea, quæ dixerat *d. conſ. 92. n. 18.* At etiam ſi factum locatoris eſſet iuſtum *ex l. cum proponas, C. de naut. fenor.* diſſentijt *Menoch. conſ. 55. num. 14. lib. 1.* etiam ſtantibus ampliſſimis renuntiationis verbis poſt *Crauet. Pariſ. Anchar. Aleiat. & alios, & conſ. 27. n. 12. & conſil. 146. in fine*, quod fiat mercedis remiſſio, cum locator ſemper in culpa eſſe videatur quo ad conductorem, *Gloſ. in l. ſi merces, §. culpè per illum textum, ff. locati, vbi Bart. & in l. ſi vno, §. idem cum quidam n. 3. ff. eo. & in ſua quæſtione publicamus nu. 14. Anan. conſ. 76. n. 3. Boſſ. de remiſſ. merced. conduct. ſub n. 92. Alciat. conſ. 689. n. 4. 5. vel conſ. 93. lib. 8. bene Roger. conſ. 7. à n. 51. ad n. 57. & à num. 68. ad num. 76. & nu. 124. in principio, Corn. conſ. 12. lib. 4. Ripa de priuileg. contract. peſt. n. 85. Gozadin. conſil. 27. num. 20. 21. & 28. alios refert Ludouic. concluſ. 12. colum. 3. verſ. & quod dictũ eſt, Burſat. conſ. 309. num. 5. 6. Lancellot. Gallia conſ. 22. n. 15. & ſequent. & num. 18. Cardin. Tuſch. concluſ. 431. num. 59. & 61. litt. L. & concl. 430. n. 48. & 49. littera F. Crau. conſ. 95. num. 7. Bero. conſ. 146. num. 44. lib. 3. Roland. conſ. 69. n. 15. & ſequent. lib. 2. Gabr. conſil. 37. n. 11. lib. 2. Caſtill Sotomaior. lib 3. controuerſ. iur. cap. 3. num. 43. 44. 57. 58. & ſeq. Pariſ. conſ. 40. n. 6. lib. 1. Paul. de Montepico conſ. 76. n. 18. Natta conſ. 360. n. 1. Azeued. l. 2. tit. 9. lib. 9. recompil. ex n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Via exequutiua per viam iniunctionis, & præcepti, quæ ex capitulis Regni agitur pro reemptione ex pacto de retrouendendo, ſucceſsit in locum actionis realis de iure.*

2 *Pactum de retrouendendo eſt rei perſequutorium, & competit realis actio, vel in rem ſcripta contra tertium poſſeſſorem.*

3 *Pactum de retrouendendo, ſiue ius luendi in bonis noſtris eſſe dicitur.*

4 *Pactum de retrouendendo eſt ceſsibile, & ad hæredes tranſmiſsibile.*

5 *Pactum de retrouendendo ius luendi, an pro re ex eo recuperata exequi poſsit, n. 13. ſeq. & n. 23.*

6 *Pactũ de retrouẽdẽdo in Regno eſt impreſcriptibile.*

7 *Reluitio, & reemptio ſtante pacto de retrouendendo, de facili ſperatur.*

8 *Hypo-*

8 *Hypotheca iuris luendi, ſeu alterius iuris ad rem, extenditur ad rem ipſam ex eodem iure recuperatam, vel reemptam.*
9 *Actionem, vel ius habens ad rem, rem ipſam habere videtur, 10. Quid in ſtatuto num. 16. 17. 18. 19. Quid in contractibus num. 20.*
10 *Diſpoſitio cap. Titius ſi de feudo fuerit controuer. inter domin. & agnat. an procedat in iure luendi ad feudum alienato.*
11 *Pactum de retrouendendo, vel ius luendi cedens, rem ipſam cedere dicitur.*
12 *Ius ad rem, iudicatur ſicut res ipſa.*
14 *Cauſa quemlibet, de iure eſt ordinaria.*
15 *Dictio videtur Importat fictionem.*
16 *Statuta non habent locum in caſu ficto, ſed vero.*
17 *Collectã pro re qui tenetur ſoluere ex forma ſtatuti, non tenetur pro actione quam haberet ad rem.*
18 *Prohibitus vendere rem ex forma ſtatuti, non erit prohibitus ius ad rem, quod habet vendere.*
19 *Actio vel ius ad rẽ minus æſtimatur, quã res ipſa.*
21 *Via exequutiua non datur, niſi pro eis, quæ oculis corporis in contractu leguntur.*
22 *Iudex in dubijs tutiorem partem eligit, admittendo oppoſitiones rei in exequutiuis, ex quo vtriq; parti cõſulit, & ſaluũ remanet ius actoris via ordinaria.*

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo ius luendi, an pro re ex eo recuperata exequi poſſit.

RESOLVTIO XIX.

1 VIa exequutiua † per viam præcepti, & iniunctionis, qua hodie in Regno vtimur etiam contrà quemlibet tertium poſſeſſorem pro recuperatione rei ex pacto de retrouendendo, ita capitulis Imperatoris Caroli 214. & 256. ad Regni petitionẽ diſponentibus in locum actionis realis de iure pro pacto de retrouendendo competentis ſub-
2 rogata eſt, quæ contra † tertium quemcumq; rei poſſeſſorem abſolutè ad retrouẽdendum petitur ſecundum veriorem opinionem *Pauli de Caſtro in l. ſi cum venderet ff. de pignorat. action.* Magis cõmunem dicit *Roger. in l. traditionibus num. 54. C. de pactis, Cagnol. in l. 2. C. de pact. & in praxi ſeruandã dicunt Guid. Pap. conſ. 49 Conar. lib. 3. var. reſol. c. 8. nu. 2. 3. Socin. iun. conſ. 129. lib. 2. Addit. ad Alex. conſ. 10. lib. 1.* quã vti veriorem & magis communem ſequitur *Magon. deciſ. Lucenſ. 80. n. 2.* & veriorem teſtatur *Blaſeus Lanza in cauſſa Montis rubei,* & quod eam amplectitur Magna Curia, *Io Aloyſ. de Septimo in cauſſa Siculianæ.* Magis communem tradit *Cannec. in c. volentes, §. ſed quid ſi fuerit n. 18. fol. 113. Caſſan. cõſ. 33. Boer. dec. 182. Moroc. cõſ. 62. n. 8. Io: de Anania in c. conqueſtus de vſur. Dec. conſ. 614. n. 4. & conſ. 187. n. 4. Anton. de Burgos in c. ad noſtram, de empt. et vend. Io: Crotus conſ. 200. lib. 2. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glo. 7. n. 7. 15. Menoch. conſ. 63. n. 14. Cranet. conſ. 201. col. 1. Nenizan. conſ. 88. n. 8. Alciat. conſil. 125. in fine, Anton. Faber C. de pactis inter empt. & vend. lib. 4. tit. 36. defin. 3. & 8. Caſanate conſ. 7. n. 10. 11. ſeq.* Autor dãnatus *in Glo. Pariſ. §. 23. n. 11. Pinel. in l. 1. p. 2. c. 3. n. 20. de bonis maternis, Menchaca contron. Illuſtr. c. 69. n. 8. Frãciſ. de Caldas pereyra in l. ſicuratorem habens verbo ſua facultate n. 62. Guttier. conſ. 27 n. 2. Greg. Lopes l. 42. tit. 5. par. 5. glo. fin. Caualc. dec. 16. n. 6. p. 2. Felician. de cenſib. lib. 1. c. 6 n. 10. Carpan. ad ſtatut. Mediol. 417. verb. iure, & c. 434. n. 16. lib. 1. Additio ad Roſent. de feud. c. 10. concl. 7. ſub n. 7. litt. D. Hartaman. lib. 1. tit. de pact. & tranſact. c. 5. Amendula ad Francum dec. 64. n. 12. Gabr. Pereira de Caſtro in dec. Supremi Senatus Portugall. deciſ. 15. n. 6. Ricc. collectan. 5. in fine, V in. cõmun. opin. 579. Trentacin. var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. à n. 17. & ſeq. ſecundum eius declarationes. plene Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. à nu. 44. cum plur. ſeq. vol. 1.* & de hoc nunquam vidiſſe dubitare teſtantur *Noſtrates* recẽtiores in cauſa Dominæ Lauriæ Spinula & del Porto contra œconomum Monaſterij Sancti Martini de Scalis exploſa opinione *Alexandri conſ. 10. lib. 1. & aliorum ex Bart. in l. 1. n. 10. ff. de donat. in l. ſi prædium, C. de edilic. edicto in l. ſi hominem, ff. de vſucap. Bal. conſ. 482. lib. 1. Aret. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acq. poſſeſſ. Curt. Sen. cõſ. 12. Dec. in l. traditionibus, C. de pact. Tiraq. alios refere de retrac. conuen. §. 1. gloſ. 8. n. 16. Couar. d. n. 3. Gail. lib. 2. obſeru. 16. Miſing. centur. 6. obſeru. 69. Alciat. in l. tradition. C. de pact. Marc. dec. 601. par. 1. Ruin. conſ. 32. n. 15. 16. lib. 1. Anchar. iun. par. 1. q. 13. Bero. conſ. 155. n. 33. 34. 38 conſ. 164. num. 23. lib. 1. Gramat. conſ. 282. n. 3. Gabr. conſ. 66. num. 4. 5. lib. 1. Roland. conſ. 62. n. 33. lib. 2. Fachin. cõtron. iur. lib. 2. c. 15. Decian. conſ. 106. n. 10. lib. 3. Pancirol. cõſ. 144. Magon. dec. 105. n. 2. in Florent. Grinel. deciſ. Dolan. 52. n. 33. Roſent. de feud. c. 10. concl. 7. n. 7. Afflict. in conſtit. pacis cultum col. 6. verſ. item ſicut pactum, & in conſtit. diuæ memoriæ col. 9. verſ. pondera bene, Anton. de Rubeis conſ. 159. Trentacin var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. ſub n. 17.* perſonalem tantum pro pacto de retrouendendo competere profitentium.

Vendito proinde iure luendi ad rem cum pacto idem ius retrouendendi quandocumque pro certo pretio nulla rei recuperandæ ex eo iure luendi vendito, eiuſque reuenditionis mentione
3 facta (quod † cum in bonis noſtris, ius illud eſſe dicatur, *Fab. de Anna conſ. 4. nu. 75. Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 16. n. 21. Surd. conſ. 409. n. 13.* cuilibet
4 † cedi poteſt, ſicut & tranſmittitur ad hæredes, *Caualcan. deciſ. 32. lib. 3. Cranet. conſ. 113. Roland. conſ. 28. lib. 2. Fachin. contron. iur. lib. 2. c. 11. Caſan. cõſ. 7. n. 17. 18. 27. Trentac. var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. n. 5. Cornaz. dec. 19 n. 2. ſeq. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 23. & cõcl. 16. in lation. 44. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 6. n. 1. Farin. dec. 502. n. 2. par. 2. tom. 3. Card. Seraph. dec. 1063. n. 9. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. nũ 13. 14. 17. vol 1.*
5 *Cabal. conſ. 88. n. 10. li. 2.*) ex dicto † iure luendi re interim per emptorem, dicti iuris recuperata, dubitatur an pacto vti poſſit venditor facto pretij conuenti integro depoſito cõtra rei poſſeſſorem ad retrouendendũ rem habitam, & recuperatam ex iure luendi vendito, cum nouo pacto de retrouendendo.

Articu-

Articulus affirmatiuè videtur reſoluēdus licet
de re ex illo iure luendi vendito reempta, vel re-
emenda pactum non prouideat, cū innegabile vi-
deatur de re reemenda,& recuperanda ex dicto
iure luendi cogitaſſe contrahentes,maxime ſtāte
pacto affirmatiuo cū verbis denotantibus perpe-
tuitatem,videlicet ſemper,& quandocumq; quod
6 † pactum de iure extenditur vſque ad 40. annos,
vel ſaltem ad 30.& ex forma dicti capituli nouiſ-
ſimi 214. eſt in præſcriptibile, & ſic voluerunt
partes intelligere etiam de retrouendendo rem
reemendam ex dicto iure luendi & abſurdū eſſet
cogitare,quod partes putaſſent emptorem non
debuiſſe eo in re luendi vti, maxime ſi ex titulo
oneroſo emptionis,vel dotis,aut aliter illud con-
7 ſequutum fuiſſet,cum ſtante † pacto de retrouen-
dendo prædicto,& iure luendi, reluitio, & reem-
ptio de facili ſperetur, *Vincen.de Franc.dec.283.
n.5.Maſcard.concl.1250.n.58.59.de probat. Mon-
ter.dec.1.n.45. Macabr.conſ.29.n.228.* Nec præ-
ſumitur niſi præmeditate quem ius luendi acqui-
rere voluiſſe, & ad rem ex eo conſequendam ex
communiter accidentibus, ſciebant itaq; partes
quod non poterat amplius dictum ius luendi vē-
ditum exercitio conſumptum, & extinctum reui-
uiſcere,vt illud retrouendi potuiſset,ob id neceſ-
ſario intelligere voluerunt de retrouenditione rei
ex eo iure, luendi recuperate.

Aſſumptum prædictum de iure quoque ſubſti-
8 neri poſſe videtur, nam iure ad rem † aliquā hy-
pothecato, ſi ex illo iure res acquiritur, pignus
quoq; ſuper re contrahitur, & ad rem extenditur
obligatio, ſi ex alia cauſa res nō fuerit recupera-
ta, *Bart.in l.1.§ 1.ff.de pign. Neguſ.3.membr.2.par-
tis n.57.Crau.conſ.973.n.2.in fi.Card.Tuſc.concluſ.
757.n.4.5.litt.S to.7. Bal. conſ.112. n.5.par.1. Ca-
ſtil.dec.10.n.2.Menoch.cōſ.77.n.1. Maſtr.dec.150.
9 n.20.ſeq.& de cenſib q.5.n.155.156.* Tum quia †
ius luendi ad rem acquirens ſicut & vendens,rem
ipſam habere videntur,conſequenter de re, nō de
iure luendi retrouendendo, actū eſſe inter partes
dicendū eſt *l.qui actionē,ff de reg.iur. l.fundi partē,
ff.de contrah.empt. Tiraq. de retract.cōuent.in præ-
fat.n.70 Fab.de Anna conſ.4.n.75. Ponte conſ. 79.
li.1.Maſtril.dec.118.n.2. Alex.conſ.27.lib.3. Dec.
conſ.9.n.76.lib.2.Surd.de alim.tit.6.q.3.n.71.Ca-
10 ſan.conſ.10.n.15.* Adeo quod † *Cannic. in cap. vo-
lentes fol.* 111 ex hoc tenuit quod remedium *ex
c.Titius* competens non ſolum procedit quando
alienatur feudum, ſed etiam quādo alienatur ius
luendi ad feudum *ex Iſernia in conſtit.honorem,&
alijs*,quamuis cōtrarium voluerit *Io.Aloyſ. de Se-
ptimo in cauſa Tani, & Afflict.* quarum argumēta
confutat *Cannic.*& ſi cū opinione *Io.Aloyſij* con-
cordent *Franciſ.de Neapol. & Boniornus in cauſa
11 verbum cauli,* Tum etiā † quia ius luendi cedens,
rem ipſam cedere dicitur, & videtur tacitè bona
luere,eaque ſic ceſſionario tradere, *Ceſal.cōſ.460.
n.24 25.Caſanate conſ.10.n.193.Auctor damnatus
in Gloſ.Pariſienſ.§.55.gl.1.n 131. Celſus Vgon. cōſ.
40.n.20.Cannec.in cap.volentes fol.111.n.14.*
12 Item quia † idem iudicamus de re, quod de
iure ad rem ipſam cōpetens, *l.ad diſſoluendā, C.de
præd.minor.Barb.cōſ.51.col.12.vol.1.Alex.cōſ.27.
lib.3.Dec.conſ.9.n.76.lib.2. Vinc.de Fran.dec.242.
Rodoan.de reb.eccleſ.fol.85.n.18. & ſeq. Ponte cōſ.
5.n.10.lib.1.Cannic.fol.30.n.4. & 111.n.15.* pro-
miſſo,ob id ipſum ius luendi retrouendi debere,
rem quoque reemptam, cum qua extinctum eſt,
intelligimus,cum nil tam naturale ſit,quam eodē
genere,quodque diſſolui, quo colligatum eſt.

Verum hæc omnia de planu procedere mihi
13 probantur † quotieſcūq; via ordinaria per alie-
nantem ius luendi,ad rem reemptam,& ex eo iu-
re recuperatam vigore pacti de retrouendendo
ius prædictū contra rei poſſeſſorem actum eſſet,
ſecus ſi prætendat vti beneficio ſtatutorū ex di-
cto capitulo nouiſſimo 214. & via exequutiua,
per viam præcepti ſe dirigendo iuxta *tit. C. com-
14 min.vel epiſt.* quæ ſunt valde exorbitantia cum †
de iure, quælibet cauſſa,ordinaria ſit *gloſ.in l.3.ad
exhib.*& inſtrumenta de iure regulariter non ha-
beant exequutionem paratam *ad teſt. ad l. minor
25.annis,ff.de minor. cum ſimilibus*, maximè quia
capitula nouiſſima inducūt multa ſpecialia exor-
bitantia,quia derogant pactis conuentis, tollunt
præſcriptionem,& demum dant exequutionē con-
tra tertium, quod de iure erat dubitabile ſi pactū
de retrouendendo poterat exerceri contra ter-
tium,vt dictum eſt,ſequitur ergo,quod in ſtatutis
ceſſat illud axioma, quod qui habet actionem ad
15 rem ipſam rem habere videatur, nam † verbum
videtur importat fictionem, aliud enim eſt habe-
re rem,aliud videri habere,& ideo dicitur habere
fictè,& impropriè, *ita Bar.in l.ſi is, qui pro empto-
re col.5.ff.de vſucap.Glo.Bar. & Bal.in l.nemo,ff. de
in integr.reſtit.Dec.in d.l.qui actionem,ff.de reg.iur.
16 & l.quod euincitur,ff eod.* Ex quibus † *Bart.* negat
regulam procedere in ſtatutis maximè exorbitā-
tibus, & executionem tribuentibus, quæ non in
caſu ficto, ſed vero locum habent, *Gloſ.& Dec. in
d.regula qui actionem,Bart.conſ.133.Alex.in l.Gal-
lus,§.videndum col.2.ff.de liber. & poſthum.& cōſ.
75 li.6.Socc.conſ.100.li.1.Maſtr.de cenſ.q.5.n.157
17 Caſtil. deciſ.144.n.3.lib.2.* Ob id qui † ex ſtatuto
tenetur collectam ſoluere pro re, non tenebitur
pro actione, quam habet ad rem, *Bart. in l.ne-
mo,ff.de in integr.reſtit.& in l.fin.§.penul.ff.de cen-
18 ſibus.* Nec † qui prohibetur ex ſtatuto vendere
rem, prohibitus cenſetur vendere actionem ad
rem, *Bart. & alij in dicto §. videndum l. Gallus, ff.
de liber. & poſthum.* quæ refert *Tiraqu. de retract.
connen.glo.1.num.49.* qui pariter *n.48.50.& 51.*
19 oſtēdit † ex multis quod minus eſt habere actio-
nem ad rem, quam rem ipſam, quia minus æſti-
matur actio, quam res, item quia multa poſſunt
interuenire,quod quis non reemat,puta pecunia-
tum neceſſitas, & alia quæ apud eum legi poſ-
ſunt, vbi etiam reſpondet *ad Barbaciam* dicen-
tem quod ſi venditor poteſt redimere perinde eſt
ac ſi iam redemerit, & *Io:Aloyſ.de Septimo in di-
cta cauſſa Tani*, pariter allegat *Bartol. in dicto §.
videndum*, pro vt refert *Cannic.in dicto capitulo
volentes, fol.111.num.9. 16. & 21. ſeq.* vbi nititur
reſpondere, & non potuit negare in ſtatuto pro-
cedere dictum *Bartoli in dicto §. videndum*, &
Cannic. non allegat *Tiraquell. dicto loco*, quem vt
credo, diſſimulauit vidiſſe, licet prius *fol.30.in*

conſimili quæſtione allegat *Tiraquellum in alijs locis*,tamen quia *Cannee.dict.f.*111. non loqnitur in ſtatuto,ſed circa remedium ex *cap.Titius*,ideo tenet præfatam opinionem quod dictum remedium competens de iure ſeudorum,& non ex ſtatuto, detur ad ius luendi alienatum, ſicut datur ad feudum ipſum alienatum. nos verò verſamur in ſtatuto valde exorbitanti,& ideo ceſſat omnia
20 præmiſſa, Imò † fortius dixit *Alexan. d.conſ.75. lib 6. & Soecin.d.conſ.*100. quos refert *Tiraquell. dicto num.49.* quod dicta regula qui actionem, non habeat locum etiam iu contractibus, in quibus debent verba ſtrictè,& propriè intelligi, iuſuper retentis terminis viæ exequutiuæ, & modi procedẽdi per viam iniunctionis ex dictis nouiſ-
21 ſimis Regni capitulis, oportet † quod ea ſit expreſſa, & præſens, & legatur oculis corporeis ſecundum veriorem opinionem, quam paſſim ſeruamus,& ita intelligitur ſtatutum tribuens exequutionem inſtruměto, ſecus ſi promiſſio eſſet interpretatiua, legalis, vel ficta, in qua laboraret intellectus, vt dicimus de ſtipulatione inducta à lege in cauſa dotis, item de locatione renouata, & quotidie ſic deciditur per ea, quæ *Noſtrates* dicunt *in c.6.ritus DD.maximè Dec.in c.translato de conſtituto,Imola in l.1.ff.ſolut.matrim. Cauenſ. ritu 166.n.13.*& plenius alias diximus; Hinc in ſimili
22 ſolent † prudẽtes Iudices in Regno potius tutiorem partem amplectere, admittendo oppoſitiones rei,quia ſic conſulitur vtriq; parti,& remanet ſaluum ius actoris, in via ordinaria, in qua pleniori marte omnia diſcutiuntur, maximè ſi inueteratum ſit pactum,& poſſeſſio rei, & demum facienda eſt interpretatio contra eum, qui legem apertius potnit dicere, & contra eum qui ſe fundat in pacto,& verbis, *ad textum in l.veteribus, C. de pactis*, maximè via exequutiua.

23 Ex quibus inter alia † de facto viriliter fuit deſenſum præceptũ,& iniunctionem ad inſtantiã Illuſtris Duciſſæ Bisbonæ contra Illuſtrem Marchionem Iulianę ſuper retrouenditione dicti Status,& Marchiouarus non ſubſtinendam, & retractandam eſſe, ex quo ſundabatur ex contractu venditionis iuris luendi facti per Dou Io.Vincentiũ de Luna in Anno 1532. & ea iniunctio oſtendebatur de directo contraria ipſi contractui;contractus enim continebat,quod in Anno 1529. dictus Don Vincẽtius & Don Sigiſmũdus de Luna iunior pater, & filius dotauerant Don Antonio de Cardona Marito Donne Beatricis eorũ filiæ, & ſororis, & pro eo Don Alſonſo de Cardona eius patri Comiti Regij,& cuilibet eorum inſolidum ius luendi ad terram, & Baroniam Iulianæ ipſis dotantibus competentem vigore tranſactionis factæ in Anno 1509. cum poteſtate agendi,& reluendi in larga forma cum pacto, de quo agebatur, quod ſemper, & quandocumq; dictus Don Io.Vincentius, & ſui ſolnerent dicto ſponſo, vel dicto Comiti Regij patri florenos 27. mille vna cum omnibus alijs pecunijs tunc temporis ſolutis,dictus Comes Regij, dictuſque ſponſus, & ſui tenerentur reuendere, & reſtituere dicto D. Vincentio dotãti,& ſuis dictum ius luendi dotatum, Quod ius dictus Comes Regij conſtituit ex nunc pro tunc tenere, & poſſidere nomine dicti Don Vincentij & ſuorum & cętera, & ſic pactum conſtabat cõtinere quod tenerentur retrouendere,& reſtituere dictum ius luendi dotatũ, nihil vero de Statu ex dicto iure reemendo, & recuperando actum, vel promiſſum fuerat, iniunctio verò, ſeu pręceptũ ad inſtantiam Dominæ Duciſſæ continebat quod dictus Marchio teneretur retrouendere,& reſtituere, non quidem dictũ ius luendi, de quo pactum tãtum loquebatur, ſed teneretur reuendere eundem Statum, ſeu Marchionatum Terræ Iulianæ ex dicto iure luendi reemptum,de quo pactum nõ loquebatur, ob id via executiua, & per viam iniunctionis pro dictu Statu inepre per Duciſſam agebatur, Quidquid ſit de via ordinaria, opus enim erat, & ita paſſim ſolent ſimiles contractus concipi quando alienatur ius luendi ad rem aliquã ſub aliquo nouo iure luendi, quod partes clarè loquendo per pactum expreſſum in omnem caſum prouidiſſent,nẽpe quod ſi emptor iuris luendi adhuc ipſo iure vſus non ſuiſſet, nec ex eo iure rem reemiſſet, & recuperaſſet teneretur retrouendere,& reſtituere ipsũmet ius luendi alienatum adhuc ineſſe exiſtens,ſi vero emptor iã ipſo iure luendi vſus ſuiſſet, & vtendo conſumpſiſſet, & rem ex illo recuperaſſet,tunc teneretur retrouẽdere, & rem recuperatam ipſam reſtituere, pto vt ſimiles contractus, & pacta recentius vidimus ita concepta.

SVMMARIVM.

1 *Bancherij, vel tabula nummularia ſunt depoſitarij irregulares.*
2 *Depoſitum irregulare pecuniarum,vel generis obtinet vim mutui.*
Dominiũ pecuniarum depoſitarũ tranſit in depoſitariũ, vel bancheriũ,& cẽſetur data licentia vtẽdi, quando non eſt depoſita pecunia abſignata, n.2.
3 *Depoſitũ in regulare habet priuilegia veri depoſiti.*
4 *Periculum regulariter eſt domini.*
5 *Mutui periculum eſt mutuatarij.*
6 *Depoſitarius depoſiti irregularis,vel bancherius tenetur de quocumque caſu fortuito, & periculo pecuniæ depoſitæ.*
7 *Caſſerius tabulæ,vel bãci dicitur inſtitor,& illi negotiationi præpoſitus à bãcherio,vel illuſtri Senatu*
8 *Inſtitor obligat dñm, ac ſi eum eo negotium geſtũ ſit cõtrahendum ſm̃ negatiatianẽ, cui fuit præpoſitus.*
9 *Pecuniæ expenſæ cum falſis apodixis à Tabula, repetuntur à dominis pecuniarum contra tabulam ipſam, vel bancherium.*
10 *Bãcherij debent eſſe cauti in recognoſcendis ſubſcriptionibus cedularũ,alias tenẽtur de propria reficere.*
11 *Bancherij,ſiue nummularij ſolent eſſe peritiſſimi in recagnaſcendis ſcripturis, & ad eaudam oculi detegunt falſitates ſubſcriptionum cedularum.*
12 *Falſitas ſubſcriptionum cedularum in banco facta qualiter detegatur per oſtenſionem caracteris ſubſcriptionis per feneſtrellã ſm̃ conſuetudinẽ Regni.*
13 *Libellus, vel exceptio non admittitur in cauſa depoſiti,ſed ſummarijſſimum eſt eius iudicium.*
14 *Debitor ſoluẽs famula creditoris liberatur,ſi habuit iuſtam cauſam credendi,quia fuiſſet ſolitus micti à domino creditore.*

15 De-

15 *Debitor ſoluens famulo creditoris, qui venit cum falſa apodixa, vel ſcriptura nõ liberatur, quamuis habuerit quamcumq; iuſtam cauſſam credendi, ſi ſit debitor generis, & pecuniarum, quod numquam perit.*

16 *Mandell. conſ.462. declaratur.*

17 *Bancherius, vel nummularius ſoluẽs cum falſa apodixa, licet habuerit iuſtam cauſam credendi, tenetur pecunias domino reficere, licet habeat regreſſum contra eum, qui falſe exegerit.*

ARGVMENTVM.

Tabula nummularia, vel Bancherius an teneatur reſtituere vero Domino pecunias ab alio expenſas à Tabula vel Banco cum falſis apodixis, & ſubſcriptionibus.

RESOLVTIO XX.

BAncherij noſtri temporis prout eſt tabula nummularia, quæ authoritate Illuſtris Senatus huius Vrbis Panormi loco publici Banci ad vniuerſum commodum & publicum vſum detinetur, cuius regitur negotiatio per Miniſtros fideliſſimos, & oculatiſſimos ab eodem Illuſtri Senatu
1 præpoſitos † dicuntur depoſitarij in regulares,
Ponte conſ.56.lib.1.& conſ.70.n.5.lib.2.Piguer.deciſ.38.Roder.de ann.redit.lib.3.q.11.ſub n.37. Statil.Pacific.de Saluian.interdict. inſpec.3.c.2.n.105. Giurba dec.98.n.3. Scacc. de commer.& camb.§.1. q.7.par.3.ampliat.3.n.5.& ſeq. Intrigl.dec.1.n.14. 15.& 16.Caſtil.Sotomaior.controu.iur. lib.3.c.16. ſub n.25.& ſeq.& n.37.38.& 42. Fontanel.de pactis nuptial.clauſ.5 gloſ.8.par.7.n.9. vol.2. Cardin.
2 *Tuſch.concl.199.n.7.& ſeq.litt. D. vol.2.* quod †
irregulare depoſitum pecuniarium, & ſic generis, mutui vim obtinet, & earum dominium tranſit in ipſum Depoſitarium per commixtionem, quãdo non fuit factum depoſitum pecuniarũ in ſacculo obſignato, & cenſetur depoſitario data licẽtia vtendi *ad text. in l. dies ſponſaliorum, ff. depoſiti, l. Lucius Titius 24. eod. l. in naue, Saupheli ff. locat. ibi nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet & cetera, Bal. in l. fin. C. depoſiti, & in l. in contractibus, §. ſed quoniam n.3. C. de non numer. pecun. & conſil. 317. lib.3. Bar. Iaſ. & alij in l. eius qui in prouincia, §. quod ſi ſtipulatus, ff. ſi cert. pet. l. ſi eum, §. qui iniuriarũ, ff. ſi quis caution. Caroc. de depoſ. p.1. q.3. n.34. & ſeq. Burſ. conſ.103. n.6. conſ.112. & conſ.325. Cephal. conſ.603. n.31.34.35.41. Molin. de contract. diſp.523. n.1.4. & diſp.408. n.8.* vbi in Bancherio ſicut & in Bancherio loquuntur *Pont. conſ.70. n.5. vol.2. & Piguer. q. crim. c.38. nu.4.5.6. & deciſ.38. Rota Rom. dec.860. in antiquis ſub tit. depoſiti, & in nouis diuerſ. dec.463. p.3. & dec.148. alias 3. de donat. n.17. Menoc. conſ.37. n.26.27. & cõſ.1111. n.4. 25.37. & lib.3. præſum.69. Caſtil. Sotomaior cõtrou. iuris lib.3. cap.16. num.25. & ſeq. Surd. conſ.4. n.10. conſ.246. num.10. & conſ.391. n.5. Natt. conſ.438. num.7 Scaccia de commer. & camb. §.1. q.7. par.3. ampliat.3. num.20.23. fol.242. Macerat. lib.2. reſol. 13. num.3.6.7. & 8. Velanzola conſ.64. nu.6. & 7. & ſeq. Gregor. Lopes gloſ.3. tit.3. par.5. l.72. Crauet. conſ.366. num.6. conſ.705. n.22. Capel. Toloſan. dec. 168. Caſtrenſ. conſ.141. n.4. par.1. Farinac. dec.102. n.7. par.2. tom.3. & conſ.96. n.42. quæſt.169. nu.4. Cumia ritu 99. num.26. Honded. conſ.43. à num.12. vol.2. Alciat. conſ.100. num.5. & 6. Ceſar. de Graſſ. deciſ. Rota Roman.148. alias 3. de donat. num.17. Eugen. conſ.89. num.29. lib.1. Laderch. Imola conſil. 113. n.11. & conſ.165. n.9. Grat. diſcept.174. n.7. & diſcept.273. n.27. Card. Tuſc. cõcl.442. n.7.15. litt. M. vol.5. & cõcl.198. n.6.8. litt. D, vol.2. Rota Rom. ſub R.P.D. Ludouiſio, inde Sanctiſſ. Greg. XV. deciſ. 146. nu.16. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.10. tit.9. num.21. & ſeq. Rota Rom. deciſ.132. num.6. inter impreſſ. penes, Pacif. de Saluiano interd. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.5. gl.8 par.7. n.7. et 8.9.10.*
3 *& ſeq. vol.2. & n 17.18. & ſeq.* licet depoſitum †
hoc in regulare priuilegia veri depoſiti retineat, *Natta conſ.438. n.7. Menoch. conſ.1111. nu.37.45. lib.12. Surd. conſ.246. n.14. Bertazol. conſ.48. n.10. & conſ.49. n.39. lib.1. Fontanel. de pactis nuptialib. clauſ.5. gl.8. par.7. n.16. vol.2. Barboſ. in l. mora 10. par.2. num.83. & 84. ff. ſol. matrim. Macerat. lib.2. reſol.13. n.10. Mantica de tacit. & ambig. conuent. tom.1. lib.10. tit.10. n.12. Ponte conſ.56. lib.1. Caſtil. Sotomaior d. cap.16. n.25.38.41.*

Vnde periculum regulariter dictarum pecuniarũ in dicta Tabula depoſitatum per particula-
4 res ſemper † domino, ideſt ipſi Banco, vel Tabulæ
ſpectat, *Peruſin. dec.60. n.6. Surd. conſ.155. num.8. Viu. deciſ.84. n.1. & ſeq. Mantica de tacit. & ambig. conuent. vol.1. lib.10. tit.3. n.23. & tit.9. n.27. Roderic. de ann. reddit. lib.2. q.7. n.3.* Item, cum dictũ depoſitum in regulare pecuniarum mutui natu-
5 ram aſſumat, periculum † eſt debitoris, & mutua-
tarij, *l. incendium, ff. ſi cert. pet. Paul. de Caſtr. in l. quid n.13. Alex. n.13. Soccin. n.11. ff. ſi cert. pet. per l. in ratione la ſeconda, §. in certe, ff. ad legem Falcid. Dec. conſ.473. n.3. Farin. deciſ.102. n.7. par.2. to.3. Scaccia de commer. & camb. §.1. q.4. n.12. fol.159. & q.7. par.1. ſub n.21. fol.202. & §3. gloſ.3. ſub nu.*
6 *33. fol.622.* Inſuper, & dicto caſu † depoſitarius,
ſine bancherius de quocumque caſu fortuito, & inopinato pecuniarum tenetur, quarum dominium in eum tranſiuit, *Bald. conſ.236. viſo inſtrumento n.5. lib.5. verſ. quinto verum, Curt. Inn. conſil. 239. n.34.35. Bero. conſ.194. n.39. lib.1. Card. Tuſc. concl.105. n.8. & concl.198. n.6. litt. D. vol.2. Aſin. de execut. §.7. c.49. n.3. fol.178. per text. in l. lucris, ff. depoſiti, cum cõcordan. Gomez. var. reſol. to.2. cap.7. de commodat. & depoſit. c.3. in princ. Mandel. conſ.3. n.3. Fontan. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. par.7. n.13. Greg. Lopes in l.2. tit.3. de los Condeyos verſ. Recibe fueras par.5. Roderic. de ann. redit. lib.1. q.13. nu.20. circa medium, Farinac. dec.102. n.7. in fin. p.2. to.3. Piguera q. crim. c.38. num.6. Molin. de contract. diſp. 408. n.8. Crauet. conſ.428. a.21. Mantica de tacit. & ambig. cõuen. lib.10. tit.3. n.23. & tit.4. n.2. & tit.9. n.19.27. vol.1. Honded. conſ.43. vol.2. Caſtill. Sotomaior. controuer. iuris lib.3. c.16. n.35.*
7 Nec eſt iuris dubij, quod Caxetius † Tabulæ,

ſeu banci, cui per particulares numerantur pe-
cuniæ depoſitandæ in dicta Tabula, & alij Mini-
ſtri dicantur inſtitores Illuſtris Senatus Vrbis Pa-
normi, qui Inſtitoria ex eorũ facto tenetur actio-
ne, *ad text. in l. liberto, ff. de neg. geſt. l. in eum, & l.
cuicumq; §. 1. ff. de inſtitor. Giurb. dec. 88. n. 1. pulchre
Seraph. dec 155.* qui teſtatur reſolutũ in Caxerio
in Rota in vna Romana cambiorum 28. Ianuar.
8 1572. Quare vrbs tanquã Domina ex facto † in-
ſtitoris. & Caxerij obligatur perinde ac fuiſſet ge-
ſtum cum ipſo domino, quando inſtitor ſecũdum
negotiationem, cui fuit propoſitus contrahit, &
datur actio contra proponentem dominum, etiã
ignorante, *l. 1. ff. de inſtit §. inſtitoria inſtit. quod cũ
eo: Rota Genuæ vulgata dec. 14. & dec. 12, num, 12,
Surd. cõſ. 326. Caſtrenſ. conſ. 20. vol. 2. Pariſ. conſ. 93.
n. 54. lib. 1. Grat. dec. 36. n. 18. 19. Milan. dec. 11. nu.
17. & à n. 42. ad n. 63. lib. 1. Hippol. Rim. conſ, 52.
n. 124. Boer. dec. 114. Menoc. conſ. 1185. n. 23. Coſta
de portion. ratæ q. 43. n. 1. ſeq. per tot, Valenzu. conſ.
78. n. 56. 57. Mandel. conſ. 104. n. 5. 6. Theſaur. q. for.
27. n. 6. lib. 1. Card. Tuſc. concl. 224, litt, I, tom. 4. &
concl. 584. litt. E. tom. 3. Roncbegal. in l. eadem, ff. de
duobus reis, Ioſeph Ludou. concl. 29. ampl. 17. Capic.
dec, 180. n. 3. Felic. de Societ. c. 30. Bim, conſ. 10. n. 21.
22. & ſeq. Stracca de Mercatur. tit. quomod. in cauſ.
merc. proced. ſit, nu. 21. latiſſimè Giurba deciſ. 88. De-
cian, conſ. 29. n. 11. vol. 1. Carroc. deciſ. 77.*
9 Euenit pluries, quod à dicta Tabula pecunię †
cũ ſcedulis, ſeu apodixis falſis, ſeu cum falſis ſub-
ſcriptionibus expenduntur, quare à Dominis pe-
cuniarum repetuntur ab ipſo Illuſtri Senatu. Nam
10 † bancherij, ſeu nummularij debent eſſe cauti in
ſcripturis, & ſubſcriptionibus ſcedularũ, & apodi-
xarũ, quia ſi permittant cũ ſcedulis falſis expendi
pecunias tenentur de proprio reficere, & ſoluere
dominis pecuniarũ, ità dixit *Scaccia de commer.
& cãb. §. 2. gloſ. 5. n. 397. q. 15. f. 581. ex Franco dec.*
11 *304.* Iſti enim † nũmularij, & librerij, Tabulæ qui
exercent eorum officium, non aliter, quàm cum
apodixis, ſolent eſſe peritiſſimi in recognitione
ſcripturarum, & ad caudam oculi cognoſcunt,
deteguntq; falſitates.
12 Hinc eſt, quod in detegendis † huiuſmodi fal-
ſitatibus apodixarũ, & ſubſcriptionũ dicit *Scacc.
in d. tr. de cõmer. & camb. §. 2. gl. 5. q. 15. à n. 393. f.
581.* quod ſi falſitas ſit clara, & patens indubitan-
ter ſine aliqua recognitione nũmularius tenetur
ſoluere domino pecunias, quia dicitur eſſe in ma-
xima negligentia, ſi vero falſitas ſubſcriptionum
eſſet latens, & adeò latens, quod nec etiã per ve-
rũ dominum forte poſſet cognoſci, & tunc adhi-
betur cautela tradita per *Vinc. de Frãc, dec. 304.*
quę eſt, quod in ſimilibus fiat recognitio per oſtẽ-
ſionem apodixarũ, quæ oſtẽſio in Regno Neapo-
lis, prout de iure diſponitur, ſit integrè, ideſt oſtẽ-
ſis omnibus, & totis apodixis domino, cuius ma-
nus, & ſubſcriptio fuerit adulterata & falſificata,
quã practicã refert *Franc.* d. loco, *& Flau. Amen-
dula ibid. ad eum,* & probat idẽ *Franc. dec. 502.* ſed
tamẽ in Regno hęc praxis nõ ita recepta eſt, quia
nõ fit recognitio apodixarũ ex integro dicto caſu
ſed tantũ per feneſtrellam, vt dicitur, oſtendẽdo
tantum nudũ characterem ſubſcriptionis; Et iſto
caſu facta recognitione per feneſtrellam modo
prædicto à Domino pecuniarum, ſi recognoſcens
decipitur, dicens ſuã eſſe ſubſcriptionẽ, ſuo peri-
culo decipitur, nã ſi ipſe decipitur in falſa ſubſcri-
ptione, quã ſuam iudicat, æquitas ſuadet, quod
multo magis debet excuſari nũmularius quoq;
deceptus ex admodũ latenti falſitate, & exẽplato
charactere; ſi vero recognoſcens dicat falſam eſſe
ſubſcriptionẽ, ſumus in caſu, quo debet nũmula-
rius reddere ſuo periculo pecuniam, ita cũ falſis
apodixis expenſam; Ad cuius confirmationẽ vi-
dimus actũ perpetuo valiturum ab Illuſtri Sena-
tu confectum in anno 1591. factũ occaſione cu-
iuſdam falſæ expenſionis pecuniarũ cuiuſdam de
Xirocta, qui dedit cauſam edicto, per quẽ librerij,
& miniſtri tabulæ præd. tenẽtur ſoluere pecunias
expẽſas cũ apodixis falſis, quẽ confirmauit noua
cũ diſpoſitione Illuſtris Senatus die 9. Feb. 1618.
Proinde, de facto cõtra Syndacũ vrbis, & Gu-
bernatores Tabulæ eiuſdẽ ſe direxit Donna Hi-
13 mara Tagliauia & Agliata actione † ſummariſſ-
ſima, & priuilegiata depoſiti, in qua nulla admit-
titur exceptio, nec libellus, *ad text. in l. ante penult.
vbi Doctores C. depoſiti ibi (illico modis omnibus, &
cęt) Cumia ritu 19. n. 12. cũ ſeq. ad n. 29.* quatenus
cõdemnari deberent ad ſoluendũ, & reſtituendũ
vncias 288. expenſas à d. Tabula per F. P. cũ falſis
apodixis, & ſubſcriptionibus, de pecunijs ipſius
de Tagliauia, quas detinebat in d. Tabula, cum
vera Illuſtris Don Rugerij de Septimo, & Patutã
Marchionis Giarratanæ eius fratris.
Vnũ replicabatur per Gubernatores Tabulę,
& Syndacum, vrbis prædictos in d. cauſa non te-
neri ad reſtitutionẽ dictarũ pecuniarũ, prætextu
quod dictus F. cui pecunię fuerant per Caxeriũ, &
librerium ſolutę, erat famulus, & creatus d. Dñę
Himaræ, quem antea pluries d. Donna Himara
miſerat cum apodixis veris ad capiendũ nonnul-
14 las pecuniarũ ſummas in d. Tabula: Propterea †
cũ habuerint miniſtri Tabulæ iuſtam causã cre-
dendi dictas apodixas fore veras & non falſas li-
beratur Tabula ſoluendo famulo creditoris, qui
ſolitus erat mitti à creditore ad exigendum, licet
famulus inde aufugerit, *Bart. & alij in l. eum qui §.
ſi ff. commodati, Abbas in c. 1 cõmodati & in c. ſigni-
ficaſti de pign. Mandel. conſ. 462. n. 1. Anchar. Reg.
lib. 1. q. 61. n. 6. Carroc. de locat. et cõduc. tit. de locat.
per procuratorem q. 2. n. 10. 11. f. 68. Graſſ. de except.
excep. 25. n. 81. 82. & ſeq. Gom. var. reſ. to. 2. c. 7. n. 3.
Farin. in to. 1. fragm. var. debit. n. 16. 17. et ſeq. f. 92.*
Et licet in debitore, qui nõ ſit Bãcherius, & Ta-
bularius, ſoluẽte famulo liberetur, & nõ teneatur
15 iterũ ſoluere Dño, tamen † ſi cum littera, vel apo-
dixa falſa ſoluerit famulo. & ſit debitor non ſpe-
ciei, ſed quãtitatis, ſeu generis, & pecuniarũ, quæ
nunquã perit, tũc nõ liberatur debitor, licet quã-
cumq; iuſtiſſimã causã habuerit, & famulus quo-
modolibet eſſet ſolitus, &c. *Paul. de Caſtr. in l. eum
qui, §. ſed ſi dũ n. 3. ff. cõmodati, et in l. argum. eod. Al-
ciat. poſt alios in l. ſi cũ fũdus, §. ſeruũ tuũ in penul. col.
vbi Iaſ n. 8. et Soc. n. 9. Purp. cõſ. 462. n. 3. 23. 53. So-
cin. iu. cõſ. 81. n. 4. vol. 2. Bal. cõſ. 332. l. 5. Alba Mãd.
cõſ. 462. n. 2. Boer. dec. 282. n. 1. Caroc. de dep. p. 1. for-
ma 6. n. 2.* Et licet aliqua ſit cõtrouerſia, quãdo fa-

mulus

Digitized by Google

famulus eſſet perſona à Domino approbata, bonæ vitæ,& ſolitus mitti, *vt docet Anchar. Regien. dicta quæſt.61. num.6. lib. 1.* Tamen quando exigit famulus cum apodixa falſa, ex quo tunc ceſſat cõfidentia perſonæ, ſed cõfiditur in apodixa, & ſcriptura, tunc indiſtinctè nummularius tenetur, & debitor non liberatur, *Gomes. d. cap.7. n.3.* & eſt communis opinio, de qua per *Suar. in ſuo Theſauro receptar. ſententiar. litt. F. n.401 Carroc. de locat. par. 2. quæſt.2. à n. 10. cum ſeq. fol.68. n.18.*

16 Propterea † *Mandel. d. conſ.462.* in caſu ſuæ cõſultationis non valens euitare iſtam veram iuris cõcluſionem, ſcilicet quod nummularius teneatur, non obſtante quod perſona aliàs ſit legalis,& approbata, quando ſoluit cum falſa apodixa cõfugit, ad factum dicendo, quod in caſu ſuo apodixa erat vera, licet ageretur de alio. Inſuper dicit *Mandellus*, quod in ſuo facto concurrebat vnum, quod nummularius nunquam noluit ſoluere. diffidens de perſona petentis, ex quo aſſerebat non cognoſcere, & tamen agentes, ſeu inſtitores Domini pecuniarum voluerunt, & contenti fuerunt, vt ſoluerentur cuicumque venienti, in tantum quod *Mandellus* nullatenus poteſt aſtipulari pro contraria opinione.

Et in nummulatio (quidquid ſit in debitore)
17 quod † teneatur Bancherius ſoluens cum falſis apodixis, *dixit Scaccia de commer. & cambijs* §.2. *Gloſ.5. q 5. fol. 571* & ſi iuſtam dicat cauſam credendi habuiſſe, licet habeat regreſſum contra eum, qui falſo exigit, *ex Rota Romana deciſ. 76.* quam allegat. Et ità contra Syndacum vrbis, & Gubernatores rabulæ fuit deciſum die 15. Septẽbris vj. Inditionis 1622. per Illuſtrem Præſidem de Sicomo,& Don Ioannem de Pimintel Iudices in cauſa; Quæ ſententia fuit per M.R.C. confirmata ſub die 4. Aprilis 1623. cui per Sereniſſimũ Principem Philibertum Proregem fuit commiſſa cauſa auditis partibus,& ità fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor, qui intuitu poſſeſſionis rei ſe obligat poſſeſſione ceſſante, & ablata ceſſat obligatio, & num. 12. 13. niſi per colluſionem, vel negligentiam poſſeſſio deſeratur, n.2.*
2 *Colluſio, vel negligentia propria nemini prodeſt.*
3 *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.*
4 *Obligans, vel ſe accollans ſoluere, eatenus intelligitur obligatus quatenus de iure ſuper re teneretur.*
5 *Poſſeſſor obligatus intuitu rei, rem vendendo, vel ex cauſa voluntaria dimittendo, an liberetur.*
Quid ſi ad vendendum, vel dimittendum rem cogi de iure poterat, num. 6.
7 *Coactè fieri dicitur id, ad quod de iure quis cogi poterat.*
8 *Poſſeſſor, licet rem dimiſerit ex cauſa neceſſaria, vel euictionis, non liberatur à cenſibus decurſis quatenus res obligata penes eum permanſerit.*
9 *Poſſeſſor, qui ex cauſa rei poſſeſſæ ſe obligauerit, non liberatur ceſſante rei poſſeſſione penes eum, quando principaliter teneri voluit.*
10 *Obligatio numquam cenſetur facta animo nouandi legalem obligationem, niſi id expreſsè agatur.*
11 *Obligare quis ſe non præſumitur in pluſquam de iure teneretur.*

ARGVMENTVM.

Obligatio intuitu, & ratione poſſeſſionis rei, an tamdiu duret, quam & poſſeſſio ipſa, & quamdiu poſſeſſore re non careat ex cauſa voluntaria.

RESOLVTIO XXI.

1 NE dum ſi ex iuris cõmunis, vel ſpecialis diſpoſitione quis † intuitu poſſeſſionis rei ad aliquid ſoluendum adſtringeretur, ſed etiã ſi ex conuẽtione ſtipulata, tum tranſactionis, quam accollationis, vel alia quauis occaſione eiuſdem rei poſſeſſionis cauſa aliquid ſoluturum ſpoponderit, rei poſſeſſione ablata,& ceſſante, obligatio quoque ceſſat,& à priſtina obligatione liberatus ope exceptionis ſaltem, intelligitur ex ceſſante cauſa obligationis, tum etiã quia diſpoſitio omnis reſtringitur per cauſam finalem *l cum Pater. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* Hinc id deducitur ad poſſeſſorem rei oneri cenſus Bullaris ſubiectæ,& ſimilis, imponitur namque obligatio prædicta ex neceſſitate poſſeſſionis,& oneris adhęrentis rei poſſeſſæ,& ideo intelligenda eſt ſolum in quantũ neceſſitas ipſa,& cauſa expoſtulat, cum id non fiat animo inducendi nouam diſpoſitionem, ſed ad effectum, vt poſſit cõpetere executionis ius contra ipſum poſſeſſorem onus recognoſcentem,& forte ſe obligantem, *Roman. conſ.417. Aretin. in l. debitor 39. §. veriſimile, ff. de contrahen. empt. Couar. variar. reſol. lib.3. c.7. ſub n.6.* hanc æquiorem dicit *Gutier. pract. q. lib.2. q.177. num.5 Felic. de cenſib. lib.3. cap. 6. n.7. Vincent. de Anna allegat.16. Ballus in pragmat. de cenſibus lib.5. quæſt.1. Auctor damnatus in Gloſ. Pariſienſ. §.11. n.19. Guid. Pap. deciſ.42. Campeg. de dote par.12. quæſt.92. Maſtrill. ad Petr. de Greg. de cenſib. q.5. n.233. Nauarr. de vſur. qu.22.* faciunt notata *per Milan. deciſ.11. lib.2. Tiraqu. de retract. lignag §.1. gloſ.18. n.39. Intrigl. de cenſib. qu. 66. vbi Additionator litter. B. Anton. Faber. C. de tranſact. lib.2. tit.4. diffinit. 9. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. rubr. de conſtitut. annui cenſus in rebus Eccleſiaſticis num.68. Velanzuela conſ.19. num.52. Azeued. ad l.1. tit.15. lib.5. recompil. n.8. Mut. dec. 6. n.3.4. Roder. de ann. reditib. lib.2. q.7. n.11.12. & q.9. n.56. Surd. conſ.445. lib.3.*

2 Dum ne per † colluſionem, aut negligentiã vel contumaciam poſſeſſio deſeratur, nemini enim ſua colluſio, vel neglıgẽtia prodeſſe debet, *l. ſi fundo tradito 13. §.1. & l. ſi ideo 55. ff. de euict. Anton. Fab. C. de tranſaction. lib.2. tit.4. definit.9. n.2. in allegatis Couarr. d. n.6. Campeg. de dote par.2. qu.92.*
3 qui enim ſuo † dolo deſierit poſſidere, pro poſſeſſore habendus eſt, quo ad omne iuris effectum, *l. qui dolo de regul. iur. Couarru. variar. reſolut. lib.3. cap 7. num.6. Foller. de cenſib. verbo vt vides num.8. Glo. in l. qui petitorio, ff. de rei vẽdic. Fontan. de pact. dotali clauſ.4. gl.9. par.5. num.133. Peregr. de fidei-*

comm.art.46.n.26.& prius artic.45.n.15. Caſtill.
dec.27 n.6.& dec.72.n.14.Menoch.de adipiſc.rem.
1.q.15.n.63,Cagn.in l.qui dolo n.1.de reg.iur,Pariſ.
conſ.5.n,26,lib.2,Mohed.dec,25.de renũc.alias 183,
4 Conſentaneum prædictis eſt, vt † ſe obligans
aliquod ſoluere,intelligatur ſe obligare quatenus
de iure teneretur,& nõ aliter *Seraph,de iuram,pri-*
uil,18.n.114.& priuil.13.n.20. allegat Afflict,dec.
399.n.13.Grammat.dec.103,n.168 Crauet.conſ.9.
n.2.conſ.217.Bald.in l.fin.C.ad l.Falcidiam, & in l.
Neratius,ff.de relig. l.hactenus,§.1. vbi Bart. ff.de
conſtit pecun.& in l 3.§.1.& in l.fin. ff.eodem Lan-
cellot.de attent.c,26.n.79,& ſeq, Roderic. de Ann.
reditib,lib.2.q 9.n.56,verſ. non tamen plus, Aluar,
Velaſch.de iur.emphyt.q.8.n.18, Maſtril.ad Gregor.
de cenſib.q.5.n.235.Menoc,conſ.1.n.89.& ſeq.Mã-
tic.de tacit.& ambig.conuent, lib.3.tit.7.n.19 ſequ.
quod procedit etiam ſtante iuramento,vt reſolu-
tum fuit in cauſa inter Don Grandoninm de A-
rizzo contra V.I, D. Hieronymo Beneuentano,
in Tribunali Conſiſtorij.
5 Ex ijs voluerunt aliqui, quod ſi obligatus †
poſſeſſionem dimittat, rem alteri vendendo, vel
aliter voluntariè diſtrahendo, amplius nõ tenea-
tur,hanc tenet *Intrigl,de cenſib.q,66, nu. 5, & ſeq.*
*fretus auctoritate Couarru.dicto loco,*prædictæ opi-
nioni numquam ego aſſentij,& concluſionẽ præ-
dictam aliter fore intelligendam, dico nempte, ſi
poſſeſſor, ceſſet poſſidere ex cauſa euictionis, vel
aliter neceſſaria,abſque eius facto voluntario,ſe-
cus ſi ex mero facto poſſeſſoris volũtario, ex quo
non ceſſare obligationem, licet factã ratione poſ-
ſeſſionis, dixerunt *Bal.Caſtrenſ.Alex.& Imol.in l,*
cum mulier la ſeconda,ff.ſolut.matrim. quos ſequu-
tus eſt *Anton.Ball.ad pragmat.Regis Alfonſi de cẽ-*
ſibus lib.5.q.1.n.11. quibus addo *Surd.de alim. tit,*
7.q.33.Campeg.de dote p.2.q.92. & licet *Ballus* ſe-
quutus,ſit declarationem *Paul.de Caſtro in d.l. cũ*
*mulier,*diſtinguẽtis inter poſſeſſorem, qui ad obli-
gationem aſtringeretur ex iuris diſpoſitione, &
poſſeſſorem, qui ex promiſſione propria tenere-
tur, quamuis occaſione poſſeſſionis rei, vt priori
in caſu,ſi ab eo auferatur, vel euincatur res, am-
plius nõ teneatur, poſteriori vero in caſu, quãuis
res ab eo auferatur, non liberetur; ſed adhuc in
obligatione permanet,& conueniri poſſit; Vtroq;
tamẽ caſu, intellige poſſeſſorem liberatũ re abſq;
facto voluntario à poſſeſſore ablata ſecus ſi ex fa-
cto ſuo, & propria alienatione, quia nõ liberatur
niſi ab auferente,vel emptore poſſeſſor indemnis
ſeruaretur, & cautio præſtita eſſet, quia tunc ce-
dendo iura,contra illum liberatur.nec ceſſionem
fore neceſſariam, quando in vẽditione facta eſſet
ſtipulatio Notarij pro creditore cenſus abſente,
cenſuit Ball.in dicto num.11.
Diximus poſſeſſorem à ſua obligatione nõ li-
berari,ſi ex mero actu voluntario rem dimiſerit,
6 quia † ſi alias ad dimiſſionem, vel vẽditionem de
iure cogi poterat, tam ſi iure retractus, vel aliter
adſtringeretur, eius obligatio ceſſaret, ac ſi ex
mera neceſſitatis cauſa rem deſierit poſſidere,
Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.18.n.39. Anton.de
7 *Ball.d.q.1.n.7.& 16.*Coacte enim † facere dicitur
is,qui id facit, ad quod cogi poterat, & ad quod
de iure teneretur, *Io:Andr. in cap. præterea verſ.*
extorquentes de offic. patr. Bal.in l. nouiſſimè per illũ
textum,ff.quod falſo tutor. auctor. Dec. & Cagnol. in
l.velle,ff.de reg.iur.Surd.de aliment.tit.1.q.26. n. 5.
ſol,22.& tit.fin.q.42.conſ.262.419. dec.305.n.28.
Vincen.de Franc.dec.49.n.5,dec,55.n 6.deciſ.200.
n.20.Decian.conſ.47.n.69.lib.5. Ioſeph Ludou.dec.
Peruſ.2,n.7.& concl.7.in 7.Fallent.cũ ſeq.Pont.cõſ.
44.n.15.16 lib.1,Menoc.lib.4.præſ.109.n.43.Mag.
dec,37.n.10.Suar.alleg.12,ſub n.3.Aldou.cõſ.15.n.8.
8 A præteritis † vero cenſibus decurſis tẽpore,
quo,& quamdiu poſſeſſionem rei detinuit,non li-
beratur poſſeſſor quomodolibet ex cauſa neceſſa-
ria euicta,vel ablata ab eius poſſeſſores ſit,quãuis
ad id non adſtringatur via exequtiua ex vi Bullæ,
& Regiæ pragmaticæ,ex quo nõ poſſidet,& Bulla
detentionem rei ſubiugatæ ſupponat tẽpore cau-
ſatæ exequutionis, tamquam qualitas iuncta ver-
bo,quæ ſecundũ tempus verbi regulãda eſt,ſed ex
ſua ſtipulatione,& promiſſione,ſi ita actũ ſit,alias
deſinente poſſidere, exequutiue non teneretur,
Ball.in d.pragmatica cenſus, q.1.n.21.ſequitur Ad-
ditionat.ad Intrigl.de cenſib.d.q.66.litt.B, in fin.
9 Rurſus nec ceſſaret obligatio poſſeſſoris † pro
futuris cẽſibus poſtquã coacte re euicta, & abla-
ta deſierit poſſidere, ſi ex tenore ſuæ obligationis
voluerit principaliter ſe ipſum ad cẽſum obliga-
re, quamuis poſſidere deſierit,& nõ ſteterit infra
limites promiſſionis, & ſtipulationis intuitu poſ-
ſeſſionis rei factæ, vt poſt *Couarr.* profitetur *Felic.*
de cenſib,lib,3,c.6.n.7. in fine; Sanè id puto proce-
dere, ſi expreſſe conſtet de poſſeſſoris voluntate,
& ex verbis ſtipulationis id apertum ſit, ſecus in
dubio,cũ potius cenſeatur intuitu poſſeſſionis rei
tunc voluiſſe teneri, vt eius promiſſio conformis
10 reddatur iuris diſpoſitioni, tum quia † promiſſio
numquam cenſetur emanata animo nouandi le-
galem prouiſionem, *l.4.§.ſi ex conuentione, ff.de re*
iudic.l.penult. C.de exequut.rei iudic. Bald.cõſ.329.
11 *n.1,verſ,ex aduerſo vol.1.*nec eſt † veriſimile,quod
in dubio voluerit quis ſe obligare in plus, quã de
iure teneretur, *Afflict.dec,399.n.3.Natta cõſ.416.*
Rolan.de lucro dotis q 37.Surd.conſ.34.n.34.deciſ.
132.n.1.ſeq. Rot.in vna Romana nullitatis obligat.
27.Februarij 1612. cor.Pirouano apud Farin.deciſ.
392,n.3.& per tot.par.1.tom.1. Card.Mant.de tac.
& ambig.conuent.lib,3.tit.7.n 19.& ſeq.
12 Et in caſu neceſſariæ dimiſſionis, † puta eui-
ctionis non obſtante obligatione iurata renũcia-
tionibus ampliſſimis, & ſtipulatione Notarij pro
creditoribus abſentibus, vel preſentibus pluries
in noſtris ſupremis Tribunalibus deciſũ extitit,
ceſſare obligationem factam contemplatione rei
ex *Couarruuiæ* Doctrina,& alijs ſupra. Ita M.R.C.
cenſuit de Anno 1624. pro V.I.D, Ioſeph Triolo
contra Syluiam Bonauolto, ſtante euictione ſe-
quuta feudi Geracis per Illuſtriſſimum Cardina-
lem Doriam Panormitanum Archiepiſcopum, &
pro heredibus Vincentij Cannizares conducto-
ris ſtatus Buteræ contra Carolum Cuares, cui
Vincentium tamquam conductor ſe obligauerat
de ſumma Gabellæ ſoluere vncias 400. quolibet
anno pro ſalario agentiæ Principis Buteræ, preci-
ſe ex *Surdo dicto conſ.445.lib.3. Paul. de Caſtr.in*
dicta

Digitized by Google

dicta l. cum mulier. la ſeconda n.2.ff.ſolut.matr. licet obligatio Vincẽtij tunc prætenderetur per modũ delegationis,& ad eſſet pactum particulare ſoluendi,quo ad dictam ſummam quacumque exceptione non obſtante,& de ſimili obligatio loquitur *Maſtril.dicta q.5.de cenſibus nu.233.* Item obli-
13 gatio † ſoluendi ſine aliqua exceptione non excludit iſtam exceptionem iuſtam, & de iure approbatam ex ceſſante cauſa poſſeſſionis,vt poſt *Roman.conſ.211.n.2.Iaſ.Felin.Marſil. Gambar.& Tiraq.cenſuit Rot.Rom.In vna Miranden. penſionis 7 May 1612.coram Domino Coccino Decano apud Farinac.dec.392.in fi.p.2.t.3.*

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum non admittitur niſi per debitorem probentur infortunia.*

2 *Ceſſione bonorum non gaudent debitores ex dolo Decoctores,& falliti.*

3 *Dilatione quinquennali an gaudeat debitor infortunijs non probatis, & nu.4.5.*

6 *Simulationis præſumptio ceſſat quando probatur veritas cauſæ & debiti.*

In dilatione quinquennali concedenda illa creditorum pars preualet vbi ſunt creditores conſanguinei debitori, licet ſumma ſit æqualis.

ARGVMENTVM.

Debitor an ad quinquennalem dilationẽ admittatur non probatis infortunijs ad intellectum Capituli ritus.190.& Capituli 24.Regis Ioannis.

RESOLVTIO XXII.

1 NIſi aduerſa fortuna† in paupertatem ſit merſus debitor idque probationibus apertũ ſit, a miſerabili ceſſionibus bonorum præſidio excluditur,ne introductum in miſerorum ſubſidium doloſis patrocinium præſtet debitoribus, contra mentem iuris,quod ne dum iuris cõmunis diſpoſitione fundari poſt omnes dixerunt ex noſtratibus *Giurb.dec.41.n.2.& ſeq. Caſtill. dec.135. n.1.2.3.& ſeq.lib.2..Anton.de Ball. lib.5.de ceſſione bonorum.n.9.fol.222.* ſed Regni noſtri conſtitutionibus ſub Rege Ferdinando *cap.11.* Alfonſo 190.
2 Carolo 65.& Ioanne 24.Itaque† conſtitutũ eſt doloſum debitorem de iure excludi ab huiuſmodi refugio ſic etiam de decoctoribus.fallitis,& ſimilibus *Caſtillus,& Giurba* locis prędictis poſuerunt *Scaccia de Commer.& cambijs §.2. gloſ.5.ſub num.66.& num.446.& §.7.gl.5.n.147.& §.1.q.7.p.2. amplia.8.n.123.in fine & §.7.gl.5.num.148.& ſeq.*

3 Ob id ſiniſtra,†& infortunia probanda eſſe per debitorem, cui à creditoribus maioris ſummæ conceſſa eſt quinquennalis dilatio,alij putarunt, vt iure cogi poſſint creditores minoris ſummæ ad concurrendum in dilatione prædicta, quod fundari prætenditur ex diſpoſitione dicti capituli 24. ſub Rege Ioanne ad exemplum bonorum ceſſionis.

4 Contrarium † cenſuit M.R.C.17.Maij 1607. pro Vincentio Sarzana creditore maioris ſũmæ cõtra Hieronymum Scilla V.I.D.creditorem minoris ſummæ Cæſaris Sarzana, tunc ſedentibus viris conſiliarijs doctiſſimis,& omnibus numeris abſolutis & ſub die 13.Nouembris 1619.pro Io. Petro Magliolo,nam de iure communi dilatio, quæ datur non per viã gratiæ à Principe,ſed per viã iuſtitiæ à maiori parte creditorũ ſeu a creditoribus vno,vel pluribus maioris ſũmæ afficit,& cogit creditores minoris ſummę ad concurrendũ in eãdem dilationẽ quamuis nulla probatio fuerit facta de aduerſa fortuna,ſeu vitio fortunæ debitoris,ſed competit etiam quod debitor, cui dilatio conceditur decoxerit,etiam culpa propria, vel dolo aut delicto, & etiam in actione iniuriarũ non enim conſideratur aliud ad concedendã hanc dilationem,niſi voluntas, & conſenſus maioris partis creditorũ *Pariſ.conſ.100.lib.3. Strac, de decoctor. qui plene diſtinguit p.6. n.20, t.6.p.1. fol.322.Vrſil.ad afflictum dec.288.n.4.* qui loquitur etiam quando fit remiſſio debiti quod eſt fortius,& ideo dictum capitulum Regni debet intelligi, vt iuri communi ſit conforme,non autem vt corrigat,vel exorbitet; quod probatur etiam ex verbis eiuſdem, & capituli, dũ loquitur de dilationibus,ſeu moratorijs,& quinquẽnalibus concedendis a quouis magiſtratu,& ſic nõ loquitur de concedẽdis a creditoribus maioris ſummę per viam iuſtitiæ, ſed de concedendis per viam gratiæ a maieſtate Regis, vel a quolibet iudice, vt dicit *textus* & exponit *Gloſa in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt Vrſil.dec.38.num.7.*& hac ſentit *Boniornus ſuper dicto capitulo in verſ.ſiniſtrum.* vbi diſtinguit.Inter dolum,& non dolum, & ideo *Bonior.* intelligit dictum capitulum procedere quãdo conceditur à Magiſtratu dilatio non ſi à creditoribus quia quãdo conceditur à creditoribus, vt dictum eſt, nõ fit diſtinctio inter vitium fortunæ ſeu culpam,& dolum proprium creditoris,& verba dicti capituli, quamuis etiam loquantur de ceſſione bonorum tamẽ intelligenda ſunt ſecundum præfatam diſtinctionem iuris communis, quia doloſus excluditur a benefitio ceſſionis,& ideo Sancitum fuit quod probetur vitium fortunæ,& fuit hoc idem ſancitum per præfata capitula Regis Ferdinandi. 10.& Regis Alfonſi 190.& Imperatoris Caroli 65.& per pragmatic. *tom.1.fol.62.* quę ſtatuta loquuntur de ceſſione tantum,& pariter beneficium ceſſionis conceditur a magiſtratu, quia magiſtratus admittit debitorem ad tale beneficio, & ideo verificantur omnia verba dicti capituli 24.Regis Ioannis,& ſi opus eſſet deberẽt impropriari,vel rectius ſingula ſingulis referendo adaptari iura ad illam partem capituli prædicti,ad quam adaptari,& verificari poſſunt.

Comprobatur quod hæc ſit veriſſima interpe-
5 tratio, quia ſtilus,† & communis practica hanc ap-

approbauit, quæ eſt interpres, & Regina interpetrationis legum, & ſtatutorum, & ſufficit bis fuiſſe deciſum, pro inde in dicta cauſa de ſtilla fuerunt M.R.C. oſtenſę originaliter plures numero deciſiones cum omnibus integris originalibus per Regiam Curiam prætorianam vrbis Panormi in qua curia etiã iudicãt aduocati veterani, & iuris practici, & docti, & vbi reſidet M.R.C. & iura floreſcunt, item fuit exhibita fides huius ſtilli ſubſcripta per aduocatos, qui fuerunt iudices M.R.C. & in ciuitate Meſſanę, & in Tribunali Conſiſtorijs ſeniores, & peritiſſimi, item fuerunt exhibitę deciſiones cũ omnibus deciſis originalibus per Magna Regia Curia etiam via appellationis a Ciuitate Meſſanę cum motiuis tangentibus eamdem pręſentem difficultatem item fuerunt exhibitę plures litterę conſimiles, de quibus ſunt plena regiſtra in quibus Prorex, & M.R.C. nunquam mãdauit, quod in quinquẽnali dilatione fiat aliqua probatio infortuniorum quod ſi opus eſſet vtique fuiſſet expreſſum, & ideo iudices etiam dictæ Vrbis Panormi, & Meſſanę adhærẽtes formæ ſuę delegationis M.R.C. & Principis, nullam exigunt, nec partes adhibent infortuniorum probationem.

Ex hijs poteſt dici, quod dictum Capitulum Regis Ioannis 34. quatenus contrarium diſponeret, pro vt non eſt non fuit vſu receptum, vel eſt per contrarium vſum ſublatum, & facilius fit reuerſio ad ius commune, ſed verius eſt, vt diximus quod eſt cõforme iuri communi, & ita fuit interpretatum, receptum, & practicatum, nec nouitatibus aperienda eſt via *leg. minime C. de legibus*, Ne traſgrediantur finis patrum noſtrorum *Menoch. libr. 5. præſumption.* 34 eligendo opiniones per quas ſuſcitarentur lites in prouincia contra *leg. æquiſſimum de iudic. Raudenſ. conſ.* 40. *numer.* 2. *libr.* 2.

Vnde detegitur erronea praxis cauſidicorum in ſimilibus dilationibus quandoque infortunia pro debitore articulantibus, & probantibus.

In eadem cauſa de ſtilla dubitatum fuit, quod, quia agebatur inter patrem creditorem maioris ſummæ, & Cæſarem filium debitorem præſumeretur crediti ſimulatio. *ex Aſiui de exequut.* §. 7. *c.* 48. *n.* 4. 5.

Sed quia de debito ſatis ante dilationem pu-
6 blicis inſtrumentis conſtabat ex† veriſſimis cau-
ſis omnis ceſſabat ſimulationis præſumptio ex
ſanguinis coniunctione oriente, *Marci dec.* 156. *l.*
1. *Houded. conſ.* 41. *lib.* 2. *Gratian. dec.* 150. *Laucel-*
lot. de attent. cap. 4. *limitat.* 20 *Rodoric. de Ann. re-*
dit. lib. 1. *q.* 18. *col. final. Peregrin. de fideicom. art.*
45. *n.* 29. 96. *Pariſ. conſ.* 120. *n.* 63. *Ruin. conſ.* 213. *n.*
10. *lib.* 1. *Crauet. cõſ.* 700. *n.* 5. 19. *Muta dec.* 26. *n.* 36.
& creditor dum cõcedit dilatione vtitur iure ſuo,
& facultate a iure conceſſa cuicũque creditori, &
ex hoc non cadit aliqua ſuſpitio, vel pręſumptio
ſimulationis, & aliunde oporteret clarę probari
quam ex ſola ſanguinis coniunctione.

Secundo in tantũ creditoribus ſanguine quo-
quomodo coniunctis cum debitoribus permitti-
tur eiſdem dilationes concedere abſque ſimula-
7 tionis ſuſpitione, quod ſi † inter creditores, &
creditores, diſpares votorum, eſset omnimoda paritas, ſeu æqualitas ſummarum, tunc præferuntur creditores conſanguinei debitoris volentes dilationem concedere; vel debitum dimittere, quia in eis concurrit duplex qualitas, videlicet creditum, & conſanguinitas *ita Bald. in l. imperator ff. de pact. per teſt. cum Gloſa, & ibi Aug. in l.* 1. *ff. de priuil. creditor. Aretin. l. pro hærede* §. *ſtipulari col.* 3. *ff. de aquir. hæred.* 10. *Vincen. de Anna. Alleg.* 57. *n.* 28. *lib.* 1. *Stracca loco præcitato n.* 9. 21. *Brun. de ceſſione bonorum q.* 24. qui etiam affert. *Tiraquellum de retractu* fortius in patre, qui ſi ab iſta facultate dilatione dandi priuaretur ne dum Cæteris extraneis creditoribus deterior eſſet effectus, ſed impie excluderetur a ſubſidio paternæ pietatis, & ita fuit deciſum, & exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiationes iurate per filiam dotatam facta reſcinduntur læſionis prætextus obtenta iuramenti relaxatione, & n.* 8. *& ſeq.*

2 *Reſciſſa renuntiatione iurata propter læſionem, filia tantum legitimæ ſupplementum in bonis paternis petere poteſt, & quid patre ab inteſtato decedẽte.*

3 *Læſio in renuntiatione per filiam facta conſideranda eſt habita reſpectu ad dotationis, & renuntianis tempus ideo filia congruenter dotata renuntians., aduerſus eius renuntiationem iuratam venire prohibetur.*

4 *Legitima debetur Nepotibus ex filia ſuper bonis aui ex perſona propria non obſtante filiæ renuntiatione, & habito reſpectu ad bona aui tempore mortis imputata tamen dote materna.*

5 *Dos congrue data inſpectis patris facultatibus tempore dotationis, non augetur auctis patris facultatibus tempore mortis.*

6 *Legitima filio aſſignata non augetur auctis patris facultatibus tempore mortis.*

7 *Dos de paragio legitime conſtituta non augetur auctis inde facultatibus, vel feudi redditibus tempore mortis patris.*

9 *Filia dicitur enormiſſimæ læſa ſi materna ſucceſſionis renuntiauerit, nihil de maternis bonis recepto.*

10 *Dos tantum a patre, & eius bonis profecta præſumitur (licet dixerit de maternis, & paternis bonis) filiam dotare, vel ita inſimul cum matre, vel ea præſente communem filiam dotem, ſi patris facultates ſufficiant.*

11 *Dotandi filiam paternum eſt onus & officium.*

12 *Vxor ſimul cum viro communem filiam dotans dicitur intercedere veluti fideiuſſor, & repetit à viro eiuſque hæredibus quid ex dicta cauſa ſolutum fuerit, & quando n.* 21.

13 *Pater diſtincte, & certitudinaliter dotem filiæ conſtituens, tam de paternis, quam de maternis bonis dotatio cẽſetur etiã de maternis bonis facta.*

14 *Renuntiatio plurium hæreditatũ pro vnica tantum dote, non ſubſtinetur.*

15 *Renuntiatio bonorum maternorum, ex quibus filia dotem non habuit tanquam ſine cauſa facta inualidatur.*

16 *Renuntiatio iurata a minore facta non valet, maxime ſtante Capitulo Regni.*

17 *Sta-*

17 *Statutũ indirectè poteſt iuramenti vires tollere, & cũ dolo extortum ob non ſeruatas ſtatuti ſolemnitates præſumitur.*

18 *Statutum præſumens, vel fingens dolum valet.*

19 *Iuramentum nihil operatur, vbi adeſt dolus verus, vel a lege præſumptus.*

20 *Renuntiatio iurata per filiam hæreditatis paternæ, & maternæ, non poteſt prætextu læſionis reſcindi, quando pater de paternis, & maternis bonis filiã dotauit ad ſummam con reſpondentem ad legitimam vtriuſque ex quo tunc filia, quo ad ſucceſſionem maternorum bonorum læſa dici non poteſt, & num. ſequent. per totum.*

25 *Iudices non debent eſſe faciles ad infringendas iuratas renuntiationes.*

26 *In dubio pronuntiandum eſt quod renuntiatio valida ſit & ſubſtineatur.*

ARGVMENTVM.

Iurata renuntiatio an prętextu immodicę lęſionis, reſpectu bonorum matris reſcindatur ſi a patre: & matre communis filia renuntians de paternis, & maternis congrue dotaretur ad ſummam vtriuſque legitimę debitam.

RESOLVTIO. XXIII.

1 ADuerſus † renuntiationem iuris iurandi religione roboratam *iuxta cap. quamuis de pactis in 6.* quaſi quotidie filias, etiam maiores impetrata iuramenti abſolutione in foro conquerentes videmus, idque prætextu immodicę lęſionis (quam enormiſſimam appellamus) in qua cum dolus re ipſa præſumptus contineatur ſatiſque ad reſciſſionem ſufficiens cenſetur caſus excluſus à dicto capitulo, qui, & ſi doloſam renuntiationẽ excludat, quoque renuntiationẽ lęſiuam excludere cenſetur, quia veri ſimilitudini, nec congruit renuntiantem filiam cum Iuramento ita immodicæ lęſioni renuntiare voluiſſe, & ad id facilitate in contractu matrimonij ducitur puella vt matrimonio tradatur, tum etiã quia ea propter verecundiam, vel metum, parentum votis annuit, *ita Couarr. in dicto cap. quamuis pactum §. 4. num. 3. verſ. ſed ſi dolus in fine, & ibidem Anchar. & conſ. 39. Dec. conſ. 180. numer. 2. cum ſequent. conſ. 379. num. 3. plene Eugeni. conſ. 29. per totum Ceſal. conſ. 137. numer. 71. & conſ. 642. numer. 81. Guttier. in repetition. dicti capituli quamuis pactum, & de iurament. confirmator part. 3. cap. 3. numer. 7. Porci Imol. libr. 4. concluſ. 32. Peruſin. deciſ. 18. num. 64. Facbin. controuer. iur. lib 8. cap. 69. Decian. conſ. 6. numer. 7. 8. libr. 1. Ceuall. commun. contra commun. q. 115. num. 4. Gregor. Lopes in l. 34. tit. 14. par. 5. verbo quanto quier in fine & in l. final. tit. 19. par. 6. verbo mas de la mitad. Molfeſ. in conſuet. Neapol. p. 4. de renuntiation. q. 1. num. 23. 24. Meno. conſ. 335. num. 49. verſ. rurſus Gabr. de iure dotium concluſ. 1. nu. 8. Honded. conſ. 29. lib. 1. Maſtril. dec. 186. num. 17. Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. glo. 1. p. 1. num 4. & ſeq. & n. 16. & ſequ. ad finem. & clauſ. 5. gloſ. 1. p. 3. ſub num. 27. vol. 2. Anton. Sola in conſt. Sabaud. tit. de alienation. bonor. minor. mulier. & cæt. gloſ. 2. num. 4. Carol. Anton. Pute. in conſ. vnico poſt conſ. Sforzie impreſſ. Gail. lib. 2. obſeru. 147. præciſe n. 11. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 96. num. 3. 6. & ſeq. Anton. Faber. C. de dotis promiſſ. lib. 5. tit. 6. defin. 7. ſub n. 17. & per tot. Anel. de Amat. conſ. 54. Franc. dec. 247. in princ. & n. 4. & ſeq. & dec. 119. n. 6. & ſeq. Gramat. dec. 101. num. 54. Caſtil. Sottomaior. lib. 3. controuerſ. iuris. c. 2. n. 39. 40. & ſeq. per tot. Maluaſi. conſ. 126. à n. 27. & ſeq.*

2 Ita vt † reſciſſa quandoque ex caput prædicto renuntiatione patre cum teſtamento decedente filiæ tantummodo legitimæ ſupplementum debeatur, & nihil aliud filia conſequitur, ſi vero inteſtatus deceſſerit pater ab inteſtato ſuccedet cũ fratribus in viriles, nec ſola legitima, vel legitimæ ſupplemento contenta eſſe cogitur collata tamen dote recepta *Ant. Faber C. de pactis lib. 2. tit. 3. defin. 8. Mainard. dec. 20. lib. 4. Carol. Pute cõſ. vnico num. 67. poſt conſ. Sforzie impreſſ.* & ita deciſum *dixit Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. gl. vnic. cap. 1. num. 41. 42.*

3 Dictaq. læſio † conſideranda eſt habitu reſpectu ad dotationis, ac renuntiationis tempus, ſi pater non congrue filiam dotauit ſecundum bona quæ nuptiarum tempore, & conſtituendę dotis pater habuit, & iuxta regionis morẽ, ſecus ſi congruẽter dos iuxta paternum offitium conſtituta ſit, inſpectis facultatibus patris, quæ tunc fuerunt cũ tunc nulla ſuperſit ſpes filiæ renuntiationis reſcindendæ quamtumuis pars, & facultates auctæ ſint, ſi quidem dotis datio non eſt hoc loco ad rationem legitimæ conſideranda (tunc enim foret conſtituenda iuxta qualitatem bonorum quæ pater tempore mortis habet) ſed iuxta officium paternum, & congrue iuxta paterna bona dotationis, & renuntiationis tempore *ita probat Couar. in repetition. dicti cap. quamuis pactum p. 3. §. 4. n. 7. concluſ. 12. & §. 3. poſt n. 3. Ant. Faber. in Cod. lib. 2. tit. 3. de pactis defin 21.* vbi quod Sabaudię Senatus ea diſtinctione illam à noſtris interpretibus tandiu vexatam quęſtionem conciliat. *Guttier. in d. c quamuis pactum in verbo a filia num. 11. Aldobrandin. conſ. 26. num. 114. cum pluribus ſequen. libr. 1. Fontanella de pactis dotal. clauſ. 9. glo. vnica p. 1. a n. 18. cum ſeq. vol. 2. & clauſ. 5. gloſ. 8. p. 1. nu. 18. 19. eod. vol. 2. Menoch. conſ. 6. n. 21. conſ. 918. n. 18. 19. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 88. n. 8. & 9. Rota Roman dec. 160. n. 7. poſt Pacificum de Saluiano interdicto, & dec. 202. num. 20. 21. 22. p. 2. diuerſor. Surd. plene conſ. 488. a n. 28. ad finem lib. 4. Signorol. conſ. 29. col. 2. verſic. præterea hoc enim Caualcan. dec. 32. p. 3. Tellius Fernandes in l. 23. Tauri n. 12. 13. Gramat. dec. 101. nu. 72. Molin. de Primog. Hiſp. lib. 2. cap 3. n. 27. 28. 29. Gabr. conſ. 156. n. 22. 23. lib. 1. Alex. conſ. 29. nu. 6. lib. 3. Petra de fideicom. q. 15. n. 129. & ſeq. Graſſ. §. legitima q. 13. verſ. aut filius, aut filia Serafin. de iurament. priuileg. 70. n. 10. & n. 16. verſ. ego tamẽ & priuileg. 163. Plene Caſtillus Sottomaior. controuerſ.*

9 Qualis enim fortuitus † in ſolitus vel valde
inopinatus caſus in propoſito dicatur firmant
Gutierez de iurament.confirm.par.1.cap.24.n.8.9.
& ſeq. Surd.conſ.61.num.67.68.conſ.445.n.41.&
deciſ.326.num.4.5.52.53.Hippolit.Riminald.conſ.
40.num.26 & ſeq.lib.1. Menoch. de arbitr. caſu 80.
conſ.27.n.14.conſ.156.n.6.Corn.conſ.12.lib.4. Ce-
ual.commun.contra commun.q.702. in fine , Scaccia
de commer. & cambijs §.1.q.1.num.134.135. cum
ſeq. Caſtil. Sotomaior. lib.3.controuerſ.iur. cap. 3. à
num.102.ad num.106. Azeued. l.2. tit.9.lib.9. re-
compilat.num.23.24. Carroc. de locato p.4. de caſi-
bus q.9.per tot. Mandel.conſ.1.num.8.Pinell.in l.2.
C.de reſcind. vend.p.1.cap.3. num 32. Caputaquenſ.
dec.96.p.1. Vrſil.dec.150.nu.27. Seraph.de iuram.
priuil.106.num.5.Burſ.conſ.16.num.73. Rimin.iun.
conſil.40. num 26.
10 Valde inſolitus † etiam dicitur caſus quando
nulla adeſt memoria , quod aliàs ab antiquo vel
antiquiſſimo tempore euenerit, Mandoſ.d.conſ.1.
Gama deciſ.349.Ripa de priuil.contract.cauſa peſtis
num.101.Corn.conſ.12.num.5.lib.4. vbi dicit dari
11 † caſum inſolitum in ſuperlatiuo gradu , qui nec
à diligentiſſimo viro potuit præuideri , idem di-
cunt Menoch.& alij ſupra , & latius de arbitrar.
caſu 80.lib.1.
Et licet ex parte Deputatorum Moli locatorũ
12 diceretur dicto caſu † dictam prohibitionem
valde inſolitam non videri , immò cõformem iu-
ris communis diſpoſitioni , eſſe ne merces & vi-
ctualia ad hoſtes transferantur ad text.in leg.1.C.
quæ res eſportar.prob. Marcus deciſ.62. lib. 1. Boer.
Stracc.per Maſtrill. dicta deciſ.299. num.3. quibus
adde Conrad.de contract.quæſt.51.concluſ.1. Sotus
de iuſt.& iur.lib.6.quæſt.2. art.2.colum.4. fol.565.
in fine, Scaccia de commerc.& cambijs §.1.q.7. par.
3 limitat.17.num.24. fol.457. tamen replicabat
13 cõductor † prohibitionem de iure communi per
dictam l.1.verſ.quiſquam , & per conſequens Re-
giam prohibitionem factam tàm ſubditis , quàm
Gallis, ceteriſque non ſubditis eſſe omninò ino-
pinatam,& inſolitam, immò contra notoriã con-
ſuetudinem per quam tàm Gallijs , quàm alijs
cuiuſcumque dominij libere extrahere permitti-
tur à Regnis Hiſpaniarum , & vtriuſque Siciliæ
merces pro quacumque parte mundi , prout de
nouo ſeruari videmus, quia Rex huiuſmodi pro-
hibitionem reuocauit , & commercium in eius
priſtinum ſtatum hodie repoſitum eſt.
Corroborantur præmiſſa ad fauorem condu-
ctoris, quod reſpectu non ſubditorum, erat caſus
valde inſolitus , & inſolutiſſimos continens ma-
gnum grauamen præſtandi nempe fideiuſſionem
14 de 30.pro centenario , quia † de facili fideiuſſo-
res non reperiuntur , maximè à mercatoribus
eſteris in loco forenſi,ſeu alterius domicilij l.2.§.
penult.ff.de iudic.Surd.deciſ.279.num.13.Nec ade-
rat memoria quod huiuſmodi onus fideiuſſionẽ
prædictam præſtandi vnquam fuerit impoſitum ,
quæ ſaoè opinio verior , & receptior eſt ſi rectè
intueamur .
Placuit proinde hodie practicis cauſarum pa-
15 tronis † ac regijs miniſtris indemnitati locatorũ
conſulentibus,& præciſe Vrbis Panormi,& Regiæ
Curiæ ad prædicta euitanda in conductione ga-
bellarum cõſulere quod in inſtrumentis locatio-
num aperta conuentione apponatur cõductoris
expreſſa renuntiatio caſus ſoliti,inſoliti, & valde
inſoliti,ſeu omnium,& penitus incogitati, & ino-
pinati ex mille annis, & vltra ex Fabro Cod. de lo-
cat.lib.4.tit.42.defin.2.& 53.Caſtil.Sotomaior.l.3.
controuerſ.iuris c.3.num.96.97. Quo fit, vt amplius
audiendus conductor non ſit , ſi poſtea remiſſio-
nem mercedis petat ob caſum fortuitum, qui ſu-
peruenerit, quantumcumque inſolitus propona-
tur; Et ſi enim non ſolent conuentionum clauſu-
læ quamuis generales ad incogitata extendi, non
rectè tamen diceretur de caſibus inſolitis non co-
gitaſſe illos , qui incogitatum quemlibet caſum ,
conuentione comprehendi voluerunt.
16 Suborta eſt etiam difficultas † ſi ſopra dimi-
diam conuentæ mercedis partem iacturam ſen-
tire debeat conductor adhoc, vt remiſſionem pe-
tat, in quo diuerſas verè cõſtat adfuiſſe ſentẽtias.
17 Prima quod † damnum debeat eſſe vulgi opi-
nione reputatum notabile , vt poſſit peti merce-
dis remiſſio, Neuizan. conſ.90. num.9. Velaſc. qui
plures refert de iure emphyt. qu. 27.ſub n.24. col.2.
verſ.& prima, & col.8. verſ.& hactenus.
18 Secunda quod † prudenti ius dicentis commit-
tatur arbitrio, quantum ex iactura damnum con-
ductoris menſurandum ſit, ad remiſſionem mer-
cedis conſequendam, Couar.practic.quæſt.cap.30.
Menoch.de arbitr.caſu 76.in fi. & caſu 80. Boſsi. de
remiſs.merced.n. 12. Lancellot.Galliã cõſ.118.n.63.
19 Tertia quod † ſufficiat probare conductorem
ipſum non percepiſſe dimidium eius , quod erat
ſolitum percipi ex iuribus arrendatis ante caſuũ
ſiniſtrorum euentum, Pariſ.conſ.38.num.22.lib.1.
Gozadin.conſ.74.Gigas de penſion. dicẽs magis com-
munem quæſt.62.bene Paſſett.conſ.111.n.34.
20 Quarta † quod tot fructus conductor conſe-
quutus non ſit , qui ad perſoluendum dimidium
penſionis aſcendant, ex Couar. practic.quæſt. cap.
30. Vini.deciſ.72. Menoch. de arbitrar.caſu 78. &
conſ.1121.num.12.lib.12.Peruſin deciſ.50.num.8.
Fab.de Anna conſ.64.lib.1.Neuizan.cõſ.90. Rolan.
conſ.86.lib.3.Burſat.conſ.11.nu.28. & ſeq. Ludou.
concluſ.12.verſic.quæ autem ſterilitas , Anton. Fab.
C.de locat.lib.4.tit.42.defin.3. Amatus conſ.21.n.3.
Torni.in compend. deciſ. verbo Remiſsio mercedis ,
Barz.dec.59.num.15.Corn.conſil.128.col.4. lib. 2.
Pariſ.conſ.38.num.14.lib.1. Natta conſ.449.nu.1.
Cened.collectan.116.Conuan.commentar.lib.7.cap.
11.nu.13.in princ. Ceual.commun. contr. commun.
quæſt.57.Caſtil.Sotomaior.lib.3.controuer.iuris c.3.
num.36.Cardin.Tuſc.concluſ.431.n.2.litt.L.Mant.
de tacit.& ambig.conuent.lib.5. tit.8. num.30. ſeq.
33.37.ſeq.vol.1.Cancer.variar. reſolut.lib.3. c.15.
de renuntiation. nu.140. Rota Romana apud Farin.
deciſ.188. Gratian.diſcept.534.n.39. Maſtril.deciſ.
299.num.110.ſeq.lib.3. Cornazan. dec.53.num.5.
Ricc.collectan.1033. Et in hoc Bart. in d.l.licet, C.
locati, videtur ſibi aduerſare dictis per eum in d.
§. item cum quidam l.4.ff eodem. Et ſolet concilia-
21 ri † quando damnum venit ex vitio naturali fru-
ctuum , ſecus quando venit facto Principis , vel
tertij, pro quo eſt conſiliũ ſolemne Surdi 34.lib.1.
quem

Digitized by Google

quem in parte improbat modernus Germanus *Hyeronimi Pantaſin tract.de locat. quæſt.9.nu.14.* vide *Boſſ.de remiſſ. merced. n.* 104. *Cotta immemoriali in verbo conductor*, qui teſtatur decisum non eſſe neceſſariam læſionem vltra dimidium.

Item aduertendum ad id quod dicitur neceſ-
22 ſariam læſionem vltra dimidium † procedere quando fructus deficiunt, & non ita ſi res ipſa, eiuſque ſubſtantia, deficiat, etiam quod in dimidia non ſit, quia pro rata damni illati in ſubſtātia rei, ſit remiſſio, *Surd.conſ.34.num.20.& deciſ. 326.num.55.65.& plenius conſ.400.num.5.26.& ſeq. & conſ.507.num.7. Menoch. conſ. 671. lib. 7. Vbald.de duobus fratribus p.11. num. 113. Boſs. in titul.de remiſs. merced.num.185.& 103. cum ſequ. Cardin.Tuſch.concl.431. num.8. littera L. Maſtrill. dicta deciſ.399. num.111.112. ſeq.* & omnes alij ſupracitati concurrunt.

23 Nec requiri quod † damnum ſit in dimidio, vel intolerabile, quando quoquomodo peruenit ex facto locatoris, quia tunc etiam pro rata ſit remiſſio, abſq; diſtinctione an ſit magnum, vel paruū ex *Bart. in dicto §. item cum quidam Cotta in dicto verbo conductor, Menoch.cōſ.55.n.13.& conſ.671. lib.7. Hippolit Riminald. conſ.282.num.16.lib.3. Eugen.conſ.50.num.58.59. Moder.German.in dicto tract.quæſt.13. Card.Mant. de tacit. & ambig. loco præcitato,* & omnes alij ſupra *Caſtill. Sotomaior, lib.3. controuerſ.iuris c.23. num. 26.ſeq. & melius n.39.ſeq.Bertacchin.de gabel.p.2.q.22. n.41.42.*

Ex quibus fuit in alia cauſa in primo, & ſecundo iuditio conceſſa mercedis remiſſio pro certa parte Antonino Calandrino Gabelloto Gabellæ impoſitæ ſuper farinis huius vrbis.

Pariter in Tribunali Regij Patrimonij deciſum fuit pro Benedicto Benſanti Arrendatario Regiæ Curiæ Secretarium Vrbis Panhormi Ciuitatum, Terrarum, & Cephaludi, & pro Bartholomeo Benenati eodem modo Arrendatario Regiæ Curiæ Secretarium Ciuitatis Meſſanæ, quibus ad certam ſummam, & ratham aduerſus Regium Fiſcum remiſſum fuit mercedis debitum, idque ex ſiniſtris iam euentis tempore arrendamenti deductis, primum propter peſtem in Comitatu Barchinoniæ, ex quo non acceſſerunt in Regno naues ſolitæ pannis, ferro, alijſque mercimonijs in maxima quantitate onuſtæ, vt hactenus erat ſolitum, ſecundum ob indictum bellum à ſua Catholica Maieſtate de Anno 1588. in Gallia Prouincia, & Anglia, & propterea nec acceſſerūt naues ſolitæ ab Anglia, Olanda, Zelanda, & Alemania; Tertium ob probatam nauium expulſionem poſt ceſſatum peſtis flagellum à Barchinonia mercium onuſtarum venientium, Quarto ob famem, & penuriam in Regno reſultantem ſecūdum probata, ob ingentem conceſſionem tractarum frumentorum, tunc per Proregem Illuſtriſſimum, ex quo etiam reſultauit prohibitio extrahendi merces in farina, liguminibus, & alijs comeſtibilibus à Regno; Quinto ob nouum vectigal. impoſitum granorum quinque plus tareno ſolito ſuper ſerici extractione pro qualibet libra de Anno 1592. Qui caſus cum tempore dictorum arrendamentorum in ſimul euenerint, valde inſolitum iudicatum id fuit, in quibus verè nimium verſabatur. etiam factum Principis, locatoris, ex quo fortius petitio arrendatariorum roborata fuit ac conceſſa mercedis remiſſio certo modo, renuntiationibus caſuum ſiniſtrorum quomodolibet non conſideratis.

Quamuis ex aduerſo in dicto caſu diceretur
24 conſiderandum eſſe † ſi factum locatoris non ſolum non ſit iniuſtum, ſed etiam iuſtum, & notorium, quia in facto notario videtur requiri damnum intolerabile, vt in terminis gabelloti farinæ dixit *Bald.conſ.465.n 4. verſ.ſed hic eſt aduertendū lib.2. Bero.conſ.141. num.3.ſeq. lib.1. ſubſcribentes ad Soccinū conſil.88.in fine lib.1. Card.Tuſch.concl. 431.num.55.62. littera L qui remiſſiuè refert Surd. dicto conſ.34.num.9. Hippolit.Riminald. conſil. 92. num.17.18.* nec contrarium dicit *conſ.282.lib.3.* nam licet *num.16.* arguat in contrarium tamen *ſub num.132.* ſe remittit ad ea, quæ dixerat *d.conſ. 92.n.18.* At etiam ſi factum locatoris eſſet iuſtum *ex l. cum proponas, C. de naut.fenor.* diſſentijt *Menoch.conſ.55.num.14. lib. 1.* etiam ſtantibus ampliſſimis renuntiationis verbis poſt *Crauet.Pariſ. Anchar.Alciat.& alios,& conſ.27.n.12.& conſil. 146.in fine,* quod fiat mercedis remiſſio, cum locator ſemper in culpa eſſe videatur quo ad conductorem, *Gloſ.in l.ſi merces, §.culpè per illum textum, ff.locati, vbi Bart.& in l.ſi vno, §.idem cum quidam n.3.ff.eo.& in ſua quæſtione publicamus nu.14. Anan.conſ.76.n.3. Boſſ. de remiſſ. merced. conduct. ſub n.92. Alciat.conſ.689. n.4.5.vel conſ.93. lib.8. bene Roger.conſ.7.à n.51.ad n.57.& à num.68. ad num.76.& nu.124.in principio, Coru.conſ.12.lib.4. Ripa de priuileg.contract.peſt.n.85. Gozadin.conſil. 27.num.20.21.& 28. alios refert Ludouic.concluſ. 12.colum.3.verſ.& quod dictū eſt, Burſat. conſ.309. num.5.6. Lancellot.Gallia conſ.22. n.15.& ſequent. & num.18. Cardin.Tuſch.concluſ.431. num.59.& 61. litt. L. & concl.430.n.48.& 49. littera F.Crau. conſ.95.num.7. Bero.conſ.146.num.44.lib.3. Roland.conſ.69.n.15.& ſequent.lib.2. Gabr.conſil.37. n.11.lib.2. Caſtill Sotomaior. lib 3. controuerſ.iur. cap.3.num.43.44.57.58.& ſeq. Pariſ.conſ.40.n.6. lib.1. Paul.de Montepico conſ.76. n.18. Natta conſ. 360.n.1. Azeued.l.2.tit.9.lib.9. recompil.ex n.11.*

SVMMARIVM.

1 *Via exequutiua per viam iniunctionis, & præcepti, quæ ex capitulis Regni agitur pro reemptione ex pacto de retrouendendo, ſucceſſit in locum actionis realis de iure.*

2 *Pactum de retrouendendo eſt rei perſequutorium, & competit realis actio, vel in rem ſcripta contra tertium poſſeſſorem.*

3 *Pactum de retrouendendo, ſiue ius luendi in bonis noſtris eſſe dicitur.*

4 *Pactum de retrouendendo eſt ceſſibile, & ad hæredes tranſmiſſibile.*

5 *Pactum de retrouendendo ius luendi, an pro re ex eo recuperata exequi poſſit, n.13.ſeq.& n.23.*

6 *Pactū de retrouēdēdo in Regno eſt inpræſcriptibile.*

7 *Reluitio, & reemptio ſtante pacto de retrouendendo, de facili ſperatur.*

8 *Hypo-*

8 *Hypotheca iuris luendi, ſeu alterius iuris ad rem, extenditur ad rem ipſam ex eodem iure recuperatam, vel reemptam.*
9 *Actionem, vel ius habens ad rem, rem ipſam habere videtur, 10. Quid in ſtatuto num. 16. 17. 18. 19. Quid in contractibus num. 20.*
10 *Diſpoſitio cap. Titius ſi de feudo fuerit controuer. inter domin. & agnat. an procedat in iure luendi ad feudum alienatõ.*
11 *Pactum de retrouendendo, vel ius luendi cedens, rem ipſam cedere dicitur.*
12 *Ius ad rem, iudicatur ſicut res ipſa.*
14 *Cauſa quemlibet, de iure eſt ordinaria.*
15 *Dictio videtur Importat fictionem.*
16 *Statuta non habent locum in caſu ficto, ſed vero.*
17 *Collectã pro re qui tenetur ſoluere ex forma ſtatuti, non tenetur pro actione quam haberet ad rem.*
18 *Prohibitus vendere rem ex forma ſtatuti, non erit prohibitus ius ad rem, quod habet vendere.*
19 *Actio vel ius ad rẽ minus æſtimatur, quã res ipſa.*
21 *Via exequutiua non datur, niſi pro eis, quæ oculis corporis in contractu loquntur.*
22 *Iudex in dubijs tutiorem partem eligit, admittendo oppoſitiones rei in exequutiuis, ex quo vtriq; parti cõſulit, & ſaluũ remanet ius actoris via ordinaria.*

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo ius luendi, an pro re ex eo recuperata exequi poſſit.

RESOLVTIO XIX.

1 VIa exequutiua † per viam præcepti, & iniunctionis, qua hodie in Regno vtimur etiam contrà quemlibet tertium poſſeſſorem pro recuperatione rei ex pacto de retrouendendo, ita capitulis Imperatoris Caroli 214. & 256. ad Regni petitionẽ diſponentibus in locum actionis realis de iure pro pacto de retrouendendo competentis ſub-
2 rogata eſt, quæ contra † tertium quemcumq; rei poſſeſſorem abſolutè ad retrouẽdendum petitur ſecundum veriorem opinionem *Pauli de Caſtro in l. ſi cum venderet ff. de pignorat. action.* Magis cõmunem dicit *Roger. in l. traditionibus num. 54. C. de pactis, Cagnol. in l. 2. C. de pact. & in praxi ſeruandã dicunt Guid. Pap. conſ. 49 Couar. lib. 3. var. reſol. c. 8. nu. 2. 3. Socein. iun. conſ. 129. lib. 2. Addit. ad Alex. conſ. 10. lib. 1.* quã vti veriorem & magis communem ſequitur *Magon. deciſ. Lucenſ. 80. n. 2.* & veriorem teſtatur *Blaſeus Lanza in cauſſa Montis rubei*, & quod eam amplectitur Magna Curia, *Io Aloyſ. de Septimo in cauſſa Sicilianæ.* Magis communem tradit *Cannec. in c. volentes, §. ſed quid ſi fuerit n. 18. fol. 113. Caſſan. cõſ. 33. Boer. dec. 182. Moroc. cõſ. 62. n. 8. Io: de Anania in c. conqueſtus de vſur. Dec. conſ. 614. n. 4. & conſ. 187. n. 4. Anton. de Burgos in c. ad noſtram de empt. et vend. Io: Crotus conſ. 20c. lib. 2. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. glo. 7. n. 7. 15. Menoch. conſ. 63. n. 14. Crauet. conſ. 201. col. 1. Nenizan. conſ. 88. n. 8. Alciat. conſil. 125. in fine, Anton. Faber C. de pactis inter empt. & vend. lib. 4. tit. 36. defin. 3. & 8. Caſanate conſ. 7. n. 10. 11. ſeq. Autor d. Luat. in Glo. Pariſ. §. 23. n. 11. Pinel. in l. 1. p. 2. c. 3. n. 20. de bonis maternis, Menchaca controu. Illuſtr. c. 69. n. 8. Frãciſ. de Caldas pereyra in l. ſicuratorem habens verbo ſua facultate n. 62. Guttier. conſ. 27 n. 2. Greg. Lopes l. 42. tit. 5. par. 5. glo. fin. Caualc. dec. 16. n. 6. p. 2. Felician. de cenſib. lib. 1. c. 6 n. 10. Carpan. ad ſtatut. Mediol. 417. verb. luere, & c. 434. n. 16. lib. 1. Additio ad Roſent. de feud. c. 10. concl. 7. ſub n. 7. litt. D. Hartaman. lib. 1. tit. de pact. & tranſact. c. 5. Amendula ad Francum dec. 64. n. 12. Gabr. Pereira de Caſtro in dec. Supremi Senatus Portugall. deciſ. 15. n. 6. Ricc. collectan. 5. in fine, Viu. cõmun. opin. 579. Trentacin. var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. à n. 17. & ſeq. ſecundum eius declarationes. plene Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. à nu. 44. cum plur. ſeq. vol. 1.* & de hoc nunquam vidiſſe dubitare teſtantur *Noſtrates* recẽtiores in cauſa Donnæ Lauriæ Spinula & del Porto contra œconomum Monaſterij Sancti Martini de Scalis exploſa opinione *Alexandri conſ. 10. lib. 1. & aliorum ex Bart. in l. 1. n. 10. ff. de donat. in l. ſi prædium, C. de edilic. edicto in l. ſi hominem, ff. de vſucap. Bal. conſ. 482. lib. 1. Aret. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acq. poſſeſſ. Curt. Sen. cõſ. 12. Dec. in l. traditionibus, C. de pact. Tiraq. alios refert de retrac. conuen. §. 1. gloſ. 8. n. 16. Conar. d. n. 3. Gail. lib. 2. obſeru. 16. Miſing. centur. 6. obſeru. 69. Alciat. in l. tradition. C. de pact. Marc. dec. 601. par. 1. Ruin. conſ. 32. n. 15. 16. lib. 1. Ancbar. inn. par. 1 q. 13. Bero. conſ. 155. n. 33. 34 38 conſ. 164. num. 23. lib. 1. Gramat. conſ. 282. n. 3. Gabr. conſ. 66. num. 4. 5. lib. 1. Roland. conſ. 62. n. 33. lib. 2. Fachin. cõtrou. iur. lib. 2. c. 15. Decian. conſ. 106. n. 10. lib. 3. Pancirol. cõſ. 144. Magon. dec. 105. n. 2. in Florent. Grinel. deciſ. Dolan. 52. n. 33. Roſent. de feud. c. 10. concl. 7. n. 7. Afflict. in conſtit. pacis cultum col. 6. verſ. item ſicut pactum, & in conſtit. dine memoriæ col. 9. verſ. pondera bene, Anton. de Rubeis conſ. 159. Trentacin var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. ſub n. 17.* perſonalem tantum pro pacto de retrouendendo competere profitentium.

Vendito proinde iure luendi ad rem cum pacto idem ius retrouendendi quandocumque pro certo pretio nulla rei recuperandæ ex eo iure luendi vendito, eiuſque reuenditionis mentione
3 facta (quod † cum in bonis noſtris, ius illud eſſe dicatur, *Fab. de Anna conſ. 4. nu. 75. Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 16. n. 21. Surd. conſ. 409. n. 13.* cuilibet
4 † cedi poteſt, ſicut & tranſmittitur ad hæredes, *Caualcan. deciſ. 32. lib. 3. Crauet. conſ. 113. Roland. conſ. 28. lib. 2. Fachin. controu. iur. lib. 2. c. 11. Caſan. cõſ. 7. n. 17. 18. 27. Trentac. var. reſol. lib. 3. de empt. & vend. reſol. 10. n. 5. Cornaz. dec. 19 n. 2. ſeq. Ioſeph Ludon. dec. Peruſ. 23. & cõcl. 16. in lation. 44. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 6. n. 1. Farin. dec. 502. n. 2. par. 2. tom. 3. Card. Seraph. dec. 1063. n. 9. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. nũ 13. 14. 17. vol 1.*
5 *Cabal. conſ. 88. n. 10. li. 2.*) ex dicto † iure luendi re interim per emptorem, dicti iuris recuperata, dubitatur an pacto vti poſſit venditor facto pretij conuenti integro depoſito cõtra rei poſſeſſorem ad retrouendendũ rem habitam, & recuperatam ex iure luendi vendito, cum nouo pacto de retrouendendo.

Articu-

Digitized by Google

Articulus affirmàtiuè videtur reſoluēdus licet
de re ex illo iure luendi vendito reempta, vel re-
emenda pactum non prouideat, cũ innegabile vi-
deatur de re reemenda,& recuperanda ex dicto
iure luendi cogitaſſe contrahentes, maxime ſtãte
pacto affirmatiuo cũ verbis de notantibus perpe-
tuitatem, videlicet ſemper,& quandocumq; quod
6 † pactum de iure extenditur vſque ad 40. annos,
vel ſaltem ad 30.& ex forma dicti capituli nouiſ-
ſimi a 14. eſt in præſcriptibile, & ſic voluerunt
partes intelligere etiam de retrouendendo rem
reemendam ex dicto iure luendi & abſurdũ eſſet
cogitare, quod partes putaſſent emptorem non
debuiſſe eo in re luendi vti, maxime ſi ex titulo
oneroſo emptionis, vel dotis, aut aliter illud con-
7 ſequutum fuiſſet, cum ſtante † pacto de retrouen-
dendo prædicto,& iure luendi, reluitio, & reem-
ptio de facili ſperetur, Vincen. de Franc. dec. 283.
n. 5. Maſcard. concl. 1250. n. 58. 59. de probat. Mon-
ter. dec. 1. n. 45. Macabr. conſ. 29. n. 228. Nec præ-
ſumitur niſi præmeditate quem ius luendi acqui-
rere voluiſſe, & ad rem ex eo conſequendam ex
communiter accidentibus, ſciebant itaq; partes
quod non poterat amplius dictum ius luendi vē-
ditum exercitio conſumptum, & extinctum reui-
uiſcere, vt illud retrouendi potuiſset, ob id neceſ-
ſario intelligere voluerunt de retrouenditione rei
ex eo iure, luendi recuperatæ.

Aſſumptum prædictum de iure quoque ſubſti-
8 neri poſſe videtur, nam iure ad rem † aliquã hy-
pothecato, ſi ex illo iure res acquiritur, pignus
quoq; ſuper re contrahitur. & ad rem extenditur
obligatio, ſi ex alia cauſa res nõ fuerit recupera-
ta, Bart. in l. 1. § 1. ff. de pign. Neguſ. 3. membr. 2. par-
tis n. 57. Crau. conſ. 973. n. 2. in fi. Card. Tuſc. concluſ.
757. n. 4. 5. litt. S to. 7. Bal. conſ. 112. n. 5. par. 1. Ca-
ſtil. dec. 10. n. 2. Menoch. cõſ. 77. n. 1. Maſtr. dec. 150.
9 n. 20. ſeq. & de cenſib q. 5. n. 155. 156. Tum quia †
ius luendi ad rem acquirens ſicut & vendens, rem
ipſam habere videntur, conſequenter de re, nõ de
iure luendi retrouendendo, actũ eſſe inter partes
dicendũ eſt l. qui actionẽ, ff de reg. iur. l. fundi partẽ,
ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. cõuent. in præ-
fat. n. 70 Fab. de Anna conſ. 4. n. 75. Ponte conſ. 79.
li. 1. Maſtril. dec. 118. n. 2. Alex. conſ. 27. lib. 3. Dec.
conſ. 9. n. 76. lib. 2. Surd. de alim. tit. 6. q. 3. n. 71. Ca
10 ſan. conſ. 10. n. 15. Adeo quod † Cannic. in cap. vo-
lentes fol. 111 ex hoc tenuit quod remedium ex
c. Titius competens non ſolum procedit quando
alienatur feudum, ſed etiam quãdo alienatur ius
luendi ad feudum ex Iſernia in conſtit. honorem, &
alijs, quamuis cõtrarium voluerit Io. Aloyſ. de Se-
ptimo in cauſa Tani, & Afflict. quarum argumētã
confutat Cannic.& ſi cũ opinione Io. Aloyſij con-
cordent Franciſ. de Neapol. & Boniornus in cauſa
11 verbum cauli, Tum etiã † quia ius luendi cedens,
rem ipſam cedere dicitur, & videtur tacitè bona
luere, eaque ſic ceſſionario tradere, Ceſal. cõſ. 460.
n. 24 25. Caſanate conſ. 10. n. 193. Auctor damnatus
in Gloſ. Pariſienſ. §. 55. gl 1. n 131. Celſus Vgon. cõſ.
40. n. 20. Cannec. in cap. volentes fol. 111. n. 14.
12 Item quia † idem iudicamus de re, quod de
iure ad rem ipſam cõpetens; l. ad diſſoluendã, C. de
præd. minor. Barb. cõſ. 51. col. 12. vol. 1. Alex. cõſ. 27.
lib. 3. Dec. conſ. 9. n. 76. lib. 2. Vinc. de Fran. dec. 242.
Rodoan. de reb. eccleſ. fol. 85. n. 18. & ſeq. Ponte cõſ.
5. n. 10. lib. 1. Cannic. fol. 30. n. 4. & 111. n. 15. pro-
miſſo, ob id ipſum ius luendi retrouendi debere,
rem quoque reemptam, cum qua extinctum eſt,
intelligimus, cum nil tam naturale ſit, quam eodẽ
genere, quodque diſſolui, quo colligatum eſt.

Verum hæc omnia de planu procedere mihi
13 probantur † quotieſcũq; via ordinaria per alie-
nantem ius luendi, ad rem reemptam,& ex eo iu-
re recuperatam vigore pacti de retrouendendo
ius prædictũ contra rei poſſeſſorem actum eſſet,
ſecus ſi prætendat vti beneficio ſtatutorũ ex di-
cto capitulo nouiſſimo a 14. & via exequutiua,
per viam præcepti ſe dirigendo iuxta tit. C. com-
14 min. vel epiſt. quæ ſunt valde exorbitantia cum †
de iure, quælibet cauſſa, ordinaria ſit gloſ. in l. 3. ad
exhib.& inſtrumenta de iure regulariter non ha-
beant exequutionem paratam ad teſt. ad l. minor
25. annis, ff. de minor. cum ſimilibus, maximè quia
capitula nouiſſima inducũt multa ſpecialia exor-
bitantia, quia derogant pactis conuentis, tollunt
pręſcriptionem,& demum dant exequutionẽ con-
tra tertium, quod de iure erat dubitabile ſi pactũ
de retrouendendo poterat exerceri contra ter-
tium, vt dictum eſt, ſequitur ergo, quod in ſtatutis
ceſſat illud axioma, quod qui habet actionem ad
15 rem ipſam rem habere videatur, nam † verbum
videtur importat fictionem, aliud enim eſt habe-
re rem, aliud videri habere,& ideo dicitur habere
fictè,& impropriè, ita Bar. in l. ſi is, qui pro empto-
re col. 5. ff. de vſucap. Glo. Bar. & Bal. in l. nemo, ff. de
in integr. reſtit. Dec. in d. l. qui actionem, ff. de reg. iur.
16 & l. quod euincitur, ff eod. Ex quibus † Bart. negat
regulam procedere in ſtatutis maximè exorbitã-
tibus, & executionem tribuentibus, quæ non in
caſu ficto, ſed vero locum habent, Gloſ. & Dec. in
d. regula qui actionem, Bart. conſ. 133. Alex. in l. Gal-
lus, §. videndum col. 2. ff. de liber. & poſthum. & cõſ.
75 li. 6. Socc. conſ. 100. li. 1. Maſtr. de cenſ. q. 5. n. 157
17 Caſtil. deciſ. 144. n. 3. lib. 2. Ob id qui † ex ſtatuto
tenetur collectam ſoluere pro re, non tenebitur
pro actione, quam habet ad rem, Bart. in l. ne-
mo, ff. de in integr. reſtit. & in l. fin. §. penul. ff. de cen-
18 ſibus. Nec † qui prohibetur ex ſtatuto vendere
rem, prohibitus cenſetur vendere actionem ad
rem, Bart. & alij in dicto §. videndum l. Gallus, ff.
de liber. & poſthum. quæ refert Tiraqu. de retract.
conuen. glo. 1. num. 49. qui pariter n. 48. 50. & 51.
19 oſtēdit † ex multis quod minus eſt habere actio-
nem ad rem, quam rem ipſam, quia minus æſti-
matur actio, quam res, item quia multa poſſunt
interuenire, quod quis non reemat, puta pecunia-
tum neceſſitas, & alia quæ apud eum legi poſ-
ſunt, vbi etiam reſpondet ad Barbaciam dicen-
tem quod ſi venditor poteſt redimere perinde eſt
ac ſi iam redemerit, & Io: Aloyſ. de Septimo in di-
cta cauſſa Tani, pariter allegat Bartol. in dicto §.
videndum, pro vt refert Cannic. in dicto capitulo
volentes, fol. 111. num. 9. 16. & 21. ſeq. vbi nititur
reſpondere. & non potuit negare in ſtatuto pro-
cedere dictum Bartoli in dicto §. videndum, &
Cannic. non allegat Tiraquell. dicto loco, quem vt
credo, diſſimulauit vidiſſe, licet prius fol. 30. in

Digitized by Google

conſimili quæſtione allegat *Tiraquellum in alijs*
locis, tamen quia *Cannec. dict. f.* 111. non loquitur
in ſtatuto, ſed circa remedium ex *cap. Titius*, ideo
tenet præfatam opinionem quod dictum reme-
dium competens de iure feudorum, & non ex ſta-
tuto, detur ad ius luendi alienatum, ſicut datur
ad feudum ipſum alienatum. nos verò verſamur
in ſtatuto valde exorbitanti, & ideo ceſſat omnia
20 præmiſſa, Imò † fortius dixit *Alexan. d. conſ. 75.*
lib 6. & Soccin. d. conſ. 100. quos refert *Tiraquell.*
dicto num. 49. quod dicta regula qui actionem,
non habeat locum etiam in contractibus, in qui-
bus debent verba ſtrictè, & propriè intelligi, inſu-
per terentis terminis viæ exequutiuæ, & modi
procedēdi per viam iniunctionis ex dictis nouiſ-
21 ſimis Regni capitulis, oportet † quod ea ſit ex-
preſſa, & præſens, & legatur oculis corporeis ſe-
cundum veriorem opinionem, quam paſſim ſer-
uamus, & ita intelligitur ſtatutum tribuens exe-
quutionem inſtrumēto, ſecus ſi promiſſio eſſet in-
terpretatiua, legalis, vel ficta, in qua laboraret
intellectus, vt dicimus de ſtipulatione inducta à
lege in cauſa dotis, item de locatione renouata,
& quotidie ſic deciditur per ea, quæ *Noſtrates* di-
cunt *in c. 6. ritus DD. maximè Dec. in c. translato de*
conſtituto, Imola in l. 1. ff. ſolut. matrim. Cauenſ. ritu
166. *n.* 13. & plenius alias diximus; Hinc in ſimili
22 ſolent † prudētes Iudices in Regno potius tutio-
rem partem amplectere, admittendo oppoſitio-
nes rei, quia ſic conſulitur vtriq; parti, & remanet
ſaluum ius actoris, in via ordinaria, in qua ple-
niori marte omnia diſcutiuntur, maximè ſi inue-
teratum ſit pactum, & poſſeſſio rei, & demum fa-
cienda eſt interpretatio contra eum, qui legem
apertius potuit dicere, & contra eum qui ſe fun-
dat in pacto, & verbis, *ad textum in l. veteribus, C.*
de pactis, maximè via exequutiua.
23 Ex quibus inter alia † de facto viriliter fuit
defenſum præceptū, & iniunctionem ad inſtantiā
Illuſtris Duciſſæ Biſbonæ contra Illuſtrem Mar-
chionem Iulianę ſuper retrouenditione dicti Sta-
tus, & Marchionatus non ſubſtinendam, & retra-
ctandam eſſe, ex quo fundabatur ex contractu
venditionis iuris luendi facti per Don Io. Vincen-
tiū de Luna in Anno 1532. & ea iniunctio oſten-
debatur de directo contraria ipſi contractui; con-
tractus enim continebat, quod in Anno 1529. di-
ctus Don Vincētius & Don Sigiſmūdus de Luna
iunior pater, & filius dotauerant Don Antonio
de Cardona Marito Donne Beatricis eorū filiæ,
& ſororis, & pro eo Don Alfonſo de Cardona
eius patri Comiti Regij, & cuilibet eorum inſoli-
dum ius luendi ad terram, & Baroniam Iulianæ
ipſis dotantibus competentem vigore tranſactio-
nis factæ in Anno 1509. cum poteſtate agendi, &
reluendi in larga forma cum pacto, de quo age-
batur, quod ſemper, & quandocumq; dictus Don
Io. Vincentius, & ſui ſoluerent dicto ſponſo, vel
dicto Comiti Regij patri florenos 27. mille vna
cum omnibus alijs pecunijs tunc temporis ſolu-
tis, dictus Comes Regij, dictuſque ſponſus, & ſui
tenerentur reuendere, & reſtituere dicto D. Vin-
centio dotāti, & ſuis dictum ius luendi dotatum,
Quod ius dictus Comes Regij conſtituit ex nunc

pro tunc tenere, & poſſidere nomine dicti Don Vincentij & ſuorum & cętera, & ſic pactum conſtabat cōtinere quod tenerentur retrouendere, & reſtituere dictum ius luendi dotatū, nihil vero de Statu ex dicto iure reemendo, & recuperando actum, vel promiſſum fuerat, iniunctio verò, ſeu pręceptū ad inſtantiam Dominæ Duciſſæ continebat quod dictus Marchio teneretur retrouendere, & reſtituere, non quidem dictū ius luendi, de quo pactum tātum loquebatur, ſed teneretur reuendere eundem Statum, ſeu Marchionatum Terræ Iulianæ ex dicto iure luendi reemptum, de quo pactum nō loquebatur, ob id via executiua, & per viam iniunctionis pro dictu Statu inepte per Duciſſam agebatur, Quidquid ſit de via ordinaria, opus enim erat, & ita paſſim ſolent ſimiles contractus concipi quando alienatur ius luendi ad rem aliquā ſub aliquo nouo iure luendi, quod partes clarè loquendo per pactum expreſſum in omnem caſum pronidiſſent, nēpe quod ſi emptor iuris luendi adhuc ipſo iure vſus non fuiſſet, nec ex eo iure rem reemiſſet, & recuperaſſet teneretur retrouendere, & reſtituere ipſūmet ius luendi alienatum adhuc ineſſe exiſtens, ſi vero emptor iā ipſo iure luendi vſus fuiſſet, & vtendo conſumpſiſſet, & rem ex illo recuperaſſet, tunc teneretur retrouēdere, & rem recuperatam ipſam reſtituere, pro vt ſimiles contractus, & pacta recentius vidimus ita concepta.

SVMMARIVM.

1 *Bancherij, vel tabula nummularia ſunt depoſitarij irregulares.*

2 *Depoſitum irregulare pecuniarum, vel generis obtinet vim mutus.*

Dominiū pecuniarum depoſitarū tranſit in depoſitariū, vel bancheriū, & cēſetur data licentia vtēdi, quando non eſt depoſita pecunia obſignata, n. 2.

3 *Depoſitū in regulare habet priuilegia veri depoſiti.*

4 *Periculum regulariter eſt domini.*

5 *Mutui periculum eſt mutuatarij.*

6 *Depoſitarius depoſiti irregularis, vel bancherius tenetur de quocumque caſu fortuito, & periculo pecuniæ depoſitæ.*

7 *Caſſerius tabulæ, vel bācı dicitur inſtitor, & illi negotiationi præpoſitus à bācherio, vel illuſtri Senatu*

8 *Inſtitor obligat dn̄m, ac ſi cum eo negotium geſtū ſit cōtrahendum ſm̄ negotiationē, cui fuit præpoſitus.*

9 *Pecuniæ expenſæ cum falſis apodixis à Tabula, repetuntur à dominis pecuniarum contra tabulam ipſam, vel bancherium.*

10 *Bācherij debent eſſe cauti in recognoſcendis ſubſcriptionibus cedularū, alias tenētur de proprio reficere.*

11 *Bancherij, ſiue nummularij ſolent eſſe peritiſſimi in recognoſcendis ſcripturis, & ad caudam oculi detegunt falſitates ſubſcriptionum cedularum.*

12 *Falſitas ſubſcriptionum cedularum in banco facta qualiter detegatur per oſtenſionem caracteris ſubſcriptionis per fcueſtrellā ſm̄ conſuetudinē Regni.*

13 *Libellus, vel exceptio non admittitur in cauſa depoſiti, ſed ſummariſſimum eſt eius iudicium.*

14 *Debitor ſoluēs famulo creditoris liberatur, ſi habuit iuſtam cauſam credendi, quia fuiſſet ſolitus mitti à domino creditore.*

15 *De-*

Digitized by Google

15 *Debitor ſoluens famulo creditoris, qui venit cum falſa apodixa, vel ſcriptura nõ liberatur, quamuis habuerit quamcumq; iuſtam cauſſam credendi, ſi ſit debitor generis, & pecuniarum, quod numquam perit.*

16 *Mandell. conſ.462. declaratur.*

17 *Bancherius, vel nummularius ſolués cum falſa apodixa, licet habuerit iuſtam cauſam credendi, tenetur pecunias domino reficere, licet habeat regreſſum contra eum, qui falſe exegerit.*

ARGVMENTVM.

Tabula nummularia, vel Bancherius an teneatur reſtituere vero Domino pecunias ab alio expenſas à Tabula vel Banco cum falſis apodixis, & ſubſcriptionibus.

RESOLVTIO XX.

BAncherij noſtri temporis prout eſt
tabula nummularia, quæ authoritate Illuſtris Senatus huius Vrbis Panormi loco publici Banci ad vniuerſum commodum & publicum vſum detinetur, cuius regitur negotiatio per Miniſtros fideliſſimos, & oculatiſſimos ab eodem Illuſtri Senatu
1 præpoſitos † dicuntur depoſitarij in regulares,
Ponte conſ.56.lib.1.& conſ.70.n.5.lib.2.Piguer.deciſ.38.Roder.de ann.redit.lib.3.q.11.ſub n.37.Statil.Pacific.de Saluian.interdict. inſpec.3.c.2.n.105. Giurba dec.98.n.3. Scacc. de commer.& camb.§.1. q.7.par.3.ampliat.3.n.5.& ſeq. Iutrigl.dec.1.n.14. 15.& 16.Caſtil.Sotomaior.controu.iur. lib.3.c.16. ſub n.25.& ſeq.& n.37.38.& 42. Fontanel.de pactis nuptial.clauſ.5 gloſ.8.par.7.n.9. vol.2. Cardin.
2 *Tuſch.concl.199.n.7.& ſeq.litt. D. vol.2.* quod †
irregulare depoſitum pecuniarium, & ſic generis, mutui vim obtinet, & earum dominium tranſit in ipſum Depoſitarium per commixtionem, quãdo non fuit factum depoſitum pecuniarũ in ſacculo obſignato, & cenſetur depoſitario data licẽtia vtendi *ad text.in l.dies ſponſaliorum, ff.depoſiti, l. Lucius Titius 24.eod.l.in naue, Sauphei ff.locat.ibi nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet & cetera, Bal.in l.fin.C.depoſiti, & in l.in contractibus, §.ſed quoniam n.3. C.de non numer.pecun. & conſil. 317.lib.3. Bar.Iaſ.& alij in l.eius qui in prouincia, §.quod ſi ſtipulatus, ff.ſi cert.pet.l.ſi eum, §.qui iniuriarũ, ff.ſi quis caution.Caroc.de depoſ.p.1.q.3.n.34. & ſeq.Burſ.conſ.103.n.6.conſ.112.& conſ.325.Cephal.conſ.603.n.31.34.35.41. Molin. de contract. diſp.523.n.1.4.& diſp.408.n.8.* vbi in Bancherio ſicut & in Bancherio loquuntur *Pont.conſ.70.n.5. vol.2.& Piguer.q.crim.c.38.nu.4.5.6. & deciſ.38. Rota Rom.dec.860.in antiquis ſub tit.depoſiti, & in nouis diuerſ.dec.463.p.3.& dec.148. alias 3. de donat.n.17.Menoc.conſ.37.n.26.27. & cõſ.1111.n.4. 25.37.& lib.3.præſum.69.Caſtil.Sotomaior cõtrou. iuris lib.3.cap.16.num.25.& ſeq.Surd.conſ.4.n.10. conſ.246.num.10.& conſ.391.n.5. Natt.conſ.438. num.7 Scaccia de commer. & camb.§.1.q.7.par.3. ampliat.3.num.20.23.fol.242.Macerat.lib.2.reſol. 13.num.3.6.7.& 8. Velanzola conſ.64.nu.6.& 7. & ſeq.Gregor.Lopes gloſ.3.tit.3.par.5.l.72.Crauet. conſ.366.num.6.conſ.705.n.22.Capel.Toloſan.dec. 168.Caſtrenſ.conſ.141.n.4.par.1.Farinac.dec.102. n.7.par.2.tom.3.& conſ.96.n.42. quæſt. 169.nu.4. Cumia ritu 99.num.26.Honded.conſ.43.à num.12. vol.2..Alciat.conſ.100.num.5.& 6. Ceſar.de Graſſ. deciſ. Rota Roman.148. alias 3. de donat. num.17. Engen.conſ.89.num.29.lib.1.Ladereb.Imola conſil. 113.n.11.& conſ.165.n.9.Grat.diſcept.174.n.7.& diſcept.273.n.27. Card.Tuſc.cõcl.442.n.7.15.litt. M.vol.5.& cõcl.198.n.6.8.litt.D, vol.2.Rota Rom. ſub R.P.D.Ludouiſio, inde Sanctiſs.Greg.XV.deciſ. 146.nu.16.Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.10. tit.9.num.21.& ſeq. Rota Rom.deciſ.132.num.6. inter impreſs. penes, Pacif. de Saluiano interd. Fontanel.de pact.nupt.clauſ.5.gl.8 par.7.n.7.et 8.9.10.*
3 *& ſeq.vol.2.& n 17.18.& ſeq.* licet depoſitum †
hoc in regulare priuilegia veri depoſiti retineat,
Natta conſ.438.n.7. Menoch.conſ.1111.nu.37.45. lib.12.Surd.conſ.246.n.14. Bertazol. conſ.48.n.10. & conſ.49.n.39.lib.1. Fontanel.de pactis nuptialib. clauſ.5.gl.8.par.7.n.16.vol.2.Barboſ.in l.mora 10. par.2.num.83.& 84.ff.ſol. matrim. Macerat.lib.2. reſol.13.n.10. Mantica de tacit. & ambig.conuent. tom.1.lib.10.tit.10.n.12. Ponte conſ.56.lib.1.Caſtil.Sotomaior d.cap.16.n.25.38.41.

Vnde periculum regulariter dictarum pecuniarũ in dicta Tabula depoſitarum per particula-
4 res ſemper † domino, ideſt ipſi Banco, vel Tabulæ
ſpectat, *Peruſin.dec.60.n.6. Surd.conſ.155.num.8. Vin.deciſ.84.n.1.& ſeq.Mantica de tacit.& ambig. conuent.vol.1.lib.10.tit.3.n.23.& tit.9.n.27. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.7.n.3.* Item, cum dictũ depoſitum in regulare pecuniarum mutui natu-
5 ram aſſumat, periculum † eſt debitoris, & mutuatarij, *l.incendium, ff.ſi cert. pet. Paul.de Caſtr.in l. quid n.13..Alex.n.13.Soccin.n.11.ff.ſi cert.pet.per l.in ratione la ſeconda, §.iu certe, ff.ad legem Falcid. Dec.conſ.473.n.3.Farin.deciſ.102.n.7.par.2.to.3. Scaccia de commer.& camb.§.1.q.4.n.12.fol.159. & q.7.par.1.ſub n.21.fol.202.& § 3.gloſ.3.ſub nu.*
6 *33.fol.622.* Inſuper, & dicto caſu † depoſitarius,
ſiue bancherius de quocumque caſu fortuito, & inopinato pecuniarum tenetur, quarum dominium in eum tranſiuit, *Bald.conſ.236. viſo inſtrumento n.5.lib.5.verſ.quinto verum, Curt.Iun.conſil. 239.n.34.35.Bero.conſ.194.n.39.lib.1. Card.Tuſc. concl.205.n.8.& concl.198.n.6.litt.D.vol.2.Aſin. de execut.§.7.c.49.n.3.fol.178.per text.in l.lucris, ff. depoſiti, cum cõcordan. Gomez.var.reſol.to.2.cap.7. de commodat.& depoſit.c.3.in princ.Mandel.conſ.3. n.3.Fontan.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.par.7.n.13. Greg.Lopes in l.2.tit.3. de los Condeyos verſ. Recibe fueras par.5.Roderic.de ann.redit.lib.1.q.13.nu.20: circa medium, Farinac.dec.102.n.7.in fin.p.2.to.3. Piguera q.crim.c.38.num.6.Molin.de contract.diſp. 408.n.8.Crauet.conſ.428.n.21. Mantica de tacit.& ambig.cõuen.lib.10.tit.3.n.23.& tit.4.n.2.& tit.9. n.19.27.vol.1.Honded.conſ.43. vol.2. Caſtill.Sotomaior. controuer.iuris lib.3.c.16.n.35.*
7 Nec eſt iuris dubij, quod Caxerius † Tabulæ,

ſeu banci, cui per particulares numerantur pe-
cuniæ depoſitandæ in dicta Tabula, & alij Mini-
ſtri dicantur inſtitores Illuſtris Senatus Vrbis Pa-
normi, qui Inſtitoria ex eorũ facto tenetur actio-
ne, ad text. in l. liberto, ff. de neg. geſt. l. in eum, & l.
cuicumq; §. 1. ff. de inſtitor. Giurb. dec. 88. n. 1. pulchre
Seraph. dec 155. qui teſtatur reſolutũ in Caxerio
in Rota in vna Romana cambiorum 28. Ianuar.
8 1572. Quare vrbs tanquã Domina ex facto † in-
ſtitoris. & Caxerij obligatur perinde ac fuiſſet ge-
ſtum cum ipſo domino, quando inſtitor ſecũdum
negotiationem, cui fuit propoſitus contrahit, &
datur actio contra proponentem dominum, etiã
ignorante, l. 1. ff. de inſtit §. inſtitoria inſtit. quod cũ
eoi Rota Genuæ vulgata dec. 14. & dec. 12, num. 12,
Surd. cõſ. 326. Caſtrenſ. conſ. 20. vol. 2. Pariſ. conſ. 93.
n. 54. lib. 1. Grat. dec. 36. n. 18. 19. Milan. dec. 11. nu.
17, & à n. 42. ad n. 63. lib. 1. Hippol. Rim. conſ. 52.
n. 124. Boer. dec. 114. Menoc. conſ. 1185. n. 23. Coſta
de portion. ratæ q. 43. n. 1. ſeq. per tot. Valenzu. conſ.
78. n. 56. 57. Mandel. conſ. 104. n. 5. 6. Theſaur. q. for.
27. n. 6. lib. 1. Card. Tuſc. concl. 224. litt. I, tom. 4. &
concl. 584. litt. E. tom. 3. Roncbegal. in l. eadem, ff. de
duobus reis, Ioſeph Ludou. concl. 29. ampl. 17 Capic.
dec. 180. n. 3. Felic. de Societ. c. 30. Bim. conſ. 10. n. 21.
22. & ſeq. Stracca de Mercatur. tit. quomod. in cauſ.
merc. proced. ſit, nu. 21. latiſſimè Giurba deciſ. 88. De-
cian. conſ. 29. n. 11. vol. 1. Carroc. deciſ. 77.

9 Euenit pluries, quod à dicta Tabula pecuniæ †
cũ ſcedulis, ſeu apodixis falſis, ſeu cum falſis ſub-
ſcriptionibus expenduntur, quare à Dominis pe-
cuniarum repetuntur ab ipſo Illuſtri Senatu. Nam
10 † bancherij, ſeu nummularij debent eſſe cauti in
ſcripturis, & ſubſcriptionibus ſcedularũ, & apodi-
xarũ, quia ſi permittant cũ ſcedulis falſis expendi
pecunias tenentur de proprio reficere, & ſoluere
dominis pecuniarũ, ità dixit Scaccia de commer.
& cãb. §. 2. gloſ. 5. n. 397. q. 15. f. 581. ex Franco dec.
11 304. Iſti enim † nũmularij, & librerij, Tabulæ qui
exercent eorum officium, non aliter, quàm cum
apodixis, ſolent eſſe peritiſſimi in recognitione
ſcripturarum, & ad caudam oculi cognoſcunt,
deteguntq; falſitates,

12 Hinc eſt, quod in detegendis † huiuſmodi fal-
ſitatibus apodixarũ, & ſubſcriptionũ dicit Scacc.
in d. tr. de cõmer. & camb. §. 2. gl. 5. q. 15. à n. 393. f.
581. quod ſi falſitas ſit clara, & patens indubitan-
ter ſine aliqua recognitione nũmularius tenetur
ſoluere domino pecunias, quia dicitur eſſe in ma-
xima negligentia, ſi vero falſitas ſubſcriptionum
eſſet latens, & adeò latens, quod nec etiã per ve-
rũ dominum ſorte poſſet cognoſci, & tunc adhi-
betur cautela tradita per Vinc. de Frãc. dec. 304.
quę eſt, quod in ſimilibus fiat recognitio per oſtẽ-
ſionem apodixarũ, quæ oſtẽſio in Regno Neapo-
lis, provt de iure diſponitur, fit integrè, ideſt oſtẽ-
ſis omnibus, & totis apodixis domino, cuius ma-
nus, & ſubſcriptio fuerit adulterata & falſificata,
quã practicã refert Franc. d. loco, & Flau. Amen-
dula ibid. ad eum, & probat idẽ Franc. dec. 502. ſed
tamẽ in Regno hęc praxis nõ ita recepta eſt, quia
nõ fit recognitio apodixarũ ex integro dicto caſu
ſed tantũ per feneſtrellam, vt dicitur, oſtendẽdo
tantum nudũ characterem ſubſcriptionis; Et illo
caſu facta recognitione per feneſtrellam modo
prædicto à Domino pecuniarum, ſi recognoſcens
decipitur, dicens ſuã eſſe ſubſcriptionẽ, ſuo peri-
culo decipitur, nã ſi ipſe decipitur in falſa ſubſcri-
ptione, quã ſuam iudicat, æquitas ſuadet, quod
multo magis debet excuſari nũmularius quoq;
deceptus ex admodũ latenti falſitate, & exẽplato
charactere; ſi vero recognoſcens dicat falſam eſſe
ſubſcriptionẽ, ſumus in caſu, quo debet nũmula-
rius reddere ſuo periculo pecuniam, ita cũ falſis
apodixis expenſam; Ad cuius confirmationẽ vi-
dimus actũ perpetuo valiturum ab Illuſtri Sena-
tu confectum in anno 1591. factũ occaſione cu-
iuſdam falſæ expenſionis pecuniarũ cuiuſdam de
Xirocta, qui dedit cauſam edicto, per quẽ librerij,
& miniſtri tabulæ præd. tenẽtur ſoluere pecunias
expẽſas cũ apodixis falſis, quẽ confirmauit noua
cũ diſpoſitione Illuſtris Senatus die 9. Feb. 1618.

Proinde, de facto cõtra Syndacũ vrbis, & Gu-
bernatores Tabulæ eiuſdẽ ſe direxit Donna Hi-
13 mara Tagliauia & Agliata actione † ſummarijſ-
ſima, & priuilegiata depoſiti, in qua nulla admit-
titur exceptio, nec libellus, ad text. in l. ante penult.
vbi Doctores C. depoſiti ibi (illico modis omnibus, &
cęt) Cumia ritu 19. n. 12. cũ ſeq. ad n. 29. quatenus
cõdemnari deberent ad ſoluendũ, & reſtituendũ
vncias 288. expenſas à d. Tabula per F.P. cũ falſis
apodixis, & ſubſcriptionibus, de pecunijs ipſius
de Tagliauia, quas detinebat in d. Tabula, cum
vera Illuſtris Don Rogerij de Septimo, & Paruta
Marchionis Giarratanæ eius fratris.

Vnũ replicabatur per Gubernatores Tabulę,
& Syndacum, vrbis prædictos in d. cauſa non te-
neri ad reſtitutionẽ dictarũ pecuniarũ, prætextu
quod dictus F. cui pecunię fuerant per Caxeriũ, &
librerium ſolutę, erat famulus, & creatus d. Dõnę
Himaræ, quem antea pluries d. Donna Himara
miſerat cum apodixis veris ad capiendũ nonnul-
14 las pecuniarũ ſummas in d. Tabula: Propterea †
cũ habuerint miniſtri Tabulæ iuſtam cauſã cre-
dendi dictas apodixas fore veras & non falſas li-
beratur Tabula ſoluendo famulo creditoris, qui
ſolitus erat mitti à creditore ad exigendum, licet
famulus inde aufugerit, Bart. & alij in l. eum qui §.
ſi ff. commodati, Abbas in c. 1 cõmodati & in c. ſigni-
ficaſti de pign. Mandel. conſ. 462. n. 1. Auchar. Reg.
lib. 1. q. 61. n. 6. Carroc. de locat. et cõduc. tit. de locat.
per procuratorem q. 2. n. 10. 11. f. 66. Graſſ. de except.
excep. 25. n. 81. 82. & ſeq. Gom. var. reſ. to. 2. c. 7. n. 3.
Farin. in to. 1. fragm. var. debit. n. 16. 17. et ſeq. f. 92.

Et licet in debitore, qui nõ ſit Bãcherius, & Ta-
bularius, ſoluẽte famulo liberetur, & nõ teneatur
15 iterũ ſoluere Dño, tamen † ſi cum littera, vel apo-
dixa falſa ſoluerit famulo, & ſit debitor non ſpe-
ciei, ſed quãtitatis, ſeu generis, & pecuniarũ, quæ
nunquã perit, tũc nõ liberatur debitor, licet quã-
cumq; iuſtiſſimã cauſã habuerit, & famulus quo-
modolibet eſſet ſolitus, &c. Paul. de Caſtr. in l. eum
qui, §. ſed ſi dũ n. 3. ff. cõmodati, et in l. argum. cod. Al-
ciat. poſt alios in l. ſi eũ fũdus, §. ſeruũ tuũ in penul. col.
vbi Iaſ n. 8. et Soc. n. 9. Purp. cõſ. 462. n. 3. 23. 53. So-
cin. iu. cõſ. 81. n. 4. vol. 2. Bal. cõſ. 132. l. 5. Alba Mãd.
cõſ. 462. n. 2. Boer. dec. 282. n. 1. Caroc. de dep. p. 1. for-
ma 6. n. 2. Et licet aliqua ſit cõtrouerſia, quãdo fa-
mulus

mulus eſſet perſona à Domino approbata, bonæ vitæ,& ſolitus mitti, *vt docet Anchar. Regien. dicta quæſt. 61. num. 6. lib.* 1. Tamen quando exigit famulus cum apodixa ſalſa, ex quo tunc ceſſat cōfidentia perſonæ, ſed cōfiditur in apodixa, & ſcriptura, tunc indiſtinctè nummularius tenetur, & debitor non liberatur, *Gomes. d. cap. 7. n. 3.* & eſt communis opinio, de qua per *Suar. in ſuo Theſauro receptar. ſententiar. lits. F. n. 401 Carroc. de locat. par. 2. quæſt. 2. à n. 10. cum ſeq. fol. 68. n. 18.*

16 Propterea † *Mandel. d. conſ. 462.* in caſu ſuæ cōſultationis non valens euitare iſtam verám iuris cōcluſionem, ſcilicet quod nummularius teneatur, non obſtante quod perſona aliás ſit legalis, & approbata, quando ſoluit cum falſa apodixa cōfugit, ad factum dicendo, quod in caſu ſuo apodixa erat vera, licet ageretur de alio. Inſuper dicit *Mandellus*, quod in ſuo facto concurrebat vnum, quod nummularius nunquam noluit ſoluere. diffidens de perſona petentis, ex quo aſſerebat non cognoſcere, & tamen agentes, ſeu inſtitores Domini pecuniarum voluerunt, & contenti fuerunt, vt ſoluerentur cuicumque venienti, in tantum quod *Mandellus* nullatenus poteſt aſtipulati pro contraria opinione.

Et in nummulario (quidquid ſit in debitore)
17 quod † teneatur Bancherius ſoluens cum falſis apodixis, *dixit Seaccia de commer. & cambijs* §. 2. *Gloſ. 5. q 5. fol.* 571 & ſi iuſtam dicat cauſam credendi habuiſſe, licet habeat regreſſum contra eum, qui falſo exigit, *ex Rota Romana deciſ. 76.* quam allegat. Et itá contra Syndacum vrbis, & Gubernatores tabulæ fuit deciſum die 15. Septēbris vj. Inditionis 1622. per Illuſtrem Præſidem de Sicomo, & Don Ioannem de Pimintel Iudices in cauſa; Quæ ſententia fuit per M.R.C. confirmata ſub die 4. Aprilis 1623. cui per Sereniſſimū Principem Philibertum Proregem fuit commiſſa cauſa auditis partibus, & itá fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor, qui intuitu poſſeſſionis rei ſe obligat poſſeſſione ceſſante, & ablata ceſſat obligatio, & num. 12. 13. niſi per colluſionem, vel negligentiam poſſeſſio deſeratur, n. 2.*

2 *Colluſio, vel negligentia propria nemini prodeſt.*

3 *Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.*

4 *Obligans, vel ſe accollans ſoluere, eatenus intelligitur obligatus quatenus de iure ſuper re teneretur.*

5 *Poſſeſſor obligatus intuitu rei, rem vendendo, vel ex cauſa voluntaria dimittendo, an liberetur.*

Quid ſi ad vendendum, vel dimittendum rem cogi de iure poterat, num. 6.

7 *Coactè fieri dicitur id, ad quod de iure quis cogi poterat.*

8 *Poſſeſſor, licet rem dimiſerit ex cauſa neceſſaria, vel euictionis, non liberatur à cenſibus decurſis quatenus res obligata penes eum permanſerit.*

9 *Poſſeſſor, qui ex cauſa rei poſſeſſæ ſe obligauerit, non liberatur ceſſante rei poſſeſſione penes eum, quando principaliter teneri voluit.*

10 *Obligatio numquam cenſetur facta animo nouandi legalem obligationem, niſi id expreſsè agatur.*

11 *Obligare quis ſe non præſumitur in pluſquam de iure teneretur.*

ARGVMENTVM.

Obligatio intuitu, & ratione poſſeſſionis rei, an tamdiu duret, quam & poſſeſſio ipſa, & quamdiu poſſeſſore re non careat ex cauſa voluntaria.

RESOLVTIO XXI.

1 NE dum ſi ex iuris cōmunis, vel ſpecialis diſpoſitione quis † intuitu poſſeſſionis rei ad aliquid ſoluendum adſtringeretur, ſed etiā ſi ex conuētione ſtipulata, tum tranſactionis, quam accollationis, vel alia quauis occaſione eiuſdem rei poſſeſſionis cauſa aliquid ſoluturum ſpoponderit, rei poſſeſſione ablata, & ceſſante, obligatio quoque ceſſat, & à priſtina obligatione liberatus ope exceptionis ſaltem, intelligitur ex ceſſante cauſa obligationis, tum etiā quia diſpoſitio omnis reſtringitur per cauſam finalem *l. cum Pater. §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. Hinc id deducitur ad poſſeſſorem rei oneri cenſus Bullaris ſubiectæ, & ſimilis, imponitur namque obligatio prædicta ex neceſſitate poſſeſſionis, & oneris adhęrentis rei poſſeſſæ, & ideo intelligenda eſt ſolum in quantū neceſſitas ipſa, & cauſa expoſtulat, cum id non fiat animo inducendi nouam diſpoſitionem, ſed ad effectum, vt poſſit cōperere executionis ius contra ipſum poſſeſſorem onus recognoſcentem, & forte ſe obligantem, *Roman. conſ. 417. Aretin. in l. debitor 39. §. veriſimile, ff. de contrahen. empt. Conar. variar. reſol. lib. 3. c. 7. ſub n. 6.* hanc æquiorem dicit *Gutier. pract. q. lib. 2. q. 177. num. 5 Felic. de cenſib. lib. 3. cap. 6. n. 7. Vincent. de Anna allegat. 16. Ballus in pragmat. de cenſibus lib. 5. quæſt. 1. Auctor damnatus in Gloſ. Pariſienſ. §. 11. n. 19. Guid. Pap. deciſ. 42. Campeg. de dote par. 12. quæſt. 92. Maſtrill. ad Petr. de Greg. de cenſib. q. 5. n. 233. Nauarr. de vſur. qu. 22.* faciunt notata per *Milan. deciſ. 11. lib. 2. Tiraqn. de retract. lignag §. 1. gloſ. 18. n. 39. Intrigl. de cenſib. qu. 66. vbi Additionator litter. B. Anton. Faber. C. de tranſact. lib. 2. tit. 4. diffinit. 9. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. rubr. de conſtitut. annui cenſus in rebus Eccleſiaſticis num. 68. Velanzuela conſ. 19. num. 52. Azened. ad l. 1. tit. 15. lib. 5. recompil. n. 8. Mnt. dec. 6. n. 3. 4. Roder. de ann. reditib. lib. 2. q. 7. n. 11. 12. & q. 9. n. 56. Surd. conſ. 445. lib. 3.*

2 Dum ne per † colluſionem, aut negligentiā vel contumaciam poſſeſſio deſeratur, nemini enim ſua colluſio, vel neglıgētia prodeſse debet, *l. ſi fundo tradito 13. §. 1. & l. ſi ideo 55. ff. de euict. Anton. Fab. C. de tranſaction. lib. 2. tit. 4. definit. 9. n. 2. in allegatis Conarr. d. n. 6. Campeg. de dote par. 2. qu. 92.*
3 qui enim ſuo † dolo deſierit poſſidere, pro poſseſſore habendus eſt, quo ad omne iuris effectum, *l. qui dolo de regul. iur. Couarru. variar. reſolut. lib. 3. cap 7. num. 6. Foller. de cenſib. verbo vt vides num. 8. Glo. in l. qui petitorio, ff. de rei vēdic. Fontan. de pact. dotali clauſ. 4. gl. 9. par. 5. num. 133. Peregr. de fidei-*

comm.

comm.art.46.n.26.& prius artic.45, n.15. Caſtill. dec.27.n.6.& dec.72.n.14.Menoch.de adipiſc.rem. 1.q.15.n.63, Cagn.in l.qui dolo n.1.de reg.iur, Pariſ. conſ.5.n.26.lib.2, Mohed.dec.25.de renũc.alias 183.

4 Conſentaneum prædictis eſt, vt † ſe obligans
aliquod ſoluere, intelligatur ſe obligare quatenus
de iure teneretur, & nõ aliter *Seraph, de iuram.pri-
uil, 18.n.114.& priuil.13.n.20. allegat Afflict, dec.
399.n.13. Grammat, dec.103, n.168 Crauet.conſ.9.
n.2.conſ.217.Bald.in l.fin.C.ad l.Falcidiam, & in l.
Neratius, ff.de relig. l.hactenus, §. 1. vbi Bart. ff.de
conſtit pecun.& in l 3.§.1.& in l.fin. ff.eodem Lan-
cellot.de attent.c, 26.n.79, & ſeq, Roderic. de Ann.
reditib, lib.2.q 9.n.56, verſ. non tamen plus, Aluar,
Velaſch.de iur.emphyt.q.8.n.18, Maſtril.ad Gregor.
de cenſib.q.5.n.235.Menoc, conſ.1.n.89.& ſeq. Mã-
tic.de tacit.& ambig.conuent, lib.3.tit.7.n.19 ſequ.*
quod procedit etiam ſtante iuramento, vt reſolu-
tum fuit in cauſa inter Don Grandonium de A-
rizzo contra V. I. D. Hieronymo Beneuentano,
in Tribunali Conſiſtorij.

5 Ex ijs voluerunt aliqui, quod ſi obligatus †
poſſeſſionem dimittat, rem alteri vendendo, vel
aliter voluntariè diſtrahendo, amplius nõ tenea-
tur, hanc tenet *Intrigl, de cenſib.q.66. nu. 5, & ſeq.
fretus auctoritate Couarru.dicto loco*, prædictæ opi-
nioni numquam ego aſſentij, & concluſionẽ præ-
dictam aliter fore intelligendam, dico nempte, ſi
poſſeſſor, ceſſet poſſidere ex cauſa euictionis, vel
aliter neceſſaria, abſque eius facto voluntario, ſe-
cus ſi ex mero facto poſſeſſoris volũtario, ex quo
non ceſſare obligationem, licet factã ratione poſ-
ſeſſionis, dixerunt *Bal. Caſtrenſ. Alex.& Imol.in l,
cum mulier la ſeconda, ff.ſolut.matrim.* quos ſequu-
tus eſt *Anton.Ball.ad pragmat.Regis Alfonſi de cẽ-
ſibus lib.5.q.1.n.11.* quibus addo *Surd.de alim.tit,
7.q.33. Campeg.de dote p.2.q.92.* & licet *Ballus* ſe-
quutus, ſit declarationem *Paul.de Caſtro in d.l. cũ
mulier*, diſtinguẽtis inter poſſeſſorem, qui ad obli-
gationem aſtringeretur ex iuris diſpoſitione, &
poſſeſſorem, qui ex promiſſione propria tenere-
tur, quamuis occaſione poſſeſſionis rei, vt priori
in caſu, ſi ab eo auferatur, vel euincatur res, am-
plius nõ teneatur, poſteriori vero in caſu, quãuis
res ab eo auferatur, non liberetur; ſed adhuc in
obligatione permanet, & conueniri poſſit; Vtroq;
tamẽ caſu, intellige poſſeſſorem liberatũ re abſq;
facto voluntario à poſſeſſore ablata ſecus ſi ex fa-
cto ſuo, & propria alienatione, quia nõ liberatur
niſi ab auferente, vel emptore poſſeſſor indemnis
ſeruaretur, & cautio præſtita eſſet, quia tunc ce-
dendo iura, contra illum liberatur, nec ceſſionem
fore neceſſariam, quando in vẽditione facta eſset
ſtipulatio Notarij pro creditore cenſus abſente,
cenſuit Ball, in dicto num.11.

Diximus poſſeſſorem à ſua obligatione nõ li-
berari, ſi ex mero actu voluntario rem dimiſerit,
6 quia † ſi alias ad dimiſſionem, vel vẽditionem de
iure cogi poterat, tam ſi iure retractus, vel aliter
adſtingeretur, eius obligatio ceſſaret, ac ſi ex
mera neceſſitatis cauſa rem deſierit poſſidere,
*Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ. 18.n.39. Anton.de
7 Ball.d.q.1.n.7.& 16.* Coacte enim † facere dicitur
is, qui id facit, ad quod cogi poterat, & ad quod
de iure teneretur, *Io: Andr. in cap. præterea verſ.
extorquentes de offic. patr. Bal.in l. nouiſſimè per illũ
textum, ff.quod falſo tutor. auctor. Dec. & Cagnol. in
l.velle, ff.de reg.iur. Surd, de aliment.tit.1.q.26. n.5.
fol, 22.& tit.fin.q.42.conſ.262.419. dec.305.n.28.
Vincen.de Franc.dec.49.n.5, dec.55.n 6.deciſ.200.
n.20, Decian.conſ.47.n.69.lib.5. Ioſeph Ludou.dec.
Peruſ.2.n.7.& concl.7.in 7.Fallent.cũ ſeq.Pont.cõſ.
44.n.15.16 lib.1, Menoc.lib.4.præſ.109.n.43.Mag.
dec.37.n.10.Suar.alleg.12, ſub n.3, Aldou.cõſ.15.n.8.*

8 A præteritis † vero cenſibus decurſis tẽpore,
quo, & quamdiu poſſeſſionem rei detinuit, non li-
beratur poſſeſſor quomodolibet ex cauſa neceſſa-
ria euicta, vel ablata ab eius poſſeſſores ſit, quãuis
ad id non adſtringatur via exequtiua ex vi Bullæ,
& Regiæ pragmaticæ, ex quo nõ poſſidet, & Bulla
detentionem rei ſubiugatæ ſupponat tẽpore cau-
ſatæ exequutionis, tamquam qualitas iuncta ver-
bo, quæ ſecundũ tempus verbi regulãda eſt, ſed ex
ſua ſtipulatione, & promiſſione, ſi ita actũ ſit, alias
deſinente poſſidere, exequutiue non teneretur,
*Ball, in d, pragmatica cenſus, q.1.n.21.ſequitur Ad-
ditionat.ad Intrigl, de cenſib.d.q.66.litt.B. in fin.*

9 Rurſus nec ceſſaret obligatio poſſeſſoris † pro
futuris cẽſibus poſtquã coacte re euicta, & abla-
ta deſierit poſſidere, ſi ex tenore ſuæ obligationis
voluerit principaliter ſe ipſum ad cẽſum obliga-
re, quamuis poſſidere deſierit, & nõ ſteterit infra
limites promiſſionis, & ſtipulationis intuitu poſ-
ſeſſionis rei factæ, vt poſt *Couarr.* profitetur *Felic.
de cenſib, lib.3.c.6.n.7.in fine*; Sanè id puto proce-
dere, ſi expreſſe conſtet de poſſeſſoris voluntate,
& ex verbis ſtipulationis id apertum ſit, ſecus in
dubio, cũ potius cenſeatur intuitu poſſeſſionis rei
tunc voluiſſe teneri, vt eius promiſſio conformis
10 reddatur iuris diſpoſitioni, tum quia † promiſſio
numquam cenſetur emanara animo nouandi le-
galem prouiſionem, *l.4.§.ſi ex conuentione, ff.de re
iudic.l.penult. C.de exequut.rei iudic. Bald.cõſ.329.
11 n.1.verſ, ex aduerſo vol.1.* nec eſt † veriſimile, quod
in dubio voluerit quis ſe obligare in plus, quã de
iure teneretur, *Afflict.dec.399.n.3.Natta cõſ.416.
Rolan.de lucro dotis q 37.Surd.conſ.34.n.34.deciſ.
132.n.1.ſeq. Rot.in vna Romana nullitatis obligat.
27.Februarij 1612. cor.Pirouano apud Farin.deciſ.
392.n.3.& per tot.par.1.tom.1. Card.Mant.de tac.
& ambig.conuent.lib.3.tit.7.n 19.& ſeq.*

12 Et in caſu neceſſariæ dimiſſionis, † puta eui-
ctionis non obſtante obligatione iurata renũcia-
tionibus ampliſſimis, & ſtipulatione Notarij pro
creditoribus abſentibus, vel præſentibus pluries
in noſtris ſupremis Tribunalibus deciſũ extitit,
ceſſare obligationem factam contemplatione rei
ex *Couarruuiæ* Doctrina, & alijs ſupra. Ita M.R.C.
cenſuit de Anno 1624. pro V.I.D, Ioſeph Triolo
contra Syluiam Bonauolto, ſtante euictione ſe-
quuta feudi Geracis per Illuſtriſſimum Cardina-
lem Doriam Panormitanum Archiepiſcopum, &
pro heredibus Vincentij Cannizares conducto-
ris ſtatus Buteræ contra Carolum Cuares, cui
Vincentium tamquam conductor ſe obligauerat
de ſumma Gabellæ ſoluere vncias 400. quolibet
anno pro ſalario agentiæ Principis Buteræ, præci-
ſe ex *Surdo dicto conſ.445. lib.3. Paul. de Caſtr.in*

dicta

Digitized by Google

dicta l. cum mulier. la ſeconda n.2.ff.ſolut.matr. licet
obligatio Vincētij tunc prætenderetut per modū
delegationis,& ad eſſet pactum particulare ſol-
uendi,quo ad dictam ſummam quacumque exce-
ptione non obſtante,& de ſimili obligatio loqui-
tur *Maſtril.dicta q.5.de cenſibus nu.233.* Item obli-
13 gatio † ſoluendi ſine aliqua exceptione non ex-
cludit iſtam exceptionem iuſtam, & de iure
approbatam ex ceſſante cauſa poſſeſſionis,vt poſt
Roman.conſ.211.n.2.Iaſ.Felin.Marſil. Gambar.& Tiraq.cenſuit Rot.Rom.In vna Miranden. penſionis 7.Maij 1612.coram Domino Coccino Decano apud Farinac.dec.392.in fi.p.2.t.3.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum non admittitur niſi per debitorem probentur infortunia.*
2 *Ceſſione bonorum non gaudent debitores ex dolo Decoctores,& falliti.*
3 *Dilatione quinquennali an gaudeat debitor infortunijs non probatis, & nu.4.5.*
6 *Simulationis præſumptio ceſſat quando probatur veritas cauſæ & debiti.*
In dilatione quinquennali concedenda illa creditorum pars preualet vbi ſunt creditores conſanguinei debitori, licet ſumma ſit æqualis.

ARGVMENTVM.

Debitor an ad quinquennalem dilationē admittatur non probatis infortunijs ad intellectum Capituli ritus.190.& Capituli 24.Regis Ioannis.

RESOLVTIO XXII.

1 NIſi aduerſa fortuna† in pauperta-
tem ſit merſus debitor idque
probationibus apertū ſit, a mi-
ſerabili ceſſionibus bonorum
præſidio excluditur,ne introdu-
ctum in miſerorum ſubſidium
doloſis patrocinium præſtet debitoribus, contra
mentem iuris,quod ne dum iuris cōmunis diſpo-
ſitione fundati poſt omnes dixerunt ex noſtrati-
bus *Giurb.dec.41.n.2.& ſeq. Caſtill. dec.135. n.1. 2.3.& ſeq.lib.2.Anton.de Ball. lib.5.de ceſſione bonorum.n.9.fol.*222.ſed Regni noſtri conſtitutio-
nibus ſub Rege Ferdinando *cap.*11.Alfonſo 190.
2 Carolo 65.& Ioanne 24.Itaque† conſtitutū eſt
doloſum debitorem de iure excludi ab huiuſmo-
di refugio ſic etiam de decoctoribus,fallitis,& ſi-
milibus *Caſtillus,& Giurba* locis prędictis poſue-
runt *Scaccia de Commer.& cambijs §.2.gloſ.5.ſub num.66.& num.446.& §.7.gl.5.n.147.& §.1.q.7. p.2.amplia.8.n.123.in fine & §.7.gl.5.num.148. & ſeq.*
3 Ob id ſiniſtra,†& infortunia probanda eſſe per
debitorem, cui à creditoribus maioris ſummæ
conceſſa eſt quinquennalis dilatio,alij putarunt,
vt iure cogi poſſint creditores minoris ſummæ
ad concurrendum in dilatione prædicta, quod
fundati prætenditur ex diſpoſitione dicti capitu-
li 24. ſub Rege Ioanne ad exemplum bonorum
ceſſionis.
4 Contrarium † cenſuit M.R.C.17.Maij 1607.
pro Vincentio Sarzana creditore maioris ſūmæ
cōtra Hieronymum Stilla V.I.D.creditorem mi-
noris ſummæ Cæſaris Sarzana, tunc ſedentibus
viris conſiliarijs doctiſſimis,& omnibus numeris
abſolutis & ſub die 13.Nouembris 1619.pro Io.
Petro Magliolo,nam de iure communi dilatio,
quæ datur non per viā gratiæ à Principe,ſed per
viā iuſtitiæ à maiori parte creditorū ſeu a credi-
toribus vno,vel pluribus maioris ſūmæ afficit,&
cogit creditores minoris ſummę ad concurrendū
in eādem dilationē quamuis nulla probatio fue-
rit facta de aduerſa fortuna,ſeu vitio fortunæ de-
bitoris,ſed competit etiam quod debitor, cui di-
latio conceditur decoxerit,etiam culpa propria,
vel dolo aut delicto, & etiam in actione iniuria-
rū non enim conſideratur aliud ad concedendā
hanc dilationem,niſi voluntas,& conſenſus ma-
ioris partis creditorū *Pariſ.conſ.100.lib.3. Strac. de decoctor. qui plene diſtinguit p.6. n.20, t.6.p.1. fol.322.Vrſil.ad afflictum dec.288.n.4.* qui loqui-
tur etiam quando ſit remiſſio debiti quod eſt for-
tius,& ideo dictum capitulum Regni debet intel-
ligi, vt iuri communi ſit conforme,non autem vt
corrigat,vel exorbitet; quod probatur etiam ex
verbis eiuſdem ,& capituli, dū loquitur de dila-
tionibus,ſeu moratorijs,& quinquēnalibus con-
cedendis a quouis magiſtratu,& ſic nō loquitur
de concedēdis a creditoribus maioris ſummę per
viam iuſtitiæ,ſed de concedendis per viam gra-
tiæ a maieſtate Regis, vel a quolibet iudice, vt
dicit *textus* & exponit *Gloſa in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt Viui.dec.38.num.7.*& hac ſentit *Boniornus ſuper dicto capitulo in verſ.ſiniſtrum.* vbi di-
ſtinguit.Inter dolum,& non dolum ,& ideo *Bonior.* intelligit dictum capitulum procedere quā-
do conceditur à Magiſtratu dilatio non ſi à cre-
ditoribus quia quādo conceditur à creditoribus,
vt dictum eſt, nō ſit diſtinctio inter vitium fortu-
næ ſeu culpam,& dolum proprium creditoris,&
verba dicti capituli, quamuis etiam loquantur
de ceſſione bonorum tamē intelligenda ſunt ſe-
cundum præfatam diſtinctionem iuris commu-
nis, quia doloſus excluditur a beneficio ceſſio-
nis,& ideo Sancitum fuit quod probetur vitium
fortunæ,& fuit hoc idem ſancitum per præfata
capitula Regis Ferdinandi. 10.& Regis Alfonſi
190.& Imperatoris Caroli 65. & per pragmatic.
tom.1 fol.62. quę ſtatura loquuntur de ceſſione
tantum,& pariter beneficium ceſſionis concedi-
tur a magiſtratu, quia magiſtratus admittit de-
bitorem ad tale beneficio, & ideo verificantur
omnia verba dicti capituli 24.Regis Ioannis,& ſi
opus eſſet deberēt impropriari,vel rectius ſingu-
la ſingulis referendo adaptari iura ad illam par-
tem capituli prædicti,ad quam adaptari,& verifi-
cari poſſunt.
Comprobatur quod hæc ſit veriſſima interpe-
5 tratio, quia ſtilus,† & communis practica hanc
ap-

17 *Statutũ indirectè poteſt iuramenti vires tollere, & cũ dolo extortum ob non ſeruatas ſtatuti ſolemnitater præſumitur.*
18 *Statutum præſumens, vel fingens dolum valet.*
19 *Iuramentum nihil operatur, vbi adeſt dolus verus, vel a lege præſumptus.*
20 *Renuntiatio iurata per filiam hæreditatis paternæ, & maternæ, non poteſt prætextu læſionis reſcindi, quando pater de paternis, & maternis bonis filiã dotauit ad ſummam con reſpondentem ad legitimam vtriuſque ex quo tunc filia, quo ad ſucceſſionem maternorum bonorum læſa diei non poteſt, & num. ſequent. per totum.*
25 *Iudices non debent eſſe faciles ad infringendas iuratas renuntiationes.*
26 *In dubio pronuntiandum eſt quod renuntiatio valida ſit & ſubſtineatur.*

ARGVMENTVM.

Iurata renuntiatio an pręteſtu immodice lęſionis, reſpectu bonorum matris reſcindatur ſi a patre: & matre communis filia renuntians de paternis, & maternis congrue dotaretur ad ſummam vtriuſque legitime debitam.

RESOLVTIO. XXIII.

1 ADuerſus † renuntiationem iuris iurandi religione roboratam *iuxta cap. quamuis de pactis in 6.* quaſi quotidie filias, etiam maiores impetrata iuramenti abſolutione in foro conquerentes videmus, idque prætextu immodicę lęſionis (quam enormiſſimam appellamus) in qua cum dolus re ipſa præſumptus contineatur ſatiſque ad reſciſſionem ſufficiens cenſetur caſus excluſus à dicto capitulo, qui, & ſi doloſam renuntiationẽ excludat, quoque renuntiationẽ lęſiuam excludere cenſetur, quia veri ſimilitudini, nec congruit renuntiantem filiam cum Iuramento ita immodicæ lęſioni renuntiare voluiſſe, & ad id facilitate in contractu matrimonij ducitur puella vt matrimonio tradatur, tum etiã quia ea propter verecundiam, vel metum, parentum votis annuit, *ita Couarr. in dicto cap. quamuis pactum §. 4. num. 3. verſ. ſed ſi dolus in fine, & ibidem Anchar. & conſ. 39. Dec. conſ. 180. numer. 2. cum ſequent. conſ. 379. num. 3. plene Eugeni. conſ. 29. per totum Ceſal. conſ. 137. numer. 71. & conſ. 642. numer. 81. Guttier. in repetition. dicti capituli quamuis pactum, & de iurament. confirmator part. 3. cap. 3. numer. 7. Porci Imol. libr. 4. concluſ. 32. Peruſin. deciſ. 18. num. 64. Fachin. controuer. iur. lib 8. cap. 69. Decian. conſ. 6. numer. 7. 8. libr. 1. Ceuall. commun. contra commun. q. 115. num. 4. Gregor. Lopes in l. 34. tit. 14. par. 5. verbo quanto quier in fine & in l. final. tit. 19. par. 6. verbo mas de la mitad. Molfeſ. in conſuet. Neapol. p. 4. de renuntiation. q. 1. num. 23. 24. Meno. conſ. 335. num. 49. verſ. rurſus Gabr. de iure dotium concluſ. 1. nu. 8. Honded. conſ. 29. lib. 1. Maſtril. dec. 186. num. 17. Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. glo. 1. p. 1. num 4. & ſeq. & n. 16. & ſequ. ad finem. & clauſ. 5. gloſ. 1. p. 3. ſub num. 27. vol. 2. Anton. Sola in conſt. Sabaud. tit. de alienation. bonor. minor. mulier. & cat. gloſ. 2. num. 4. Carol. Anton. Pute. in conſ. vnico poſt conſ. Sforzie impreſſ. Gail. lib. 2. obſeru. 147. præciſæ n. 11. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 96. num. 3. 6. & ſeq. Anton. Faber. C. de dotis promiſſ. lib. 5. tit. 6. defin. 7. ſub n. 17. & per tot. Anel. de Amat. conſ. 54. Franc. dec. 247. in princ. & n. 4. & ſeq. & dec. 119. n. 6. & ſeq. Gramat. dec. 101. num. 54. Caſtil. Sottomaior. lib. 3. controuerſ. iuris. c. 2. n. 39. 40. & ſeq. per tot. Maluaſi. conſ. 126. à n. 27. & ſeq.*

2 Ita vt † reſciſſa quandoque ex caput prædicto renuntiatione patre cum teſtamento decedente filiæ tantummodo legitimæ ſupplementum debeatur, & nihil aliud filia conſequitur, ſi vero inteſtatus deceſſerit pater ab inteſtato ſuccedet cũ fratribus in viriles, nec ſola legitima, vel legitimæ ſupplemento contenta eſſe cogitur collata tamen dote recepta *Ant. Faber C. de pactis lib. 2. tit. 3. defin. 8. Mainard. dec. 20. lib. 4. Carol. Pute cõſ. vnico num. 67. poſt conſ. Sforzie impreſſ.* & ita deciſum *dixit Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. gl. vnic. cap. 1. num. 41. 42.*

3 Dictaq. læſio † conſideranda eſt habitu reſpectu ad dotationis, ac renuntiationis tempus, ſi pater non congrue filiam dotauit ſecundum bona quæ nuptiarum tempore, & conſtituendę dotis pater habuit, & iuxta regionis morẽ, ſecus ſi congruẽter dos iuxta paternum offitium conſtituta ſit, inſpectis facultatibus patris, quæ tunc fuerunt cũ tunc nulla ſuperſit ſpes filiæ renuntiationis reſcindendæ quamtumuis pars, & facultates auctæ ſint, ſi quidem dotis datio non eſt hoc loco ad rationem legitimæ conſideranda (tunc enim foret conſtituenda iuxta qualitatem bonorum quæ pater tempore mortis habet) ſed iuxta officium paternum, & congrue iuxta paterna bona dotationis, & renuntiationis tempore *ita probat Couar. in repetition. dicti cap. quamuis pactum p. 3. §. 4. n. 7. concluſ. 12. & §. 3. poſt n. 3. Ant. Faber. in Cod. lib. 2. tit. 3. de pactis defin 21.* vbi quod Sabaudię Senatus ea diſtinctione illam à noſtris interpretibus tandiu vexatam quęſtionem conciliat. *Guttier. in d. c quamuis pactum in verbo a filia num. 11. Aldobrandin. conſ. 26. num. 114. cum pluribus ſequen. libr. 1. Fontanella de pactis dotal. clauſ. 9. glo. vnica p. 1. a n. 18. cum ſeq. vol. 2. & clauſ. 5. gloſ. 8. p. 1. nu. 18. 19. eod. vol. 2. Menoch. conſ. 6. n. 21. conſ. 918. n. 18. 19. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 88. n. 8. & 9. Rota Roman dec. 160. n. 7. poſt Pacificum de Saluiano interdicto, & dec. 202. num. 20. 21. 22. p. 2. diuerſor. Surd. plene conſ. 488. a n. 28. ad finem lib. 4. Signorol. conſ. 29. col. 2. verſic. præterea hoc enim Caualcan. dec. 32. p. 3. Tellius Fernander in l. 23. Tauri n. 12. 13. Gramat. dec. 101. nu. 72. Molin. de Primog. Hiſp. lib. 2. cap 3. n. 27. 28. 29. Gabr. conſ. 156. n. 22. 23. lib. 1. Alex. conſ. 29. nu. 6. lib. 3. Petra de fideicom. q. 15. n. 129. & ſeq. Graſſ. §. legitima q. 13. verſ. aut filius, aut filia Seraſin. de iurament. priuileg. 70. n. 10. & n. 16. verſ. ego tamẽ & priuileg. 163. Plene Caſtillus Sottomaior. controuerſ.*

Digitized by Google

uerſ.iur.lib. 3.cap.2.n.43. 44. 45. cum pluribus ſe-
queu.& nu.48.& n.65.& ſeq. Crau. conſ.11. 114.
647.in fine,& conſ.682.Giurb.ia conſuetud.Meſſan.
cap.3.gloſ.14.n.16.cum anteeedẽtibus. Nec diſſen-
tit.Pariſ.couſ.69.n.63.& couſ.26.a u.77.in 3. caſu
lib.3.Vaſqueſ.de ſucceſſ.creation § 18.n.80.Facbin.
controuer.iur.lib.3.cap. 25. Boeri.dec.62.Franeiſc.
de Caldas Pereira de reſtit.iu integr.verb.leſis nu.1.
verſic.præſumitur enim dolus circa medium Dec.cõſ.
6.lib.1.Barzi dec.128.nu.66.67.68.& ſeq. Bellou.
conſ.15.n.8.Honded. conſ.10. per totum. & n. 33.
& ſeq.& n.36.lib.1.Sim. de Pretis conſ. 138.Grat.
dec.27.per tot.& uu.12.13.Peruſin.dee.21. Roger.
couſ. 16.n.66.67.68 lib.1.Pancirol.conſ.62.in fine
conſ.88.n.26.27.Vueſembec.conſ.23.n.49. Carol.
Auto.Pute.conſ.vuico poſt conſ.Sforzie a uu.53. ad
nu.63.Burgos de Paz.conſ.5.u.7.Burſa.conſ. 249.
n.2.Mainard.dee.19.num 4.verſ.conciliatio autem
lib.4.vbi ſic dicit in Francia aduerſa arreſta cõ-
ciliari.Mantiea de tacitis & ambiguis eonuent.libr.
12.tit.24.ſub uum.14. verſ.ſimiliter etiam vol. 1.
Cancer.late variar.reſol.l.1.capit.3. uum.17.& lib.
3.capit.15. a num 65.ad n. 78. Molfeſ.in conſuet.
Neapol.p.3.de ſucceſſion. ex teſtam.q.7 per tot.Val-
diuieſo iu add.ad Roder.Suares iu l.quoniam in prio-
ribus in limitat. 4.l.Regni verſ.Secundus caſus eſt
Illuſtriſ.Regens de Corſotto ad couſ. 16.ſui Genito-
ris in feudalibus iu fin.

4 Sed ſi filia † quæ renuntiauerat ante patrem
deceſſerit ſuperſtitibus Nepotibus, qui legitimã
ex propria perſona in bonis aui hæreditarijs pe-
tunt dubitationem res non habet quin eorum le-
gitima æſtimanda ſit ex facultatibus, quæ mor-
tis tempore reperiũtur quia illi ex proprio capi-
te veniunt quãuis dotem a matre acceptam co-
gantur nepotes in ſuam legitimam imputare, eo
minus quo dos importat ex bonis aui pro eorum
legitimo debiro percipiendo Anton. Faber. C.
de pactis libr.2.tit.3. deſin.21. & deſin. 18. & 19.
Cancer.var.reſolut. lib.3.c.15.de renuntiation.n.68.
& ſeq.

Inde eſt vt ſecundum magis probatam ſen-
5 tentiam † cõgrue dotata filia inſpectis patris fa-
cultatibus aſſignationis rempore, non augeatur
dos, ſi tẽpore mortis patris facultates creuerint
ita reiectis contrarijs probant Corſetus Regens in
addit. ad conſilium 16. ſui genitoris in feudal. num.
18.19.relatis pro iſta opinione 52. auctoribus, &
alios.59.autores Affert.Giurb.iu conſuet. Meſſan. c.
3.gl.14.n.14.15.Ceſar. de Graſſ. deciſ.2.nu 21.La-
derch. conſ.35. Mantica de taeit. & ambig. conuen-
tion.lib.12.tit.24.Maſtr.dec.1.nu.15.Caſtil. Sottõ-
maior. controuer. iur. lib.3.cap.2.n.43.late Fouta-
nel de pactis dotal.clauſ.5.gl.8.p.1.vol.2.a n. 8.9.
& ſeq. Ponte conſ.75.n.67.lib.2. Et etiam ſi dica-
tur dotẽ loco legitimæ ſubrogata vt multis pla-
6 cuit,tamen ſi † filio à patre legitimæ portionis
debitum aſſignatum,ſit auctis ex inde bonis, nec
filij legitima augenda ſicut nec diminuenda eſt
bonis paternis forte diminutis,& ſi alij contrariũ
ſenſerint 19. relatis auctorit. firmar Corſet.Regens
d l.n. 16.& 17. hanc cõmune,& magis cõmunẽ
appellat Trentaciuq.var.reſol.tit.de legitima reſ.2.
qui auctoritatibus addit rationes, & contrarijs
ponderatis aduertit aliquos in hoc minus conſtã-
tes fuiſſe Giurb.in dicta gl.14.nu.8.qui refert pluſ-
quam 40. Doctores & n.9. hanc veriorem dicit
cum pluribus præcedentibus,& ſequẽtibus Surd.
conſ.488.Milan.dec.10.uum.64.lib.1.Meno. conſ.
1149.nu. 3.Peregr.couſ.36.a nu.19.& ſeq. Anell.
de Amat.conſ.46.nu.5. Torus in compendio deciſ.
7 ver.legitima competens filiæ.Sic etiam in † dote de
paragio legirime ab initio conſtituta vt auctis
inde facultatibus nec augeatur.Sed conſtitutio-
nis non mortis tempus inſpiciendum ſit exemplo
ſtatuti excludẽtis mulieres ſucceſſione,quas do-
tari iubeat, niſi prorſus Immodica interuenerit
læſio in conſtituta dote tempore eius cõſtitutio-
nis Laderch. conſ. 35. num.15. & ſeq. & Decium
contrarium tenentem reprobat Ruiu.cõſ 56. vol.
3.& Decium. varium, & inconſtantem dicit Al-
ciat.de præſ.regul.1.Gramat. dec. 101. uu. 70. dicit
Decium loqui cõtra communem Anchar.iun. q.
51.libr.1.Surd.couſ.488. n.36.qui contra Simonẽ
de Pretis fuiſſe iudicatum dicit,& Burſat.cõſ 248.
nu.20.quos ſequutus eſt Corſetus Regens ſupra di-
cto num. 19.verſ. ſed contra ſequendo ſuũ genito-
rẽ ibi u.3.Giurb. iu conſuetud.Meſſau.c.3.gl.14. nu.
17.Maſtr.dec.1.n.15.Molfeſi iu conſuetud.Neapol.p.
3.de ſucceſſ.ex teſtam. q.7.per tot. Gaſpar. Baeza iu
tractat.de non melioraudis dotis ratione filiabus c.6.
ex uum.12.& prius cap. 1.nu. 14.verſ. illud tamen
Anton.Faber.in C. de inofficioſ.teſt. lib.3.tit. 19.de-
fiu. 18.& 20.Peregr. couſ.86.per tot.lib.1. qui in
fine ita indicatum refert Fontauell.de pactis dotal.
clauſ.5.gl. 8.p.1.nu.14.15.16.17.vol.1. Ponte cõſ.
75.nu.67.qui refert deciſũ in cauſis Duciſſę No-
ceriæ,& Duciſſæ Andriæ.Et ſi ab iſta diſſenſerint
Caſtrenſ.conſ.73.& conſ.210.lib.1.arbitrando iſto
caſu in inſpiciendum eſſe tempus mortis cũ tũc
perfici dicatur excluſio dotatę,quę à ſtatuto pro-
pter dotem a ſucceſſione excluderetur quem ſe-
quuti ſunt Dec. cõſ.276.Simou.de Pretis conſ.138.
Dec.conſ.54.n. 22.& ſeq.lib.1.Mazol. conſ.39. de
quo alias in Magna Regia Curia tractatũ fuit in-
ter Principem Caſtrileonis, & Sigiſmundum de
Platamone.

Dubitatum tamen fuit ex facto, & quod pro-
8 ponebatur† communem filiã a viuentibus vtrin-
que parentibus congruenter dotatam fuiſſe, qua
propter dote contenta cuicumque ſucceſſioni,tã
paternæ,maternæ,quam auiæ iuramento dotãti-
bus renũtiauerat;parẽtibus inde vita functis ad-
uerſus matris hæredes ab inteſtato, ac commu-
nes fratres,& ſorores inteſtatam portionem, ac
ſucceſſionis concurſum in maternis bonis; pete-
bat ac ideo relaxationem iuramenti,& renuntia-
tionis reſciſſionem enormiſſimæ læſionis præ-
textum.

Idque ex parte filiæ fundari prętenſum eſt,
quoniam ex capite enormiſſimæ læſionis reſcin-
denda veniebat talis renuntiatio, quamuis iura-
ta,quemadmodum in ſuperioribus num.1. firma-
tum eſt.

Læſio autem ita deducebatur quod licet con-
gruẽter potuiſſet dici filia tunc dotata cum cõſe-
quuta fuerit dotes ſcutorum quatuor mille, ta-
9 men quo ad bona materna dicebatur filia † enor-
miſſi-

miſſimę læſâ, & renuntiationem eſſe reſcindendam
cum nihil de maternis bonis habuerit *Carol.*
*Anton. Put. dicto conſ. vnico n.13.*nihil enim no-
cere filiæ debet renuntiatio maternæ ſucceſſio-
nis niſi cum ad dotandam eam aliquid ex mater-
nis bonis erogatum eſt *Anton. Faber. in C. libr. 5.*
tit. 6. defin. 7. ſub n. 19. Dec. conſ. 379. ſub nu. 14. &
10 quamuis † etiam a matre fuerit dos ei conſtitu-
ta, vel ea preſẽte de maternis, & paternis dotari
filiã dictum ſit, tamen a patre tantum profecta
præſumitur dos ſi vires patrimonij patris ſuffi-
ciunt *Afflict. dec. 178. num. 13. Anton. Faber. bene*
in C. de dotis promiſſion. libr. 5. tit. 6. defin. 7. Maſtr.
deciſ. 186. Magon. in Florentin. dec. 18. per tot. Mai-
nard. dec. 21. l. 4. Sola ad conſtit. Saband. tit. de alien.
bonor. minor. mulier. & cæt. gl. 2. nu. 14. 15. Anell. de
Amat. conſ. 54. Peruſ. dec. 21. n. 16. & ſeq. Font. de pa-
ctis dotal. clauſ. 9. gl. 1. a n. 5. & ſeq. qui pluries de-
ciſum refert *Caualc. dec. 8. n. 30. l. 3. Neuizan. conſ.*
16. num. 8. Ancharan. Iun. q. 33. p. 1. Polidor. Ripa
obſeru. 17. n. 9. Giurb. dec. 45 ſub nu. 27. verſ. Imò ſi
de maternis, & in conſuetud. Meſſan. cap. 3. gl. 6. nu.
9. 12. & ſeq. per tot. Burſa. conſ. 215. nu. 3. 4. Turret.
conſ. 2. n. 8. lib. 2. Miſing. obſeru. 85. centur. 6. Menoc.
lib. 3. præſ. 15. Surd. de alimen. tit. 6. q. 15. n. 10. Coſta
11 *de ratione Rate q. 62.* cum † dotandi onus patri
præciſe de iure iniunctum, ſit eiuſque ſit officium
l. fin. C. de dotis promiſſion. l. qui liberos ff de ritu nu-
ptiar. Curt. Iun. cõſ. 133. DD. in l. 1. ff. ſolut. matrim.
Alex. n. 30. Iaſon. n. 25. Ripa. nu. 54. Socein. Iun. nu.
157. Oſaſc. dec. 43. nu. 7. Rolan. conſ. 64. nu. 6. vol. 1.
Triuiſ. dec. 22. n. 3. lib. 1. Men. conſ. 33. 238. & 370.
Peruſin. dec. 21. Faebine. lib. 13. controuer. iur. cap.
78. Petr. de Gregor. de dote de paragio. q. 20. num. 5.
Anton. Faber. C. lib. 5. tit. 6. defin. 7. & 10. & lib. 3.
tit. 19. defin. 31. n. 2. in allegatis Sola ad conſtit. Sa-
baud. tit. de alienat. bonor. minor. mulier. & c. gl. 2. n.
14. Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. gl. 1. n. 10. vol. 2.
Menoc. lib. 3. præſ. 15. n. 6. 7. pleue Giurb. in cõſuetud.
Meſſan. c. 3. gl. 3. p. 1. n. 47. Franc. dec. 215. n. 3. Surd.
12 *conſ. 290. nu. 19.* in tantum † quod vxor interue-
niens in dotis communis filię conſtitutione dici-
tur intercedere veluti fideiuſsor, ac quidquid ex
dicta cauſa ſolnerit a viro eiuſque hæredibus re-
petit *Anton. Faber. in C. lib. 5. tit. 6. defin. 7. ſub n. 2.*
Maſtr. dec. 186. n. 8. Giurb. in conſuet. Meſſan. c. 3. gl.
1. n. 10. gl. 2. n. 6. gl. 3. nu. 47. & gl. 6. n. 1 Barboſ. in l.
1. p. 4. a n. 102. ff. ſol. matr. Surd. conſ. 488 n. 21. (niſi
13 † diſtincte, & certitudinaliter fuerit dotata filia
tam de maternis, quã de paternis, nempe centum
de paternis, & centum de maternis, cum tunc do-
tatio facta cenſeretur etiam de bonis maternis,
Maſtr. dicta dec. 186. numer. 7. Fontanella de pactis
dotal. clauſ. 9. gloſ. 1. numer. 12. volum. 2. Caualcan.
dec. 8. num. 30. p. 3. Peruſin. dec. 21. ſub num. 27.
Neuizan. conſ. 16. ſub n. 8. Burſ. conſ. 215. n. 4. lib. 2.
Miſinger. obſeru. 85. n. 7 Centur. 6. late Giurb. in
conſuetud. Meſſan. c 3. gloſ 6. num. 14. Azeued. l. 8.
num. 7. tit. 9. lib. 5. recompilation.) Ac ideo tunc fi-
14 lia † diceretur vnica dote, nempe a patre tantum
profecta plurium hæreditatum ius ſcilicet pater-
næ maternæ, & cæt. renuntiaſſe, quod fieri nequit
cum tam immodica renuntiantis læſione *Anch.*
conſ. 39. colum. 2. verſ. pondero etiam Soce. conſ. 263.
nu. 4. verſ. præterea facit. vol. 2 Ceci. conſ. 379. n. 14.
in fi. Ruin. conſ. 60. n. 23. vol. 3. Alciat. conſ. 97. nu.
7. Neuizan. conſ. 27. n. 54. verſ. item, & ſi omnia Ce-
fal. conſ. 142. n. 25. Carol. Ant. Pute. in dicto conſ.
vnico. n. 14. qui plures Decij cõſilia ad id adducit La-
nar. conſ. 49. n. 7. Anell. de Amat. conſ. 54. n. 3. Surd.
15 *conſ. 393. num. 42 libr. 3.* Item ex eo † quod filia
de bonis tantum paternis dotata eo caſu cenſe-
tur, ideo non tenet renuntiatio reſpectu bonorũ,
de quibus non fuit dotata nempe maternorum,
eorum enim reſpectu dicitur facta ſine cauſa
renuntiatio, & reſtringitur ob id ad bona paterna
tantum vt late ſcripſit *Dec. conſ. 379. requiſitus nu.*
14. Caſſan. conſ. 69. n. 13. 14. Vrſil. dec. 161. n. 6. &
dec. 179. n. 4. per Molfeſ. in conſuetud. Neap. p. 4.
tit. de renuntiat. quæſt. 17. num. 18. Fontanel. de pa-
ctis dotal. clauſ. 9. gl. 1. a n. 5. & ſeq. Ant. Faber. in
16 *C. lib. 5. tit. 6. defin. 7. ſub nu. 13.* maxime † quia fi-
lia tempore renuntiationis erat minor, quo ca-
ſu etiã iuramento roborata non tenet renuntia-
tio. *Abbas. conſ. 107. vol. 2. Ruin. conſ. 170. num. 23.*
vol. 1. Grammat. conſ. 127. col. 1. & ſeq. in ciuil. Ga-
br. de iure dotium concl. 1. n. 11. Roland. conſ. 7. n. 43.
& ſeq. vol 3. Becci. conſ. 59. num. 6. Molfeſ. in conſuet.
Neapol. p. 4. de renuntiat. q. 1. n. 62. Carol. Pute. d.
conſ. vnico. Fontanel. de pactis dotal. clauſ. 9. gl. vni-
ca p. 2. vol. 2. Caſtill. Sottomaior. controuer. iuris. lib.
3. cap. 2. numer. 28. & ſeq. Eugen. conſ. 29. nu. 42. &
quamuis ſtante iuramento contrarium ſequuti
ſint ſententiam *Bald. conſ. 148. num. 2. lib. 1. Dec.*
conſ. 31. nu. 2. Bero. conſ. 49. num. 5. lib. 1. Crauet.
conſ. 11. nu. 10. Meno. conſ. 196. n. 38. 40. & conſ.
ſequent. num. 48. Mandell. conſ. 11. num. 3. per Puteũ
dicto conſ. vnico num. 48. 49. 50. Fontanell. dicta gl.
vnica par. 2. Tamen in Regno de plano procedit
ſtante diſpoſitione Capituli Regis Caroli 78. cer-
tas in minorum contractibus requirens ſolemni-
tates *Maſtril. dec. 186. num. 19. 20. & ſeq.* Nec iu-
17 ramentũ † obſtat in terminis *c. 78.* Regis Caroli
iuxta textum in Auth. ſacramenta puberum quod
non obſtante iuramento procedit, & iuramenti
viriles tollere poſſe indirete ſtatutũ, dolo extor-
tium eum præſumendo ob non ſeruatas ſolemni-
tates, vt in dicto capitulo *probãt Bart. in l. omnes*
populi nu. 25. in 2. quæſt. 3. quæſt. principal. ff. de iuſt.
& iure Thomas Ferrat. cautel. 16 Barb. conſ. 6. &
conſ. 41. Simon à Monte Santo inter conſ. criminal.
diuerſor. conſ. 154. t. 1. Gabr. conſ. 13. ſub n. 6. & ſeq.
lib. 1. Simoncel. de decreto lib. 3. tit. 8. in ſpec. 18. nu.
165. & ſeq. Crotus in l. nemo poteſt nu 45. & 112.
ff. de legat. 1. & omnes fere noſtrates in dicto c. 78.
firmat. Curt. Iun. conſ. 118. n. 6. lib. 2. Soc. Iun. conſ.
3. vol. 4. Alex. conſ. 151. viſo temate col. penult. n. 3.
volum. 7. vti communem, & veriſſimam ſequitur
Iaſon. in dicta Authen. Sacramenta puberum C.
ſi aduerſ. vend. col. fi. Corn. conſ. 135. colu. 3. & conſ.
121 volum. 1. Maſcar. de probat. concluſ. 1062. nu.
66. vol. 2. Honded. conſ. 45. num. 37. lib. 1. Serafin.
de priuil. iuram. priuil. 74. n. 28. & priuil. 83. n. 79.
80. Muta in conſuetud. Panor. c. 31. n. 38. Carauit. ritu
287. n. 10. vbi dicit, quod ideo in Regno ſæpe
Princeps ſęcularis mittit falcem in meſſem alie-
nam, nempe iuramenti, quia moribus recepta
eſt illa opinio, quod Princeps ſęcularis in iura-

men-

Digitized by Google

mentis habet vim Apoſtolici licet iſta opinio non
ſit vera, de quo etiam *per Gramat. dec. 12. n. 15.*
Pinel. in lrg. 2. C. de reſcindend. vend. p. 3. c. 1. n. 11. Et
quia dictum capitulum ſtatuit ſuper iuramento
ex cauſa rationabili, & præſumendo dolum, &
fraudem, & non directe, ſed indirecte, & prohibē-
do notarios recipere huiuſmodi inſtrumenta, &
ex multis ſcribunt *DD. præciſe Bolognett. in l. omnes*
populi ff. de iuſt. & iure & notat Boniorn. ſuper d. c.
in duobus locis, & ibidē Io. Philippus de Paternione
& Philippus de Michaele ex aliis Seraſin. dictis locis,
& pulchre idem Carauit. in Pragmat. Neap. 1. §. 17.
nu. 6. Rota Lucenſ. apud Magon. deciſ. 13. n. 19. 20.
vbi conſiderat, maxime quando Princeps Secu-
laris diſponit ſuper actu temporali, non ſpiritua-
li *Anton. Padill. in l. 2. C. de reſcinden. vend. nu. 35.*
18 Et † ſtatutum præſumens, & fingens dolum vali-
dum eſſe *firmat Ancharan. conſ. 226. Socc. Sen. cōſ.*
65. vol. 1. Ruin. conſ. 94. n. 9. libr. 1. Socc. Iun. conſ. 3.
lib. 2. Laberten. de contract. gl. 8. nu. 9. & 97. Bal. cōſ.
213. lib. 2. Barbaz. conſ. 70. lib. 3. Abbas conſ. 71. lib.
19 *1.* Item † vbi dolus, ne dum verus, ſed etiam à
lege præſumptus adeſt nihil operatur iuramētū
Anchar. conſ. 338. Cuman. conſ. 180. Gabr. conſ. 13.
num. 7. lib. 1.

Quibus non refragentibus contrarium in oc-
20 currenti caſu diximus † in quo verius omnis ceſ-
4 *Curator an poſſit dari abſenti non ſubdito iuriſdictioni iudicis dantis ſaltem ratione cauſæ mouendæ, & num. 5. & ſeq.*

6 *Forum quis ſortitur ratione deſtinatæ ſolutionis, & iudicis illius loci ſubijcitur, cum deſtinatæ ſolutionis locus & non contractus attendendus ſit, quo ad fori acquiſitionem, nam ibi dicitur quis contraxiſſe, vbi ſolutionem facere promiſit, n. 6.*

7 *Forum quis non ſortitur in loco celebrati cōtractus, quando executio eiuſdem contractus in alio loco confertur.*

8 *Forum quis ſortitur ratione contractus, ſi ibi contrahens reperiatur, vel in loco contractus bona reperiatur habere.*

Tantò magis, ſi in contractu fuerit fori priuilegio renunciatum, et ſic additum forum foro, n. 9.

10 *Fori priuilegio quiſque renunciare poteſt, et pacto ſubijci Iudici non ſuo, et quando, n. 11.*

12 *Renuntians proprio foro cum iuramento non poteſt reſilere à renuntiatione iam facta.*

13 *Fori remiſſioni regulariter non eſt locus in contractibus, niſi contrahens proprij fori beneficio cum iuramento renuntiauerit, vel ad certum Tribunal ſe reſponſorum fore promiſerit, n. 14.*

15 *Promittens vbique conueniri poſſe, cenſetur iuriſdictionem vbique prorogaſſe.*

16 *Prorogari non poteſt iuriſdictio Iudicis habentis iuriſdictionem ad certam cauſarum ſpeciem, ſecùs ſi ad omnes cauſas, licet in certo Territorio.*

17 *Ratione rei ſitæ ſortitur quis forum, vbi ageretur reali, vel mixta, aut hypothecaria actione.*

Et quid ratione rei ſitæ mobilis in loco exiſtentis, num. 18.

Quid ſi in loco rei ſitæ non reperiatur cōuentus, n. 19

20 *Curator an poſſit dari abſenti à Iudice loci rei ſitæ in actione reali, & per totum.*

21 *Curator liti datur per Iudicem ſæcularem clerico coram eo litigante.*

22 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt dare curatorem laico coram eo litigante.*

23 *Curator principaliter datur rebus, & liti, non perſonæ, ideo dari poteſt per eum Iudicem, cui bona ſubſunt licet non perſona.*

24 *Non eſt tenenda opinio, per quam multæ ſuſcitarentur lites.*

25 *Iudex ſemper poteſt dare curatorem, ſi ſit competens quomodolibet ratione cauſæ mouendæ.*

26 *Curator abſenti, ne dum vagabundo dari poteſt ratione rei ſitæ, deſtinatæ ſolutionis, vel contractus, ſed etiam quando certum eſt eum extra Regnum in certo loco commorari, & n. 31.*

27 *Curator an dandus ſit abſenti in certo loco, vel potius per litteras ſubſidiales abſens citandus ſit, & quid ſi à Regno nō ſit abſens, n. 32. & quid ſi ignoretur vbi ſit, licet à Regno non abeſſet, n. 33.*

28 *Fideiuſſio, inuentarium, & iuramentū curatoris abſentis de abſente defenſuro, & aliæ ſolemnitates de iure requiſitæ de ſtylo Regni non ſeruantur, & quando ſecùs, num. 30.*

29 *Stylus curiarum ſeruandus eſt circa curatores decernendos.*

34 *Curator an poſſit dari latitanti, & contumaci, licet præſenti.*

ARGVMENTVM.

Abſenti non ſubdito an à Iudice loci, rei ſitæ contractus, vel ſolutionis deſtinatæ, poſſit dari curator.

RESOLVTIO XXXIII.

1 ABſentibus inuitis † Iudex prouidet de curatore ad litem, ad inſtantiam creditorum, vel eorum, qui ius aliquod deducendum in iudicio contra abſentes habere proponunt, Dec.conſ.575.num.1.& ſeq. Ang.conſ.103.& 193. col.1.verſ dixi ſecundo, & ſeq. Neuizan.conſil.17. ſub num.24.& conſ.70.n.30.& 36. Bal.conſ.327. num.1.in princ.lib.5. Fulgoſ. conſil.113. Alexand. conſ.4.n.4.lib.2. Rolan.conſ.48. lib.1. Piagia de tutor.quæſt.5.num.46. Bero.conſ.102.vol.3. Montan. de tutel.cap.28.num.72. Caualcan.de tutor.nu.331. Sforz.Odd.de reſtit.in integr.quæſt.12.n.45. Menoc. de arbitrar.caſu 150.num.15.& ſeq. & conſil.345. Gabr.conſ.28.lib.2. Greg.Lopes l.12.tit.2.par.3.to.1.par.1. & l.4.tit.29.par.2.gloſ.1. Curtar.deciſ.25. num.6. Muſull.ad Capitium deciſ.87.nu.7. Laderch. conſ.47.num.4. Simon de Pretis conſ.54. num.23. Cardin.Tuſc.concluſ.1104.n.9.& 33.36.37.& 41. litt.C. Olibun.de action.par.2.lib.1.cap.14.num.57. Guttier.de iurament.confir.par.1.cap.23.ſub num.6. Garzia de expenſis & meliorat.cap.20.n.3. Purpur. conſ.37. Moroc.conſ.85. Carpan.ad Stat.Mediolan. cap.34.num.55.& 56. Hippol. Rimin. conſ.182. & 270. Mutarii.101.num 71.& dec.32.n.22 Pereg. de iure fiſci lib.6.tit.7.nu.29. Velanzol.conſ.17.n.1. quod ita praxim ſeruaſſe vidimus, conſtito tamẽ
2 † Iudici de abſentia illius, de cuius bonis agitur, ac curator ad creditoris petitionem decernẽdus eſt, l.hoc autem, §.non defendi, ff.in quib.cauſ.in poſſeſſ. eatur, l.tutoris à patruo, ff. de confirmat. tutor. Angel.conſ.103.col.1.verſ.r. ex defectu, Montan. de tutel.cap.28.n.72. Roland.conſ.48.nu.14. lib.1. Bald.conſ.172.lib.2. Menoch. de arbitrar. caſu 150. num.18. Gabr.conſ.28.lib.2. Muturit.101.num.71. Simon de Pretis conſil.54 n.9.10. Card. Tuſc.concl. 1104.nu.10.& 34. litt.C. Maſtril.deciſ.287.n.20.
3 Et quod abſens † viuat, vel ſaltẽ dubitetur, quod magis viuus, quàm mortuus credatur, Gozadin. conſ.68.num.5. Menoch.de arbitr.caſu 150.nu.19. Boer.deciſ.88. Card.Tuſc.concl.1104.litt.C, nu.35. Montan.de tutel.c.28.nu.85. Roland.conſ.48.n.15. lib.1. Schrader.de feud.p.10.ſect.19.n.143.vol.2.
4 Vrget hinc dubitari, quid † in eo abſente, qui ſubditus non ſit iuriſdictioni iudicis curatorem dantis, veluti in abſente a Regno, adeò quod pro negatiua ſententia videretur reſpondendum, ex his quæ ſubdit Bald.conſ.173.in princ.lib.2. quod curatoris datio facta abſenti, qui non ſit ſubditus iuriſdictioni dantis, non ſubſtineatur, ſed oporteat, quòd ille, contra quem petitur curatorem decerni, ſit de loco, & foro Iudicis dantis, vel ſaltem de foro ratione cauſæ mouendæ, & quòd, ſi talis pręſens eſſet, cogeretur ibidem iudicium ſubire, Roland.conſ.48.num.17.& 18. lib.1.& de lucro dotis, quæſt.15.num.5. Surd. conſ.168.nu.18. Menoch.de arbitr.caſu 150.nu.16. Montan.de tutel. cap.28.n.72. Iacob.Gallus conſ.35. n.1.2.3.
5 Attamen, ſi abſens, † cui curator dandus eſt, iuriſdictioni, & foro iudicis dantis aliquo modo ſubſit, contrarium reſpondendum cenſeo, nempè
6 ſi ratione † deſtinatæ ſolutionis abſens iudici loci ſolutionis deſtinatæ ſubijceretur, coram quo peteretur curatorem dari, cum certum ſit forum ſortiri in loco deſtinatæ ſolutionis, etiam ſi ibidẽ promittens non reperiatur, ſi bona, vel domicilium habeat in loco deſtinatæ ſolutionis, vel ſi precisè certo loco ſoluere promiſerit, quamuis alibi contraxerit, cum deſtinatę ſolutionis locus, & forus, non autem contractus attendatur, Contraxiſſe enim quiſque intelligitur in eo loco, in quo vt ſolueret ſe obligauit, pro foro conſequutione, l.contraxiſſe, ff.de action.& obligat. Anchar. conſil.192.n.3. vbi, quòd ibi dicitur quis contraxiſſe, vbi ſolutionem facere promiſit, Bart.& Angel.in l.quæro, ff.de ſolut.per illum textum Cinus, & Salyc.in l.1.C.vbi conuen.qui cert.loc. Cardin.Tuſc. concl.437 num.1.& 2.& concl.48.ſub nu.17.& 18.& concl.442.n.1.2.& ſeq. litter. F. Bertazol.de clauſul inſtrumentor. clauſ.41.gloſ.4. Iacob.Gallus conſ.35.num.7.8.9. Soccin. conſ.35.ſub n.5. vol.1. & in cap. dilecti de foro competenti num.9.& 47. Iaſon in l.ſi conuenerit à n.39.& ſeq.& num.48.ff.de iuriſdict.omn.iud. Triuiſan.dec.48.n.8.p.1. Couarr. practic.quæſtion.cap.10.num.6. Rota Genuæ deciſ. 105.& dec.161.n.7. Trentacinq.variar.reſol.lib.3. tit.de ſolut.reſol.26.n.5 6.& ſeq. Pereg.de fideicom. art.53.nu.4. Gabr.conſil.167.n.11.12.& 64. lib.2. Gargiar.patrocin.65.n.7. Anton.Fab.in C.lib.3.tit.
7 15.defin.4. Porrò † non ſortitur quis forum ratione contractus in loco celebrati contractus, quando executio contractus prædicti in alio loco confertur. Bald.conſil.180.primo dicendum n.2. verſ ſed quod magiſter, lib.5. Cardin.Tuſc. cõcl.438. n.28.litt.F, quamuis id intelligi, ſi reperiatur: ceaſuerit Abbas, Ripa, Decius, & Bald. relati per Trentacinq.dictu reſol.26. n.5.in fin. & num.12. Quem-
8 admodum, & ratione † contractus forum ibidem quis ſortitur, & iudici loci contractus ſubijcitur, ſi ibi reperiatur, vel ibidem habeat bona, cap.Romana, §.contrahentes de foro competenti in 6. DD.in l.hæres abſens in princ.ff.de iudicijs. Soccin.iun conſil. 82.nu.24.lib.2. Lapus allegat.10.in princ. Bero.conſ. 165.num.4.lib.3. Surd. conſil.106. num.16.& ſeq. Ruin.conſil 15.n.6.lib.4. Roland.conſ.26.num.31.et 35.& ſeq.lib. Borell.in ſumma deciſ.tit.43.num.47. 48.& ſeq.vol.1. Card.Tuſc.concl.438.nu.1.& ſeq. litter.F. Rot.Rom.dec.847.tom.3. Caualcan.dec.1. num.3.par 1. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib. 14.tit.39.n.28. Trentacinq.variar.reſol.lib.3.tit.de ſolut.reſol.26. Gail.lib.2.obſeruat.36.n.14.& obſeru. 1.n.4. Card.Seraph.dec.1018.n.2. Capiblanc.de Baron.pragmat.8.par.2.n.150. Peregr. conſil.75.nu.2. lib.3. Menoch.conſ.322.n.9.& conſ.230.num.40. Carauit.rit 66.n.10. Gargiar patroc.65.n.7.
9 Tanto magis, ſi in contractu † fuerit priuilegio fori renuntiatum, & ſic additum forum foro, iuxta ea,

Digitized by Google

ta ea, quæ ſcribunt Abbas, & alij in cap. 1. de iud.
Albamſudell. conſil. 785. n. 7. & fortiùs, ſi cum iu-
ramento expreſsè renuntiatum ſit cuiuſuis fori
priuilegio, etiam l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omn.
iudic. Iacob. Gallus conſil. 35. n. 4. & 5. nam cuique
10 † licet fori ſui priuilegio renuntiare, & pacto Iu-
dici non ſuo ſubijcere, & ſe ſubmittere alterius
Iudici, cuius iuriſdictio prorogatur, leg. ſi quis in
conſcribendo, C. de pactis, l. penult. C. de pact. & in l. 1.
& 2. ff. de iudicijs cum dicta l. ſi cõuenerit, & per Do-
ctores in l. 1. §. & poſt operis, ff. de noui oper. nuntiat.
Caualcan. deciſ. 45. num. 70. Seraph de priuil. iuram.
priuil. 74. n. 165. & ſeq. Cancer. var. reſol. lib. 2. c. 2.
de iuriſdict. omn. iud. n. 198. Michael Ferrer. 3. par.
obſeruat. cap. 160. verſ. Item illa conditio, poſt princ.
Gratian. dec. 180. Cartar. dec. 6. n 2. Guttier. de iura-
11 ment. confirmat. par. 1. cap. 28. Si in Iudicem † pe-
nitus in competentem non conſenſerit, Viu. opin.
182. Capiblanc. de Barone pragmat. 8. par. 2. n. 160.
12 & ſtante iuramento, † nec poteſt talis paciſcens
reſilere, & pœnitere, & prorogatio prædicta in
reuocabilis efficitur, Angel. & omnes in dicta leg.
ſi conuenerit, DD. in dicto cap. 1. de iudicijs, Seraph.
d. priuil. 74. n. 175. cum ſeq.
13 Et licet † in contractibus regulariter non ſit
locus remiſſioni, quando reus ibi non reperitur,
Gloſ. in leg. hæres abſens, §. 1. ff. de iudicijs, verb. ibi
ſe debebit, Soccin. iun. conſil. 85. lib. 2. Pereg. de fidei-
commiſſ. art. 53. ſub num. 7. Guttier. de iuramen. con-
firmat. par. 1 cap. 16. Couarr. pract. quæſt. cap. 10. n. 6.
verſ. 11. Craſſ. except. 18. num. 11. Secùs tamen eſt,
14 † quando contrahens proprij fori beneficio re-
nuntiauerit, maximè cum iuramento, vel ad cer-
tum Tribunal ſe reſponſurum promiſerit, Gloſſ.
communiter recepta in l. 1. ff. ſi qui in ius vocat. non
ierit, Romanus ſingul. 283. Alex. qui de communi
teſtatur conſil. 89. nu. 4. verſ. per hoc etiam lib. 7. vbi
apoſtil., Couarr. practic. quæſt. cap. 10. n. 6. verſ. 11.
Guttier. de iurament. confirmat. par. 3. cap. 16. Card.
Tuſc. concluſ. 442. num. 9. 10. & 11. litter. F, Cepolla
cautel. 70. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. reſol 26.
num. 18. in tit. de ſolut. Carauit. rit. 166. num. 75.
Mandel. cõſil. 785. n. 7. Capiblanc. de Barone Pragm.
8. par. 2. num. 152. & 153. Tennin. cautel. 93. Iacob.
Gallus conſil. 35. num. 10. Calà de Mod. articuland. et
proband. gloſ. 1. §. 1. num. 61. Inde eſt, quòd etiam
15 † promittens vbique conueniri poſſe, cenſeatur
vbique iuriſdictionem prorogaſſe, Caſtrenſ. conſil.
203. num. 5. verſ. nunc cõtra tertium lib. 1. Galles ad
formam Cameralis obligationis par. 2. quæſt. 3. Card.
Tuſc. concluſ. 437. litt. F. nu. 4. & ſeq. & n. 9. Borrell.
in ſumma deciſ. de for. competen. tit 43. num. 41. to. 1.
Trentacinq. variar, reſolut. lib. 3. tit. de ſolution. reſol.
26. num. 14. & ſeq.
16 Et quàmuis aliqui cenſuerint † in propoſito
iuriſdictionem Magnæ Regiæ Curiæ prorogari
non poſſe per contrahentes extra Regnum, pacto
ſe ſubijcientes iuriſdictioni Magnæ Regiæ Curiæ,
ac proprii fori priuilegio renuntiando, quia Iudi-
ces Magnæ Regiæ Curiæ dixerint habere iuriſdi-
ctionem limitatam in certo loco, videlicet in Re-
gno Siciliæ, per ea, quæ ſcribit Bald. in Auth. habita,
C. ne filius pro patre, & in l. teſtamenta, C. de teſtam.
Capic. deciſ. 9. num. 10. Natta conſil. 82. nu. 6. 8. Surd.
conſ. 56. num. 16. & conſ. 280. dec. 88. n. 3. Molfeſ. in
conſuetud. Neapol. tom. 1. par. 4. tit. de renuntiat. q. 4.
num. 38. Gratian. deciſ. 78. Velanzol. conſ. 43. n. 101.
Vant. de nullit. tit. ex defect. iuriſdict. ordin. num. 51.
eorum dictum erroneum detegitur, etenim præ-
dicta procedunt, & ſuperiùs citati loquuntur,
quando ille eſſet Iudex ad certam cauſarum ſpe-
ciem, puta Mercantilium vſurarum, viduarũ cri-
minalium, & ſimilium, tunc enim impoſſibilis eſt
prorogatio, etiam expreſſa, ſecùs autem, quando
iudex eſſet ſimpliciter deputatus ad omnes cau-
ſas, licet in aliquo Territorio, alias rarò, aut nun-
quam poſſet iuriſdictio prorogari, quia Territo-
ria ſunt diſtincta, & etiam Regna, & Monarchiæ,
& prorogatio fit, & cadit inter diſtinctas iuriſdi-
ctiones.
17 Sicut etiam, † & ratione rei ſitæ ſortitur quis
forum, vbi ageretur in loco rei ſitę contra abſen-
tem reali, vel mixta, aut hypothecaria actione,
l. 3. quæ eſt finalis, C. vbi in rem actio. cap. fin. de for.
competent. Roman. conſ. 36. in princ. conſil. 376. n. 2.
verſ. primo quia, & conſil. 197. Decian. conſ. 694. nu.
13. Soccin. in cap. Sane in ſeptima declaratione de
foro competenti, Becius conſ. 62. num. 19. Tuſc. con-
cluſ. 439. litt. F. Gargiar. patrocin. 65. num, 6. Marcus
deciſ. 402. par. 1. Surd. conſ. 168. num. 53. & 54. Pa-
pon. lib 7. tit. 7. arreſt. 43. & 56. Natta cõſ. 389. n. 2.
Auell. de Amatis conſil. 31. num. 1. Card. Seraph. de-
ciſ. 1018. num. 3. Franc dec. 177. num. 1. & dec. 389.
Bero. conſ. 138. num. 12. 13. lib. 1. Macabrun. cõſ. 69.
& 70. Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 1. de action. &
oblig. quæſt. 6. nu. 69. & ſeq. Cephal. conſ. 309. n. 67.
Caualcan. deciſ. 3. num. 16. & deciſ. 1. num. 2. par. 1.
Hippol. Rimin. conſ. 353. num. 162. lib. 4. Mandell.
conſil. 208. num. 7. vbi, quod ab eodem Iudice rei
ſitæ debet dari curator, Decian. conſ. 118. num. 4.
& 20. lib. 3. Burſat. conſil. 397. nu. 7. Seſſa deciſ. A-
ragon. 129. num. 20. vol. 2. Milan dec. 11. n. 25. lib. 1.
18 & quid ratione rei ſitę † in mobilibus, vide Caual-
can. deciſ. 2. num. 1. 2. & dec. 20. lib. 1. Bart. & D. D.
in l. fin. C. vbi in rem actio. Abbas in cap. fin. n. 43. de
for. competent. Boer. dec. 218. nu. 4. Ancbar. Barbat.
& Imol. in cap. 1. de empt. & vendit. Proinde, &
tunc à Iudice loci rei ſitę curatorem abſenti dan-
dum eſſe cẽſeo, quemadmodum in ſuperioribus,
quando ratione contractus, vel deſtinatę ſolutio-
nis, (quod idem eſt) forum quis ſortitur, & quã-
19 uis eo caſu requiri, † quod in loco rei ſitę reperia-
tur conuentus, cenſuerit Caſtrenſis in dicta leg. fin.
num. 2. Cephal. conſil. 263. nu. 9. Surd. conſ. 168. n. 54.
Contraria opinio verior eſt vt procedat etiam, ſi
ibi non reperiatur, Caualcan. ſupra, & in repertorio
verb. forum, ex pluribus firmat Boſſius tit. de citat.
num. 33. ex cap. Romana, §. cõtrahentes, de foro com-
petenti in 6. & ſentiunt omnes ſuperiùs adducti,
nam ſi repetiretur in loco rei ſitę, non eſſet opus
dare curatorem, vt alias in Magna Regia Curia
ſecundum prędicta reſolutum fuit inter Don Ioã-
nem Henriquez de Herrera, cum Donna Victoria
Columna Comitiſſa Mohac, in Curia Potẽtiſſimi
noſtri Philippi Hyſpaniarum Regis degente, &
ibidem contrahente, & foro Magnę Regię Curię
Regni Sicilię pacto, & iuramento ſe ſubiiciente,
& proprio foro renuntiante, & in ſpecie l. ſi conue-
nerit,

Digitized by Google

nerit, ff. de iuriſdict. omn. Iudic. quę etiam ratione
rei ſitæ forum Magnæ Regiæ Curiæ ſortiebatur,
ſtante hypotheca pro ſuis dotibus ſuper ſtatibus
Mohac in Regno exiſtentibus, in qua cauſa etiã
Gallum conſuluiſſe vidimus nouiſſimè dicto conſ.
35. Hac etiam cenſuit Magna R. C. pro Barone
Roccellæ.

Et quamuis Surdus ſolus, quem viderim, conſ.
20 168. num. 11. 18. 53. & ſeq. firmet abſenti † non
ſubdito non poſſe dari curatorem à Iudice loci
rei ſitæ in judicio, ſeu actione reali, mixta, vel
hypothecaria, cum licet quis ratione rei ſitæ fo-
rum ſortiatur, tamen quod ex hoc non efficiatur
ſubditus, & tamen curator bonis nõ poteſt dari,
niſi ei, qui ſit de iuriſdictione dantis, & oporteat,
quod Iudex ſit competens contra eum, qui abeſt,
tamen Surdum loquentem ſine authoritate, non
rectè ſenſiſſe credo, nec ratio per eum adducta
ſubſiſtit, & aliàs contra Surdum fuit obtentum
in Magna Regia Curia ſub Sede Illuſtriſſimi de
Blaſchis, tunc Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ nunc
meritiſſimi eiuſdem Tribunalis Præſidis, pro Ba-
rone Roccellæ, contra illos de Maſtiani, nàm de
iure ſufficit, quod Iudex, qui dat curatorem liti,
ſit Iudex competens in lite, quàmuis litigantis
21 perſona non ſit ſubdita, proinde videmus † quod
curator liti datur etiam per Iudicem ſæcularem
Clerico coram eo litiganti, Bald. in l. fin. C. de ad-
miniſtrat. tutor. per tex. in cap. ſi. de iudicijs, Marant.
par. 4. diſtinct. 11. num. 13. & 64. & Foller. ad eum
num. 65. Bal. in l. ſolemus, §. Latrunculator, ff. de iu-
dicijs à poſtilla ad Cauenſem rit. 65. Neuizan. cõſ. 17.
num. 58. Bero. conſil. 102. n. 17. lib. 3. additio ad Ro-
tam Roman. dec. 7. n. 6. in tit. de iudicijs in antiquis,
Carpan. ſuper ſtatut. Mediolan. cap. 34. nu. 39. lib. 1.
Piagia de tutor. q. 24. n. 3. Myſinger. obſeruat. 87. cen-
tur. 1. Viu. dec. 387. n. 4. Franciſc. Caldas de Pereyra
in repetitione l. ſi curatorem habens in princ. num. 1.
Rota Roman. dec. 204. Sebaſtian. de Medic. in tract.
de legib. & ſtatut. p. 4. quæſt. 6. n. 5. verſ. 6. lex ligat
multos, Aufrer. in tract. de poteſtat. Iudic. Layci ſu-
per perſona Eccleſiaſtica reg. 2. limit. 29. tom. 16. tra-
ctatuum, Intrigl. de feud. centur. 2. art. 94. num. 8. &
22 conſ. 30. num. 69. & pari modo † Iudex Eccleſia-
ſticus poteſt dare curatorem layco coram eo li-
tiganti, cum ratio vniformis ſit, vt ab illo Iudice
curator detur, coram quo lis vertit, c. ſi. de iudicijs
in 6. Bal. in l. ſi poſt principium de iudicijs, Marant.
dicta par. 4. diſtinct. 11. num. 13. Item videmuſ,
23 quod † curator poteſt dari bonis per eum, cui
bona ſubſunt, licet non perſona, quia principali-
ter curator datur rebus, & liti, non perſonę, Alex.
conſ. 44. lib. 5. Vincent. de Anna ſingul. 266. Aretin.
in §. præterea, inſtit. de except. Neuiz. conſ. 17. n. 57.
Intrigl. bene conſ. 30. n. 70. Quæ auctoritates pu-
gnant contra Surdi opinionem, & ita quotidie
practicamus, & minimè mutanda ſunt, quæ cer-
24 tam habuerunt interpretationem, nec eſt † te-
nenda opinio, per quam ſuſcitantur multæ lites,
Raudenſis conſ. 40. n. 2. lib. 2.

25 Et generaliter ad hoc, † vt Iudex det curato-
rem, ſufficit, quod ſit competens ratione cauſæ
mouendæ, vnde ſi ille ſit talis, quod repertus in
loco ibidem poſſit cõueniri, poterit dari curator,
Bald. conſ. 173. in princ. lib. 2. Roland. d. conſ. 48. nu.
17. & 18. Menoch. & alij ſupra adducti n. 4. Et ho-
rum fuit memor Surd. dicto conſ. 168. n. 18.

26 Idemque procedere certum eſt, † curatorem
abſenti dari per Iudicem rei ſitæ deſtinatę ſolu-
tionis, vel contractus, nè dum vagabundo, ſed
etiam, quando certum eſt in determinato loco
abſentem à Regno conueniendo reperiri, Fulgoſ.
conſ. 113. & 114. Neuizan. conſ. 70. num. 29. Iacob.
Gallus conſ. 35. num. 23. quemadmodum Regni
praxis ita approbat, quia in ſolemnibus ſit pro-
batio abſentiæ, quæ ſic certiùs probatur, probã-
do, quod talis ſit extra Regnum, & in tali loco,
nàm aliter difficillimum, & impoſſibile eſſet pro-
bare abſentiam, etenim teſtis ad probandam ne-
gatiuam, quod talis ſit abſens extra Regnum, re-
ctè deponit, ſi affirmet, quod ſciat eum eſſe in tali
loco certo extra Regnum.

Cęterum, nec dicatur huiuſmodi abſentem, ſi
in loco certo, in alieno territorio, vel Regno di-
27 uerſo eſſet, † citãdum ad litteras ſubſidiales, ſeu
requiſitorias Iudicis loci deſtinatę ſolutionis, cõ-
tractus, vel rei ſitæ, & non ſit ei dandus curator,
ex Paul. de Caſtro in l. ſi. C. vbi in rem actio, & in l. 1.
C. vbi de poſſeſſ. agi oport. Iaſ. in l. ſi num. 24. ff. de iu-
riſdict. omn. Iudic. Franc. dec. 177. n. 3. Barzius deciſ.
51. n. 1. Gama dec. 15. Clarus quæſt. 31. nu. 20. Aze-
ued. l. 3. tit. 30. lib. 4. ordinat. n. 32. Capiblanc. de Ba-
ron. pragmat. 8. p. 2. n. 154. Afflict. in conſtit. edictor.
n. 13. & in conſtit. in ciuilibus num. 11. 13. Farinac.
quæſt. 11. num. 43. Scaccia de iudicijs cap. 40. n. 5. &
ſeq. Nam communis praxis iam eam recepit opi-
nionem & ſtylum, vt ad curatorem abſenti dan-
dum, & ſi in certo loco abſens repertus ſit, ſuffi-
ciat abſentiam à Regno probari, & alia ſolemnia
adimpleri, de qua teſtatur Iacob. Gallus conſil. 35.
28 num. 21. Inde eſt, † vt horum exemplo, licet Do-
ctores de iure requirant, in curatore fideiuſſio-
nem, inuentarium, iuramentum curatoris abſen-
tem defenſurum, & alia, tamen ea nunquã fuiſſe
in Regno ſeruata veriſſimum eſt, vt dixit Maſtril.
dec. 287. num. 65. lib. 3. Iacob. Gallus conſ. 35. n. 22.
& aliàs deciſum fuit in Magna Curia pro Gerar-
do Agliata, contra Don Fabritium Aiutami Chri-
ſto, & iterum pro hæredibus cuiuſdam de Torri-
29 ſio, etenim in † his ſtylum Curiarum ſeruari dixit
30 Neuizan. conſ. 17. num. 64. & ſeq. quamuis † hoc
nouiſſimè declaret Virgilius de legitimat. perſon.
cap. 10. n. 8. in fi. fideiuſſionem requiri in curatore
abſentis cum bona abſentis ad manus curatoris
peruenerint, ex Gratiano, quem allegat diſcep. 225.
31 n. 34. & 35. Nec certitudo † loci, in quo abſens
reperiretur, impedimentum prębet, quin poſſit
ad curatoris dationem deueniri, quemadmodum
omnes Magiſtri materiæ ſentiſſe videntur, pro vt
ex Menoch. dicto caſ. 150. Fulgoſ. conſ. 113. & 114.
qui abſentia conſiderata, nè dum in vagabundo,
ſed etiam in abſente, qui certo loco in alieno ter-
ritorio repertus eſt, curatorem dari debere fir-
mant, quod idem cenſuit Neuizan. conſ. 70. nu. 29.
vbi in ſuo caſu Comes erat abſens, ſed in loco
certo, nẽpè in Imperatoris Curia, & nihilominus
curatorem validè datum fuiſſe probat Iacob. Gal-
lus conſ. 35. num. 23.

Sanè

Sanè tamen præmiſſa intelligenda ſunt, quod
32 † ſi abſens à loco iudicij in Regno reperiatur, &
in certo loco, cùm tunc non ſit difficilis abſentis
citario, nec dicatur in loco valdè remoto eſſe, cũ
plerique Doctores dicant, non abeſſe eum qui in
Prouincia eſt, debet per ſubſidiales litteras cita-
ri, nec dari curator, ex dictis *per Ladereb. conſ.* 15.
num. 4. & ita paſſim in dies ſeruare videmus, ſecus
ſi extra Regnum, quamuis incerto loco ſit abſẽs,
etiam ſi locus Regiæ dictionis ſit, quo caſu dari
poſſe curatorem ex ſuperiùs firmatis non dubi-
to, & nouiſſimè *Virgilius de legitim. perſon. cap.* 10.
33 *num.* 5. Secùs ſi incerto loco non ſit, † & vbi ſit
ignoretur, etiam ſi ſit in Regno, cum tunc dari
curatorem huiuſmodi abſenti vagabundo Regni
praxis approbauerit, de qua teſtatur *Prouenzalis
in l. ab hoſtibus. ff. ex quibus cauſ. maior.*
34 Quidquid ſit in † latitante, licet in loco præ-
ſenti, cui curatorem non dandum cenſuit, *Fulgoſ.
conſ.* 113. *&* 114. *Cardin. Tuſc. concluſ.* 1104. *litt. C,
num.* 3. 33. 43. *&* 44. *Angel. conſ.* 103. *Montan. de
tutel. cap.* 28. *num.* 84. Quod caſu conſtito de lati-
tantia, & quod non permiſerit ſe citari, procedi-
tur ad citationem in domo, & per affixionem ex
quo & cętera, & ſi domum ſolitè habitationis nõ
habet, per proclama, & Iudices impoſſibilitati-
bus & ſubterfugijs occurrere debent.

SVMMARIVM.

1 *Venditionis contractus ex Ritus diſpoſitione paratam habet executionem.*

2 *Frumentorum venditiones ad metam frequentiſſimæ ſunt in Regno, & validus reputatur cõtractus.*

3 *Venditor, qui facultatem rei tradendæ habet, tenetur præciſè rem tradere, nec ſolutione pretij, ſeu intereſſe quanti plurimi liberatur,* 7. 8. 9. 10.

4 *Bonæ fidei nil magis congruit, quàm id præſtari, quod venditum eſt.*

5 *Creditore inuito pecunia pro re ſolui non poteſt.*

6 *Emptor non eſt cogendus iterum ab alio rem emere, ex oblatione pretij primi venditoris, qui rem non conſignauit.*

7 *Venditor tenetur præciſè ad rem tradendum ſtante iuramento:*

Item ſtante præcario, & conſtituto, n. 8.

Item ſtante guarentigia, n. 9.

Item cogi poteſt manu militari, & per pœnas, & multas, num. 10.

11 *Iuratur in litem contra venditorem, qui rem non tradit, etiam pro intereſſe ſingulari, & affectionis.*

12 *Venditor genus, quod numquam perit, tenetur præciſè tradere.*

13 *Intereſſe quanti plurimi an teneatur præſtare venditor, qui venditam rem non conſignauit emptori ſtatuta die, & ſic in mora,* 14. 15.

14 *Stipulationes duæ vbi interuenerint vna pura, & alia conditionalis, exiſtente conditione fit nouatio primæ obligationis ipſo iure, & ad ſecundam tantum agitur; Et quid ſi pęnalis ſtipulatio adiecta ſit fauore debitoris, vel creditoris, aut vtriuſq; n.* 15.

16 *Stipulatio ad intereſſe quanti plurimi videtur appoſita fauore venditoris, ne præciſè ad rem tradendam teneatur.*

17 *Clauſula nunc pro tunc eſt tranſlatiua de vno tempore in aliud, & poteſt actus ab vtroque tempore initium ſumere.*

18 *Prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis, quando ad idem ambo concurrunt.*

19 *Venditor, quamuis teneatur præciſè rem tradere, non ideo poſt moram ab intereſſe quanti plurimi liberatur.*

20 *Contrahentes ſecundum iura præſumuntur contraxiſſe.*

21 *Verbum (teneatur) neceſſitatem, & odium debitoris importat.*

22 *Electio in alternatiuis eſt creditoris, quando verba ad fauorem creditoris diriguntur.*

23 *Electio eſt creditoris in alternatiuis, quando vnum eſt in ſolutione, & aliud ad creditoris cautelam eſt promiſſum.*

24 *Electio eſt creditoris in alternatiuis exigendi.*

25 *Eligendi facultas in creditorem tranſit debitore exiſtente moroſo.*

26 *Difficultas, & impedimentum excuſat à mora.*

27 *Difficultas excuſat à mora, ſi de difficultate per teſtes conſtat.*

28 *Proteſtatio non probat impedimentum.*

29 *Impedimentum non prodeſt niſi probetur, quod niſi impedimentum extitiſſet, impeditus actum adimplere paratus fuiſſet.*

30 *Difficultas, & impedimentum non excuſat à mora, & pœna conuentionali debitorem quantitatis.*

31 *Impedimentum, & difficultas non excuſat à mora, ſtante forma contractus guarentigiati.*

32 *Impedimentum, & difficultas non excuſat à mora, ſi de difficultate potuit cogitari, & præuideri, etiam tacitè.*

33 *Difficultas non liberat debitorem ab intereſſe.*

34 *Impeditus debet facere omnem conatum ad tollendam difficultatem, & impedimentum.*

35 *Impedimentum, & difficultas poſt moram iam incurſam ſuperueniens debitori non prodeſt.*

Emptor petens frumenta vendita, tenetur offerre ſupplementum pretij ſoluendum tempore conſignationis frumentorum, n. 35.

36 *Emptor frumenti, vel alterius rei, re non tradita, an poſſit pro pretio venditori exburſato executionem contra eum cauſare,* 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

37 *Intereſſis ſub promiſſione an veniat pretium etiam ab initio conuentum.*

39 *Pretium, quod percepiſſet emptor, ſi res ei fuiſſet per venditorem tradita, continetur ſub promiſſione intereſſis quanti plurimi, &* 40.

42 *De mente emptoris, & contrahentium non eſt ab initio contractus venditionis repetere pretium in caſu rei venditæ, non traditæ.*

43 *Venditor non conſtituitur in mora rei tradendæ ante ſolutionem pretij.*

45 *Pretium taxatum per Principem, vel Magiſtratum dicitur iuſtum, vide n.* 46. 47. 48.

47 *Princeps, in taxando pretia frumentorum venditorum ad metam, ſolet habere reſpectum ad emptores, qui anticipato tempore pretia ſoluunt.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Emptor frumenti certa die ſtatuta non conſignati, an contra venditorem ad frumenta, & ſpetiem ipſam venditam, vel ad pretium conuentum, aut intereſſe quanti plurimi via exequutiua agere poſſit, ad intellectum Capitulorum Ritus 101. & 114.

RESOLVTIO XXXIV.

1 VEnditionis †contractus *ex Ritu* 114.
habet exequutionem paratã, quod
intelligendum eſt circa ea, in qui-
bus adeſt obligatio præſens, & ex-
preſſa, iuxta alium capitulum *Ri-
tus* 101. Itaque in propoſito ad caſum, quod plu-
ries de facto contingit, ſed diuerſimodè intelle-
2 ctum aduertendum eſt; Fiunt † frequentiſſime in
Regno venditiones frumentorum, & aliarum re-
rum & ſpetierum iuxta metam ponendam per
Offitiales ad quos ſpectat, promittitur ad certũ
tempus frumentotum conſignatio emptori, puta
per menſem Auguſti, cum obligatione in defectu
damnorum, intereſſe, & expenſarum, nec nõ ma-
ioris pretij, valutæ, ſeu intereſſe quanti plurimi
frumentorum, recipit venditor in eodem inſtru-
mento partem pretij, cum pacto. quod poſita
meta, & facto computo, quis eorum refecturus
erit reficiat, qui contractus venditionis frumen-
torum licitus de iure eſt, ſiquidem licet emere
frumentum, & alias merces, cum anticipata pre-
tij ſolutione, tradendas eodem loco, iuſta futurã
ſori extimationem, vt profiterur poſt multos,
Scaccia de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 1. num. 56.
poſita inde meta ſæpius venditor frumenta ven-
dita non tradit, & per conſequens ſolét emptores
verificato frumentorum valore exequutionem
cauſare in pecunia, quæ intrat in dicto valore, fa-
cto calculo iuxta metam poſitam per Offitiales,
de quo inferius diſcutiam, vel in frumentis ven-
ditis, & conſignari promiſſis intrantibus ad ſum-
mam pretij per emptorem ſoluti, facto calculo
iuxta metam poſitam, quo in caſu non adeſt dif-
3 ficultas. Cum enim † venditor rem venditam ha-
bet, vel quando haberet facultatem tradẽdi rem
venditam, vt quia poſſét emere ab alio, & tradere
emptori, tunc venditor tenetur pręcisè ad tradẽ-
dum, & conſignandum rem venditam, & emptor
ad id pręcisè agere poteſt, & exequutionem cau-
ſare in frumentis, oleis, vel ſimili merce, vel ſpetie
empta, nec venditor poteſt ſe liberare ſolutione
pretij cum intereſſe, quod vtroque iure procede-
re ciuili, & Canonico probat *text. ad litteram, vbi
omnes in leg. exempto, ff. de action. empt. Gloſ. Magi-
ſtral. in §. Pretium in verbo tradatur, inſtitut. de em-
ption. & vendit. vbi omnes DD.* & dicit *Silueſter ibi
in addition.* quod eſt communiter recepta, *Bart. in
l. 1. ff. de action. empt. & in l. Stipulationes non diui-
dũtur, ff. de verbor. obligat. Doctor. in §. actionum in-
ſtit. de action. & Bart. in dicta l. 1.* dicit, quod iſta eſt
verior, *Cynus, Bald. & alij in l. contractus, C. de fide
inſtrum. & in l. traditio, C. de action. empt. Bald. &
alij in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo*: latiſſimè *Fabian.
de empt. & vend. quæſt. 6. num. 38 & ſeq. & melius
num. 41. Doctor. in cap. cum Ioannes, de fide inſtru-
mentor. Anton. de Burgos in rubr. de empt. & vendit.
colum. 1. Couarr.* fatetur communem, licet non
examinet, *variar. reſolut. lib. 2. reſol. 19. num. 1. Ti-
raquel. de retract. conuent. in fine §. 7. n. 55. & de con-
ſtitut. par. 1. num. 35. 36. Caſtrenſ. in l. ſi traditio 4.
C. de action. empt. Gãmar. de permutat. n. 29.* æquio-
rem, veram, & communem poſt multos, *latè Viu.
opinion.* 1024. *Cephal. conſ.* 407. *num.* 39. & multis
iuribus reſpondendo ad contraria *probat Pinell.
in 3. par. l. 1. num. 25. C. de bon mater.* vbi dicit, *Glo-
ſam* eſſe magis communiter approbatam, contra
aliquos contradicentes, & dicit, quòd ita vſu ſer-
uatur, & exactiſſimè ad partes diſputando reſol-
uit *Hippol. Riminald.* poſt mille Authores ex iuri-
bus apertis reſpondendo aduerſis *in §. 1. Inſtit. de
donation. à num. 68. vſque ad n. 134. Boer. deciſ. 48.
num. 1.* & latiſſimè hanc opinionem exornat *Plo-
tus de in litem iurand. §. 4. num. 54. 58. Seraphin. de
priuileg. iuramen. priuil. 74. n 6. Eugen. conſ. 50. n. 19.
Paſſet. conſ. vltimo n. 14. Burſat. cõſ. 363. lib. 4. Surd.
conſ. 52. num. 17. conſ. 457. n. 41. Facchin. controuer.
iur. lib. 2. cap. 30.* quamuis ipſe diſſentiat *Gratian.
deciſ. 190. num. 12. plenè Franciſcus de Caldas Pe-
reira, de empt. & vend. cap. 25. n. 5. Ceual. commun.
contra commun. quæſt. 459. Mattienſ. & Azeuedo l.
2. tit. 16. lib. 5. recompilat. Mantic. de tacit. & ambig.
conuention. lib. 14. tit. 32. num. 24.* Et de venditione
frumenti *ponit Soccin. iun. cõſ. 85. lib. 2 Rota Genuæ
deciſ. 144. & deciſ. 214. quæ eſt penultima*, vbi de
venditione Coralliorum *deciſ. 224. n. 1. Beċc. conſ.*
45. & de venditione Olei, *Rota Genuæ deciſ. 211.
Burſ. conſ. 363. lib. 4. bene Bolognett. l. vinum, nu. 83.
84. poſt alios, ff. ſi cer. petat.* Ratione, quia cùm ſit
4 † contractus bonæ fidei emptio & venditio, nil
magis bonæ fidei congruit, quam id pręſtari, quod
inter contrahentes actum ſit, *ita Iuriſconſultus in
dicta l. ex empto in princip.* vbi *Gloſ.* aduertit, quod
eſt hyperborica locutio, & *Gloſ. in d. §. Pretium*,
dicit, quod mirum eſſet ſic improbè pacta rum-
pere, cum Prætor dicat pacta ſeruabo, & iterum
Gloſ. dicit mirum eſſe valdè, quod compellatur
emptor æſtimationem pro re recipere, & genera-
5 le eſt, † quòd pecunia pro re inuito creditore ſol-
ui non poteſt, 1 *quæſt. 3. cap. cuſtodet, & allegat
Fabian. dicto num. 39 Soccin. iun. dicto conſ. 85. &
Bolognett. dicto loco in 1. & 8. ratione* conſiderat,
quod alias eſſet mutuum, ſi pecunia reſtituere-
tur, & quia contrahentibus nunquam eſſet ſubuẽ-
rum ſuis neceſſitatibus, quia cum crederet habe-
re merces, vinum, vel alias res ſibi neceſſarias, re-
periretur habere ſolum pecuniam, quod eſt incõ-
6 ueniens, & † inde *Bolognett.* reſpondet ad rationes
Alciati in contrarium, præſertim ad illam, quod
habẽdo pecuniam poteſt emptor iterum emere;
nam vt dicit *Bolognett.* nõ eſt iuſtum, quòd habeat
iterum ſollicitudinem, & laborem emendi, & for-
te non eſt emptor peritus, vel non habet quan-

doque ſeruos diligentes, vel ex multis ſimilibus rationibus non ita faciliter poteſt emere res ipſas, & lex conſiderat iuſtam, & cõgruentem commoditatem, per quam editus fuit titul. de mand. & de procur. & verè barbatum ſatis eſt, quod qui ſemel emit, debeat iterum, atque iterum emere, maximè, quia aliquando verſantur intereſſe medianiæ, menſurationis, & delaturæ.

7 Et procedunt præmiſſa † tanto magis ſtante iuramento, *ità Bald. in dicta l. 1. ff. de action. empt. & in l. Emilius, ff. de minoribus, refert Fabian. dicta quæſt. 6. n. 39. in fine, & n. 40. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 74. num. 6.* vbi etiam ſine iuramento, *Gomez variar. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 22. Facchin. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 17. Alex. conſ. 37. lib. 2. Neguſant. 5. memb. 5. par. n. 6. Menoch. conſ. 27. num. 9. Gutier. de iuramen. confirmat. par. 1. cap. 39. Surd. conſ. 457. nu. 39. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 32. num. 4. & n. 11.*

8 Item † tenetur præciſè ſtante piæcatio, & cõſtituto, quia venditor ſe conſtituit tradere, & videtur, quod ſit in poſſeſſione, & quod poſſit tradere, & ſi non tradit eſt in dolo, *Bal. & Facchin. dictis locis, Tiraquel. dicto num. 35. Plotus refert dicto n. 58. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 32. ſub n. 25. verſ. & ſi venditor,*

9 Item † teneretur præciſè tradere ſtante guarẽtigia, & inſtrumento, tamquam ſi eſſet lata ſententia, *l. qui reſtituere. ff. de re vendicat. Bal. in d. l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo, Fabian. dicto loco num. 40. limitat. 6.*

10 Et quod cogi † poſſit venditor præciſè tradere manu militari, & etiam per pœnas, & multas, *dicta l. qui reſtituere. poſt multos, Viu. dicta opinion. 1024. Plotus dicto §. 4. num. 54. Caſtrenſ. in l. ſi traditio, C. de act. empt.*

11 Et ſi non tradit, † iuratur in litem contra venditorem pro damnis, intereſſe, & expenſis, & pro pretio rei, etiam pro intereſſe ſingulari, & affectionis, etiam ſi eccedat pretium rei, *latiſſimè Plotus dicto §. 4. n. 58. & Fabian. dicto num. 38. ex dicta l. qui reſtituere.*

12 Immo generale eſt, quod † in obligationibus dandi aliquid in genere, cum genus nũquam pereat, tenetur debitor præciſè tradere, ita eſt communis opinio, quam melius quàm cęteri defendit *Bolognett. dicto loco* rationibus prædictis, & alijs *Affiict. deciſ. 347.*

13 Nec obſtat, † quod cum ſoleant partes in venditionum contractibus pacitare, quod in caſu, quo non fieret per venditorem conſignatio frumentorum, vinorum, vel alterius rei venditæ deſtinata die, quod teneatur ad intereſſe quãti plurimi, ex quo inductum eſſe prætenditur, quod per illam pœnalem ſtipulationem adueniente caſu non conſignationis, & moræ venditoris, ipſo iure nouetur, & ſubmoueatur prima ſtipulatio facta ad frumenta, vina vel ſimilia, & ſolũ remaneat illa pœnalis obligatio ad pretium, ſeu intereſſe quanti plurimi, *ex l. obligationum fere, §. fin. ff.*

14 *de action. & obligat.* † vbi habetur, quod ſi nauem fieri ſtipulatus ſim, & ſi non fecerim, centum, ſoluere, duæ ſint ſtipulationes, vna ſcilicet pura, vt nauem fieri, altera conditionalis, ſcilicet centum ſoluere, & exiſtens ſequens conditio trahit ad ſe priorem, & ſit quaſi nouatio primæ, quod nouatio ipſo iure fit, eo ipſo, quod conditio ſecundæ ſtipulationis pœnalis euenit, in tantum quod ſecunda ſola remanet ad pretium quanti plurimi, *ita declarat Alber. in l. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. n. 44. Ang. de Peruſ in l. ſi inſulam, ff. eodem n. 20. in*

15 *fine, Imola in dicta l. ita ſtipulatus nu. 4.* Et † ibidem *Ripa* poſt longas diſputationes *nu. 64.* concludit diſtinguendo, quod ſi pœnalis ſtipulatio eſt adiecta fauore creditoris, vel debitoris, aut vtriuſque, quod in ſecundo, & vltimo caſu ſemper fiat nouatio, in primo autem non, demum volente credito-

16 re, in caſu ſuppoſito † pœnalis ſtipulatio fauore debitoris poſita videtur, ne creditor eum opprimat indicendo, quod præciſè vult rem venditam, vt continuo creſcat intereſſe, vel ſaltem fauore vtriuſque, ergo videtur, quod ſęper fiat nouatio.

Et dato, quod diceretur poſita fauore creditoris, idem videtur dicẽdum, fuiſſe ſcilicet nouatam primam, & remanere ſecũdam obligationem, & ſtipulationem ad pretium quanti plurimi, ſi fuerit conuentum inter partes, quod ex nunc pro tunc intelligantur requiſita, & cętera, prout eſt in Regno de notariorum ſtylo in ſimilibus contractibus venditionum victualium videlicet aliàs teneatur ad omnia, & ſingula damna, intereſſe, & expenſas, & ad maius pretium & valorem dictorum frumentorum, vel victualiam, quãti plurimi, valebunt à tempore more in antea; quæ omnia, & ſingula ex nunc pro tunc temporis, & è cõuerſo intelligantur, & ſint contra venditorem præſentem & audientem proteſtata, & requiſita, cuiuſcumque aliæ proteſtationis, requiſitionis, & notificationis neceſſitate excluſa, prout *in Regni noſtri ceterario fol. 4.* diſpoſitum eſt illa enim verba (ex nunc pro tunc) operantur quod adueniente tempore, & non facta conſignatione dicatur ipſum creditorem intereſſe quanti plurimi requi-

17 ſiſſe, efficacia † enim illius clauſulæ (nunc pro tunc) eſt tranſlatiua de vno tempore ad aliud, & poteſt actus ſumere principium ab vtroque tempore, vt cenſeatur facta requiſitio die, quo celebratur actus, & die ceſſatæ cõſignationis, *Fab. de Anna conſ. 39. num. 2. lib. 1. Caualcan. deciſ. 45. n. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 106. num. 326. & conſil. 1111. num. 27. & 40. lib. 12. Alciat. conſ. 528. num. 4. Roger. conſ. 5. num. 16. Gabr. conſ. 109. nu. 8. 9. lib. 2. Surd. conſ. 171. num. 22. & conſ. 179. num. 12. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 86. & de cõſtit. limit. 2. num. 16. Eugen. conſ. 7. num. 20. Coſta de retrotract. cap. 10. Natta conſ. 453. Honded. conſil. 18. lib. 2. Monter. deciſ. 50. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 14. num. 19. 20. ſeq.* in tantum, quod dicitur tunc haberi voluntas creditoris, ex dicta clauſula nunc pro tunc, vtroque tempore, quo vtique elegerit pretium quanti plurimi, ergo videtur, quod poſſit ſoluere venditor pretium quanti plurimi, & à præciſa conſignatione ſe liberare, eodem modo præmiſſa procedere videntur, ſi tantum eſſet promiſſum intereſſe in caſu non conſignationis, cum etiam appellatione intereſſe veniat pretium conuentum, & quanti plurimi, vt infra dicam.

18 Nam

18 Nam reſpondetur quod † prouiſio hominis nõ
facit ceſſare prouiſionem legis, quando ad idem
ambo concurrunt, *Gloſ. & Bart. in l. fin. C. de pactis
conuentis, Gloſ. & Doctores in l. 2. C. de iure emphyt.*
19 *Tob. Non. conſ. 25. n. 9.* Si quidem † ex forma iuris
venditor quamuis teneatur præciſè rem tradere,
non per hoc tamen ab intereſſe liberatur, ſed lex
venit ampliando in fauorem creditoris, vt ſcilicet
teneatur ad intereſſe, & non per hoc ceſſat, quod
non teneatur rem tradere, neque venditori per-
mittitur aliud pro alio ſoluere, & rem nõ tradere,
ita Pinel. in 3. par. l. 1. n. 25. C. de bonis mater. vbi di-
cit, ita vſu ſeruari, & explicat *Caball. de eo quod in-
tereſt n. 83.* vbi, quod non veniunt leges contrariæ
ad limitandum *l. exempto*, ſed potius ampliant
actionem ipſam fauore creditoris, & emptoris.

Hinc fluit ſecunda reſponſio, quod iſtud pactũ
(aliàs teneatur & cætera) debeat intelligi fauore
20 creditoris ſecundum iuris diſpoſitionem, † cum
contrahentes ſecundum leges cenſeantur cõtra-
xiſſe, *Bero. conſ. 2. n. 11. lib. 1. Lucca dec. fi. n. 24.*

21 Et patet clarè, † quod illa verba (teneatur &
cætera) ſint in odium venditoris fauore emptoris,
& ad augẽdam obligationem, cum neceſſitatem
debitoris importẽt, nam aliàs dictum eſſet (poſ-
ſit & cætera) quæ ſunt verba facultatiua, *Caſtrenſ.
in l. ſed addis, §. ſi dominus, ff. locat.*

22 Inde ſequitur, † quod in alternatiuis electio
eſt creditoris, quando verba in fauorem credito-
ris diriguntur, prout de cõmuni teſtatur, *Theſaur.
deciſ. 147. in fine*, vbi dicit, in hoc caſu ſaluari opi-
nionem *Decij conſ. 12.* quæ aliàs fuit reprobata, &
contra eam deciſum in Curia Romana, hoc etiã
puntualiter tradit *Rota Genuæ deciſ. 211. num. 5. 6.*
vbi citat *Decium in dicto loco*, in conſimili pacto
hoc idem *dicunt Dec. & Ripa n. 70. in c. inter cæte-
ros de reſcript. Lucca dec. 16. n. 3. 4. 9. Afflict. deciſ.
397. Paul. de Caſtro conſ. 223. lib. 2. Loffred. cõſ. 19.
Gomez var. reſol. de contract. cap. 11. latè Surd. conſ.
98. per tot. Caball. Milleloqu. 80. Cotta in memorial.
verbo alternatiua, Hippolit. Riminald. conſ. 663. n. 7.
Bardellon. conſ. 133. n. 12. vol. 2. Purpur. conſ. 287.
Monter. deciſ. 48. n. 10. Caldas Pereira de nomin. em-
phyt. q. 10. n. 57. Dec. conſ. 77. n. 2. lib. 2.*

23 Præterea † quandò vnum eſt in ſolutione, &
aliud ad cautelam, ſeu fauorem creditoris, tunc
creditor eligit, *Bart. & Bald. in l. quamuis, ff. de pi-
gnor. action. Felin Dec. & Ripa in d. c. inter cæteros,
de communi, Euerard. loco 49. Fallen. 3. Neguſant. de
pignor. par. 5. membr. 1. n. 5. 6. 7. 8. Tiraq. de retract.
lignag. §. 3. gloſ. 3. n. 16. Loffred. conſ. 19. Vincent. de
Anna ſingul. 238. Monter. dec. 48. n. 14. Marc. Man-
tua in obſeru. legal. lib. 2. cap. de alternat. in princip.
Fõtanella de pactis dotal. clauſ. 5. glo. 8. par. 13. n. 70.
volum. 2. Macerat. variar. reſol. lib. 2. reſol. 60. caſu
26. Aſin. de execut. §. 7. cap. 267. nu. 5. Purpur. conſ.
287. n. 1. Caldas Pereira de nomin. emphyteuſ. quæſt.
10. n. 53. & Bald. in l. fin. in 3. notabil. C. de petit. hæ-*
24 *red.* dicit, † quod in alternatiuis exigendi electio
eſt creditoris, *ſequuntur Lucca, Afflict. Euerard. Ri-
pa, & Neguſant. ſupracitati.*

25 Tertiò, † quod data mora electio transfertur
in creditorem, & debitor moroſus facultatem
eligendi amittit, *Gloſ. in dicto cap. inter cæteros, vbi
Ripa num. 72. Gloſ. in regul. in alternatiuis, Bart. in l.
ſi quis ſtipulatus, de ſolut. & in l. ſticum eod. & in l.
item veniunt, §. idem, ff. de petition. hæredit. Burſat.
conſ. 84. Magon. deciſ. Lucenſ. 16. num. 7. benè Rota
Genuæ dec. 144. nu. 10. & ſeq.* vbi fundat ſe etiam
ex iuramento, & loquitur in fortiori caſu, quan-
do fuerat data electio venditori frumentorũ ex-
preſſe, ſed quando eſſet ſimpliciter, alias de ſol-
uendo intereſſe, ſenſit Rota, quod electio ſit cre-
ditoris, *Ponte conſ. 49. n. 25. 28. lib. 1. Pariſ. cõſ. 23.
num. 4. 5. lib. 3. Rota Romana apud Ludou. deciſ. 316.
n. 1. vbi additio n. 3. Grattan. diſceptat. 239. num. 10.
Caſtil. deciſ. 38. nu. 4. 5. Aſin. de execut. §. 4. cap. 44.
n. 18. Monter. deciſ. 48. num. 8. 12. Caldas de Pereira
de nomin. emphyt. quæſt. 10. n. 52. Mſinger. centur. 4.
obſeruat. 11. num. 1.*

Minus refert quandoque caſu prædicto per vẽ-
26 ditorem replicari, † quod impedimentum, & dif-
ficultas habendi præ manibus merces venditas,
& frumenta, vel alia excuſet eum à mora, *Sfort.
conſ. 50. n. 21. Burſat. conſ. 194. Soccin. conſ. 288. nu.
31. lib. 2. Parpalia in repetit. l. ſi quis maior. n. 36. &
99. in fine, vbi Bolognet. num. 16. verſ. vnde pro re
ſolutione, C. de tranſact. Fab. de Anna conſ. 95. n. 13.
14. ſeq. lib. 2. Bellon. lib. 3. ſub putation. iur. cap. 13.
Gabr. de rebus creditis concluſ. 1. Sebaſtian. de Medic.
de fortuit. caſ. in prima parte 1. part. principal. qu. 4.
to. 2. Milanenſ. dec. 10. n. 119. ſequen. lib. 1. Becc. conſ.
104. num. 4. 16. 17. Afflict. deciſ. 347. Magon. in Lu-
cenſ. deciſ. 49. num. 13. Valenzuel. conſ. 14. num. 19.
Paſchal. de viribus Patr. poteſt. par. 1. cap. 8. nu. 238.
Surd. deciſ. 262. Facchin. controuerſ. iur. lib. 2. c. 92.
Franch. deciſ. 624. n. 3. 4. lib. 4.* Quia, vltra quod de
27 † impedimento, & difficultate debet conſtare
per teſtes, ex *Magon. dicta deciſ. 49. n. 13.* & ſic in
alia inſtantia, & non exequutiua ſtante pacto re-
28 iectitio. Nec † proteſtatio tunc forte facta pro-
baret impedimentum, ſed ſolum fit ad tollendas
opiniones, an impeditus debeat proteſtari, vel
non, de quo pro vtraq; opinione, *Becc. conſ. 104.
num. 2. 13. 14. Seraph. de priuileg. iuramen. priuil. 35.*
29 Secundò, † quod impeditus vt excuſetur debet
probare, quod ſi impedimẽtum non fuiſſet, actus
fuiſſet ſequutus, & quod erat paratus adimplere
cum re, ex dictis per *Becc. dicto conſ. 104. nu. 3. 15.*
30 Tertiò † debitor quantitatis, vt frumenti, vini, &
cæterorum victualium nõ excuſatur propter im-
pedimentum, & difficultatem à pena conuentio-
nali, & mora, *ex multis per Becc. d. conſ. 104. num. 4.
16. 17.* vbi hoc reſtringit, quando hoc impedimẽ-
tum eſſet culpa debitoris, prout eſſet; quia vendi-
tor debet præuenire tempus & emere frumentũ
venditum *latiſſimè hoc defendit Bolognet. conſil. 16.
n. 5. 6. 7. & allegat ſemetipſum in l. quod te, n. 79. ff. ſi
certum pet. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 47. nu. 17.*
31 Quarto, quod † ſtante forma contractus guaren-
tigiati dicitur ſe obligaſſe, non obſtante quocũq;
impedimẽto, & difficultate, quo caſu difficultas
nõ excuſat à mora, *Bolognet. d. conſ. 16. n. 13. & ſeq.
& n. 17. Plaut. in l. quod te lib. 4. n. 103. Seraph. d. pri-*
32 *uil. 74.* Quintò † ex quo difficultas, & impedimẽ-
tũ nõ excuſat à mora, quæ potuit cogitari, & præ-
uideri, etiã tacitè, *l. penul. ff. de iure dot. l. 2. §. ſi quis
tàm, ff. ſi quis caut. Bolognet. in d. l. quod te, & d. conſ.*

16.*n.*16. *Plaut.in dicta l.quod te, & lib.*1.*n.*18. *&*
*lib.*4.*n.*105.*Plot.de in lit.iurand.§.*4. *num.*73. Sex-
33 tò. † quòd difficultas non facit, quin debitor ad
intereſſe non teneatur, latè *Plaut.d. lib.*4 .*n.*108.
34 Septimò, † quòd impeditus debet facere omne
conatum, vt tollat impedimentum, & difficulta-
tem per æquipollens, vel aliter, aliàs non excuſa-
tur, *Plaut.d.lib.*4.*n.*107. *Bolognet. d.conſ.*16.*n.*12.
vbi ſi potuerunt haberi aliæ merces, vel res ven-
ditæ, & *n.*22. 23. 24. quod debent procurari vn-
dique, & *n.*11.53. quod debet difficultas denun-
35 tiari creditori, & emptori; Demum † quod poſt
moram iam incurſam, impedimentum, & diffi-
cultas ſuperueniens non auditur, *Plaut.d.lib.*4.
*num.*109. *Bolognet.d.conſ.*16.*n.*11. vbi dicit, quod
etiam diligentia non operatur, ſi culpa præceſſit,
*Maranta diſput.*7. *nu.*24. & ſecundum prædicta
Anno 1595. ad præciſam conſignationem Can-
tariorum 340. Olcorum venditorum, fuerunt cō-
demnati Illuſtris Don Thomas de Ioenio Mar-
chio Iulianæ, Ioſeph de Iaci, & Conſortes, & hæc
eſt verior opinio de iure.

Sic etiam poteſt emptor frumentorũ exequu-
tiuè aduerſus venditorem procedere, nè dùm in
frumentis intrãtibus ad ſummam pretii per em-
ptorem in compotum ſoluti, facto calculo iuxta
metam, & valorem frumentorum ab officialibus
publicis conſtitutum, vt dictum eſt, ſed etiã in to-
ta illa quantitate certa frumentorum vendita in
cõtractu emptionis, benè verum eſt, quod ſi pre-
tium ab initio venditori in compotum ſolutum,
facto computo, non ſit ſuffecturum ad ſummam,
& pretium frumentorum vẽditorum, tenetur of-
ferre emptor refectionẽ totius integri pretij ſol-
uendam tempore conſignationis frumentorũ per
venditorem fiendam, iuxta conſuetum pactũ ap-
poni ſolitum in huiuſmodi venditionibus, in qui-
bus poſt quàm certa quantitas frumentorũ ven-
dita eſt iuxta metam frumentis imponendã ſuo
tempore per officiales, ad quos ſpectat, & vendi-
tor in compotum pretij aliquid recepit, fit pactũ
quod conſignatis frumentis, & eis poſita meta,
facto computo, qui ipſorum refecturus erit refi-
ciat alteri ſtatim, & incontinenti; Quod pactum
reciprocum eſt, vt quemadmodũ procedit in re-
fectione pretij per emptorem fienda caſu prædi-
cto, ita etiam procedat in refectione frumentorũ
fienda per venditorem, quando frumenta vendita
facto calculo non intrarent ad ſummam pretij
ab initio in compotum ei ſoluti.

36 Sed aliqui † nulla præmiſſa verificatione pretij
frumentorum venditorũ immediate poſita meta
exequutionem faciunt in sũma pretij exburſati,
prætextu quod venditor non tradendo rem de-
beat pretium reſtituere, ſed hæc ratio non cõclu-
dit, ſaltem reſpectu viæ exequutiuæ, quia in caſu
non impleti contractus, vel rei non traditæ non
legitur obligatio expreſſa ad reſtitutionẽ pretij,
merito ceſſat exequutio per Ritum conceſſa in
obligatione expreſſa, & præſẽti, nec releuat, quod
in inſtrumento in defectu rei venditæ, & non tra-
ditæ legatur obligatio ad maius pretium, & inte-
reſſe quanti plurimi, vt iã diximus, quia hæc obli-
gatio nõ loquitur de pretio exburſato, ſed de pre-
tio, quod valebit res vendita pòſt moram, ideſt
poſt conſignationem non factam, quod pretium
poteſt ex varietate temporum eſſe plus, vel minus
pretio exburſato, & conuento ab initio contra-
ctus, vt patet ad ſenſum: Secundo prætextu obli-
gationis expreſſe damnorum, & intereſſe in caſu
37 nõ impleti contractus, † & quod ſub damnorũ,
& intereſſe appellatione, & ſtipulatione compre-
hendatur pretium ab initio exburſatum, *ex Mi-
ſinger.obſeruat.*53.*n.*4. *centur.*1. *Marius Anguiſſol.
conſ.*155.*n.*14. *Alexand.conſ.*67. *n.*2.*lib.*2. *Bald.in
l.ſi traditio n.*7.*C.de action.empt.et conſ.*291 .*n.*5.6.
*lib.*1. *& l.*1.*C.de ſentent. quæ pro eo, quod inter.n.*5.
*Seraph.de priuileg.iuram.priuil.*31.*n.*28. *Ruin.conſ.*
141 .*n.*9. *in fin.lib.*1 *late Grat.diſcept.*301.*n.*1.2.3.
*ſeq.vol.*2. *Paulus de Caſtro in l.*1.*n.*1.*verſ.ſolue em-
ptor.C de action.empt. Gargiar.patroc.*65.*n.*2.*Gloſ.
in l.*1 .*in verbo quanti, C.de his, qui à non domin. Ri-
minal.ſen.conſ.*297 *n.*10.*ſeq Rota Rom.apud Ludo-
uiſ.dec* 119.*n.*4.*&* 741.*ſub n.*1.*par.*1. *diuerſ.*

38 Contrarium † alij dicunt nempe exequutionẽ
non poſſe ab emptore exerceri in pretio exbur-
ſato, quia iſte non eſt contractus mutui, ſed ven-
ditionis, & per conſequens ad cõſignationem rei
venditæ agendum eſt, vt ſupra latè diximus, vel
ſaltem defectu cõſignationis non factæ ad valorẽ
rei non traditæ, habito reſpectu ad valorem in fo-
ro currentem tempore moræ, & rei deſtinata die
nõ traditæ, & poſita meta, non tempore contra-
ctus, quia non poteſt emptor petere niſi intereſſe
quanti plurimi, quod petitur ob conſignationem
non factã, quod non poteſt niſi à die moræ preſẽ-
39 di, ſub quo † intereſſe cõpræhenditur, & eſt pre-
tium, quod percepiſſet emptor, ſi res fuiſſet ei tra-
dita, quia verò ſimiliter poterat alteri vendere;
Hinc eſt, quod ſeruatur in praxi probatio, & veri-
ficatio per teſtes de pretio cõmuni rei non tradi-
tæ, vt poſſit repeti à venditore non conſignante
40 rem, vel frumenta vendita; Et quod † non poſſit
fieri exequutio in pretio exburſato à principio
contractus venditionis, *tradit Ciafaglion.in ſuo re-
pertor. verbo exequutio, & bene Ballus ad Pragmat.
ſub titulo de prohibita venditione frumentorum ante
menſem Iulij n.* 40.41.*fol.* 262. ad quod videndus
*Bolognet.in Rubr.C.de ſentent.quæ pro eo, quod inter
eſt n.*71.72.*& in l.*1.*n.*38.*in fine eod.tit.* vbi exten-
dit, quod pretium rei non eſt intereſſe, licet in cõ-
putatione intereſſe veniat, *Bal.in l.*1. *C. de his quæ
à non domin.vb. Gloſ.in figuratione caſus, & Gloſ.*2.
quamuis diſſenſerit *Muta decis.*33.*num.*21.22. *&
Ballus d n.*40. dat cautelã paciſcendi emptori, ad
hoc vt pro pretio exburſato, poſſit in caſu moræ,
& nõ factæ conſignationis, executionẽ exercere.

Ego autem diuerſimodè reſpondendum eſſe
41 credo, nam, † aut agitur de venditione, in qua rei
pretium ab initio eſt certum, vt regulariter de iu-
re communi eſt, & tunc, ſi datur venditori dilatio
ad rem tradendam, & ex inde non tradit, non vi-
detur poſſe agi via exequutiua ad pretium ex-
burſatum, non enim vti pretium exburſatum,
quia re non tradita non eſt promiſſum reſtitui,
ergo ceſſat via exequutiua, vbi non adeſt expreſ-
ſa promiſſio, nec vti intereſſe paſſum ob con-
ſignationem rei venditæ deſtinata die non fa-
ctam,

ctam, quia non eſt certum, quod tempore conſi-
gnationis ſaciendæ res ſit eiuſdem valoris, quo
fuit tempore contractus, quia poteſt ex varietate
temporis plus vel minus pretio exburſato valere,
42 vt de ſe patet, item nec † eſt de mente cõtrahen-
tium ab initio contractus eo caſu repetere pretiũ
in caſu rei non traditæ, quia ex reſtitutione pretij
ſequeretur venditionis diſtractio, & emptor non
poſſet petere maiores valutas, rei non traditæ, à
43 die moræ, † quia pretium penes venditorem eſſe
debet, vt emptor poſſit venditorem in moram cõ-
ſtituere, & agere ad intereſſe, *ex conſilio Soccin.
vltimo lib.4.iuxta materiam l.Iulianus,§.offerri, ff.
de act.empt.* vnde patet quatenus dicta per *Giurb.
deciſ.*114. procedant in hoc caſu.
44 Si verò † ſimus in caſu, in quo pretium rei ven-
ditæ in venditione ab initio non eſt taxatum, pu-
ta, quia prohibentur emi victualia pretio certo, &
(à prezo ſatto) provt dicitur, dum non ſunt in eſſe
producta, provt habemus Regni Pragmaticas ſu-
per frumentis, & ſimilibus, & ſic venditio fit ſub
pretio taxando per Principem, vel alios Officia-
les tempore ſolito, & interim ſoluitur aliqua ſum-
ma in computum pretij taxandi, & tunc ſuperue-
niente mora venditoris, & taxatione pretij per
Principem videtur dicendum, quod de pretio ex-
burſato poſſit fieri exequutio ſub nomine, & ſti-
pulatione expreſſa damnorum, & intereſſe; ratio
eſt, quia ex taxatione facta per Principem vide-
tur in conſequentiam pretium probatum, quot
valet res non tradita tempore moræ, ergo ſi eſt li-
quidatum pro non rei traditione, poteſt de eo
fieri exequutio, tum ex pacto quod in defectu
venditor promiſit pretium, quod res valebit à die
moræ, tùm quia venit in computatione intereſſis,
vt tradit *Bolognettus d.n.*71.72.*&* 38. *vbi ſupra.*
Aduerſus hunc ſecundum caſum poſſet conſi-
derari, ſi ex taxatione pretij facta per Principem
probetur iuſtus, ſeu communis valor frumento-
45 rum; Et in hoc † videtur dicẽdum. quod ſic, quia
de iure pretium taxatum per Principem, vel Ma-
giſtratus dicitur iuſtum, & dicitur probatus valor
rei, *Couarr.variar.reſolut.lib.2.cap.3.num.5. Rota
Marchia dec.28.Sola in decret.Sabaud.tit.de cenſib.
gloſ.1.n.6.par.3. Marius deciſ.542. Virgin.Boccac.
de interdict.cap.17.n.203.Franciſc.Auiles in c.17.
Prætorum in verbo rationalibus pretios num. 1. per
Maſtril.deciſ.17.n.9.& ſeq. Roderic.de ann.reddit.
lib.2.quæſt.3.num.42.*
46 Alij tamen contrarium dicunt, † quod immo
hæc pretij taxatio non probet iuſtum, vel cõmu-
nem valorem rei in foro currentem; quia non eſt
taxatio vniuerſalis, ſed eſt facta reſpectu iſtarum
emptionum, & venditionum, quæ contrahuntur
47 iuxta metam imponendam per Principem, † in
qua ſolet Princeps habere reſpectum ad empto-
res, qui anticipato tempore pretiũ ſoluunt, adeò
quod viliori pretio ſolet res vendita taxari.
48 Sed poſſet replicari, † quod licet hæc taxatio
facta à Principe ſit pro venditionibus de pretio
factis ſub ſpe meræ impotentiæ, & non ſit taxatio
pretij in foro currentis ad omnes venditiones fa-
ctas, & faciendas, tamen caſus noſter verſatur
inter vendentes, & ementes ad metam, inter quos
taxatio prędicta ſufficere videtur, pro pretij iuſti-
tia ex quo de eis loquitur meta; Itaquè ex prędi-
ctis pro affirmatiua inclinari poſſe videtur, licet
caſus ex intellectum diuerſitate conſideratione
dignus videatur, & tutius eſt exequutionem in
pretio exburſato fieri, præmiſſa tamen verifica-
tione communis valoris rei venditæ, vt ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa quandoque diriguntur per viam commiſſio-
nis Principis, & in cartamenti.*
2 *Terminus, ſiue dilatio ad dicendum, & allegãdum,
& faciendum incumbentias continet probationes
fiendas etiam per teſtes.*
3 *Modus procedendi per viam commiſſionis, & in-
cartamenti eſt de modis parte non diſſentiente.*
4 *Terminus, vel dilatio an currat articulo diſſenſus,
vel alio præiudiciali pendente.*
*Quid ſi adſit probabilis cauſa litigandi, vt quia fue-
rit ab expenſis abſolutus ſuccumbens, vel non,
num.7. 8.9.10.*
5 *Sententia an ſit nulla in cauſa meritorum, ſi fuerit
lata ſimul & ſemel cum interloquutoria articuli
diſſenſus, vel alterius articuli præiudicialis, &
num. 7.8.*
6 *Sententia lata dilatione pendente eſt nulla.*
9 *Iuſtam cauſam litigandi dicitur habuiſſe, qui à Iu-
dice fuit ab expenſis liberatus, ſecùs ſi cõdemnatus.*

A R G V M E N T V M.

Terminus, ſiue dilatio an currat articulo diſſenſus, vel alio præiuditiali pendente, ſi opponens ſuccumbat, & quid ſi habeat iuſtam cauſam litigandi, & fuerit ad expenſis abſolutus.

RESOLVTIO XXXV.

CAuſæ quandoque in Regno dirigũtur
1 per viam commiſſionum † Illuſtriſſi-
morum Proregum, quibus porrectis
per actores ſupplicationibus per eos
committuntur, ſtatim decidendæ per Iudices or-
dinarios, vel Magnam Regiam Curiam quibus
commiſſionibus ſtantibus ſolet vnicus dari bre-
uiſſimus terminus partis, ſiue fieri iniunctio ad-
uerſus incartamentum coram Iudice præſentatũ
2 ad dicendum, & allegandum, † ac faciendum in-
cumbentias, quod importat probationes fiendas,
etiam per teſtes, *Afflict.in conſtit. in pecuniarijs in
princ. Cancer.var.reſolut.lib.3.cap.12.num.50.51.
& ſeq. Burg.de laudim par.3. quæſt 40. num. 261.
poſt Maringum Practicum, quem allegat.*
Verum quia modus iſte procedendi per viam
3 cõmiſſionis † & incartamenti, ſicut modus proce-
dendi viſione ſcripturarũ, vel dato termino extra-
ordinario, nõ ſunt de quinque modis enumeratis
in cap.Ritus 99. nec de contentis *in cap.139.* me-
rito noſtrates dixerũt eſſe modos procedẽdi par-
te nõ diſſentiente, *Cum a ritu 99.n.2.& in prælud.
n.40.42.Pet.de Greg.de iud.cauſ.feud.q.21.Corſett.*

lib.2.q.1.n.1.2. Hinc eſt quod durãte termino in-
iunctionis prædictæ, quando pars intendit habe-
re aliqua in facto probanda, præſentat ſuppli-
catiouem faciendo articulum, & diſſentiendo in
modo procedendi, petendo quod non ptoceda-
tut iuxra commiſſionem, ſed iuxta naturam
cauſæ pluribus datis terminis iuxta formã Ritus.
Quo articulo diſſenſus pendente fuit quando-
4 que dubitatum, ſi teſiduum termini † iniunctio-
nis, quod ex pendentia arriculi præiudicialis fuit
ſuſpenſum, concurrerit parti, vel ne, itavt ſi per
5 Iudicem ſimul, † & ſemel fuetit articulus deciſus
cum cauſa principali meritotum, & in articulo
ſuccubuerit reus, qui articulũ propoſuerat, quia
fuerit dictum, quod procederetur iuxra commiſ-
ſionem, & deinde ſtante interloqnutoria paulo
ante lata, fuerit ſimul, & ſemel cauſa deciſa iux-
ta iuſtitiam meritorum, ſententia fuetit nulla?
6 † tam quam lata adhuc dilatione pendente, per
quam Iudicis officium conquieſcit, *iuxta textum
in l.ſiue pars, & ibi Bald, & alij, C. de dilat. Lapus
alleg.2. Vant.de nullit.defect.iuriſdict.ordin.n.157.
ſeq.Caſſador.deciſ.9.n.1.de appell. Maſtril,deciſ.35.
num. 1. Caſtill.deciſ. 1. num.2, Muta ſuper conſuet,
Panor.c.1.n.10. Lãcel.de atten. c.7.n.3.& 4.Frãc.
in c.ſignific.n.15.de appel.Rot.Rom.in antiq.dec.37.
n.2.de appel.Pariſ.cõſ.106.n.14.li.4.Grat.dec.144.
n.37.38.39.& diſcep.266.n.12.Mar.Angniſſol.conſ.
238.num. 2. Gabr.conſil.43.num.39.lib.1. Gratus
conſ.77.num.8.lib.2. Farin.dec.173. num.5.par.1.
Anton.Faber. C lib.3.tit.6. defin.3.n.4.*

Qua in re in Regno ea ſemper fuit recepta
opinio, quæ hodie præualet, & paſſim ſeruatur,
7 quod ſi pars † in articulo ſuccubuerit, non habẽs
iuſtam, vel ſaltem probabilem cauſam litigandi,
ſed temere in articulo propoſito inſiſtat, termi-
nus, & dilario contra eum irreparabiliter ſuo
marte currat, quia ſua temeritas non debet ſibi
prodeſſe, & validè ſententia in cauſa meritorum
deciditur ſimul, & ſemel cum articulo diſſenſus,
vel alio præiudiciali à parte infra terminum op-
poſito vnde vigilantes cauſidici, quando nõ con-
fidunt in iuſtitia articuli propoſiti, ſolent ad eui-
tandum hoc periculum curſus termini dati, uè
cauſa inde ſine termino, & probationibus iude-
fenſa remaneret, reo ſuccumbente in articulo
propoſito, ſtatim præſentato articulo diſſenſus,
vel alio præiudiciali, inſtare apud Iudicem, vt ſtã-
te effectu, & articulo de medio apponeretur im-
pedimenrum termino notificata parte, vel duran-
te articuli determinatione ſibi terminum, & in-
iunctionem primam protogari perunt, à Iudice,
ſemel, bis, & pluries, provt Iudex arbittabitur
arriculum propoſitum non fuiſſe cauillosum, vel
tandem præſentanr ſuas exceptiones infra termi-
num, vel prorogationem eiuſdem, quando Iudex
ex ſuo arbitrio noluit amplius prorogare, vel no-
luit impedimentum, termino apponere; quamuis
articulus pendeat coram eo.

Si verò reus in articulo diſſenſus, vel alio præ-
8 iudiciali ſuccubuerit, ſed conſtet † quod articulus
non fuerir friuolus, vel cauillosè propoſitus, ſed
proponens habuerit iuſtam, vel probabilem cau-
ſam litigandi, & proponendi, tunc terminus non
currit, ſeu verius reſiduum termini quod ceſſauit
currere à die propoſiti articuli, & conſequenter
non poteſt ſimul, & ſemel cum cauſa principali
meritorum decidi, ſed ſeparate ex interuallo tẽ-
poris adhoc, vt pars infra dictum reſiduum ter-
mini poſſit exceptiones præſentare probare, & ſe
defendere, vel ſaltem ne dicatur ſententia lata in
cauſa meritorum nulla, tamquam lata dilatione
9 pendente; Et dicimus † tunc reum ſuccumben-
tem circa articulum habuiſſe iuſtam, vel probabi-
lem cauſam litigandi, quando in articulo fuerit à
Iudice ab expenſis abſolutus, ſecus ſi ſit cõdem-
natus ad expenſas, quia tunc non diceretur iu-
ſtam, nec probabilem habuiſſe cauſam litigandi,
& articulum proponendi, *Cynus & Bald, in l.con-
tra maiores, num,4. C.de ioff.teſtam. vbi Caſtrenſ.
Felin. communiter in hoc receptus in cap, ex ratione
8.num.5.de appell. vbi Dec.nu,42.43. Cuman.conſ.
162. Ang.in l,Paulus, §.hæres rogatus in fine col.1.
ff.de vſur. Hippol,de Marſil.ſingul.152.Tiraquel.de
retract,lignag.§.1.gloſ.10.num.43. Sforz. Odd. de
reſtit.in integr.q.71.art,1.ſub num.8.Rota Romana
apud Creſcen.deciſ.10.nu.3, & circa finem de cauſſa
poſſeſſ.& propriet, aliàs deciſ.102.Maſtril.dec.275.
nu.9.10.vol.3. bene Scaccia de appellat.lib.3.cap.2.
q.15.n.78.verſ.ſecus, & n.80.81.fol,326.*

Quæ procedunt nè dum in terminis prædictis
10 articuli diſſenſus circa modum procedendi, † ve-
rum etiam in quocumque alio atticulo quomo-
libet ad cauſam meritorum præiuditiali propo-
ſito, vt nullitatis, attentatorum, appellationis, &
ſimilis in quocumque termino; vel dilatione etiã
ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione competenti, vt
loquuntur præcitati Doctores, & ita practicaui-
mus in cauſa quorumdam de Mirabella, & fuit
deciſum in curia primarum appellationum vrbis
de menſe Septembris 1622. pro Sindico fœlicis-
ſimæ Vrbis Panormi, & Gubernatoribus Tabu-
læ eiuſdem contra Donnam Himaram Taglia-
uia, & Agliata in Magna Regia Curia inter Don
Franciſcum釘Paternò cum illo de Marcheſana, ac
in pluribus alijs cauſis ſeruatum vidimus.

SVMMARIVM.

*1 Preuentio ſuper nullitate, ſimulatione, reſciſſione,
vſura, vel metu an impediat exeentionem ſenten-
tiæ, vel inſtrumenti, & n.2.6.7.8.9.10 11.14.15.*

*3 Pactum de non opponendo eſt de ſtylo apponi ſolitũ
in inſtrumentis in Regno celebratis.*

*4 Executio laudi impeditur, ſi ſit præuentum in peti-
tione reductionis, & impeditur executio ſententiæ,
ſi eſt præuentum in petitione reſtitutionis in inte-
grum.*

*5 Exceptio litis pendentiæ ſuper in legitimitate, vel
abſolutione à iuramento, vel ſuper vſuraria præ-
uitate, & ſimilibus coram Eccleſiaſtico an impe-
diat proceſſum coram Iudice laico?*

*7 Exceptiones peremptoriæ ante ſententiam debent
apponi.*

*8 Præuentio coram diuerſo Iudice, an impediat exe-
cutionem.*

*9 Exceptio nullitatis, falſitatis, ſimulationis, vſuræ,
vel metus per debitorẽ præuenta, ſi iã per teſtes eſt
detecta,*

Digitized by Google

detecta, impedit exequutionem, etiam inſtrumenti cum pacto de non opponendo 10.11.14.15.

12 *Exceptio vſurariæ prauitatis an impediat exequutionem inſtrumenti.*

13 *Præuentioni pacto renuntiari poteſt per debitorem.*

14 *Pactum de non opponendo non tollit exceptionem liquidam notoriam, & iam detectam, & probatam etiam per teſtes* 15.

15 *Exceptio præuenta dicitur iam liquida per teſtes, etiam ante eorum publicationem.*

16 *Præuentionis iudicium, & inſtantia ſuper exceptione à debitore propoſita aduerſus inſtrumētum, vel ſententiam reſoluitur, ſi creditor, ſeu victor compareat illico actionem proponendo, & exequutionem cauſando eorum vigore* 17.

18 *Creditor ſi a debitore præuentus ſuper exceptione propoſita patiatur teſtes recipi, & exceptione præueniam det egi, & probari ſibi præiudicat.*

19 *Taciturnitas in iudicijs præiudicat, & idem operatur quod expreſſus conſenſus.*

*Amplia in modo procedendi n.*20.

*Amplia in actore non contradicente reo præueniente n.*22.

21 *In iudicijs quaſi contrahitur.*

23 *Pactum de nō opponendo deficit deficiente via exequutiua, veluti acceſſorium, & qualitas exequutionis.*

24 *Nullitatem, vel reſciſſionem contractus petens an audiatur non reſtituto accepto.*

25 *Nullitatem, vel reſciſſionem contractus petens an poſſit ex eodem actu impugnato cenſum, & penſionem a debitore exigere;*

26 *Filius impugnans teſtamentum patris ex vitio præteritionis non poteſt petere legata ex eodem teſtamento.*

ARGVMENTVM.

Præuentio ſuper exceptione metus nullitatis, & ſimilium an impediat exquutionem inſtrumenti, ſi ante exequutionem fuerit aliquo modo exceptio probationibus detecta.

RESOLVTIO XXXVI.

1 Contra habentem viam exequutiuam † ex ſententia, vel inſtrumento quandoquè à debitore via ordinaria ante exequutionem præueniēte, ſuper nullitate ſimulatione reſciſſione, vſura, metu, vel ſimili, retardari, prætenditur exequutio, circumſcripta tamen renuntiatione per pactum de non opponendo continentem pactum de non præueniendo.

Qua in re vna fuit opinio *Innocentij in cap. eū in iure de officio delegat.* nullatenus exequutionē impediri, nullaque lege caueri dicens *per text. in l. fin. C. de ordin. cognition. Aug. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata*, loquens quando coram Eccleſiaſtico ſuper vſura ſit præuentio ad reſcindendum contractum *Innocentium* ſequuntur *Canar. de exequution. inſtrument. q.* 51. *&* 52. *Lancellot. de attent p.* 2. *cap.* 20. *limit.* 5. *n.* 3. *& cap.* 17. *nu.* 150. *& cap.* 18. *n.* 131. *Marant. Moliu.* & alii quos refert *Monter. dec.* 22. *n.* 4. 5. *Vanc. de nullit. tit. quot & quibus modis nullitas nu.* 29. *Maſſa ad form. camer. oblig. p.* 4. *q.* 1. *nu.* 17. *Imbrian. dec.* 373 *Caualc. dec.* 19. *p.* 3. *Maſtr. dec.* 14. *& dec.* 140. *n.* 5. *&* 22. *Fōtanel. de pact. dotal. clauſ.* 7. *Gl.* 2. *p.* 5. *n.* 4. *&* 5. *Vinc. de Franc. dec.* 670. *l.* 4. *Mil. dec.* 7. *lib.* 2. *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 54. *in fine ex Bald. conſ.* 261. *n.* 1. *lib.* 1. *Card. Tuſch. concl.* 374. *n.* 16. *litt. E. Maſcard. de probat. concl.* 686. *n.* 11. *&* 14. *Burſ. conſ.* 74. *n.* 25. *Surd. conſ.* 377. *n.* 42. *Bero. conſ.* 85. *num.* 3. 8. *cōſ.* 119. *vol.* 3. *Cart. dec.* 2. *n.* 8. *&* 9. *Couar. de ſponſal. c.* 8. *q.* 12. *& lib.* 3. *var. reſol. cap.* 3. *Honded. conſ.* 17. *nu.* 45. *vol.* 2. *Parlador. rerum quotidianar lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. *§.* 11. *n.* 22. *Guttier. de iuram. confirmator p.* 1. *cap.* 2. *n.* 23. *plene Ruginel. practica quæſtion.* 19. *per totam Suares in l. poſt rem q.* 4. *nu.* 15. *ff. de re iudic. Rodulf. de vſur. q.* 129. *Gratian. diſcept.* 118. *num.* 43. *& diſcep.* 679. *n.* 3. 4. *l.* 4. *Roderic. de ann. redit. libr.* 1. *q.* 16. *num.* 3. *Afflict. & Vrſil. dec.* 30. *Franciſc. de Caldas Pereira de emption. & vendition. cap.* 32. *ſub num.* 12. *Pute deciſ.* 67. *in fi. libr.* 3.

2 Ab iſta opinione † receſſit *Bald. in Auth. quæ ſupplic. C. de precibus Imperator offerend.* dicens quod facta nullitatis præuentione iudex non debeat eſſe velox ad exequendum, cum dubium ſit indici, licet ſi exequatur non dicatur attentaſſe, nec reuocabitur exequutio, & quod ideo finis litis præuentionis expectandus ſit, ita dicens intelligi deberi dictum *Innocentij* alias videretur falſum dicere, & hæc opinio *Baldi* etiam plures habet ſequaces, *Lancellot. de attentat. nullit. penden. n.* 83. *& ſeq. Monter. dec.* 22. *n.* 6. *&* 7. *Natta conſ.* 217. *ante finem Canar. de exequut. inſtrument. q.* 51. *n.* 90. *in fine. Cartar. dec.* 20. *per tot. & n.* 16. *Carrauita ritu* 190. *nu.* 2. *Afflict. dec.* 387. *Contard. in l.* 1. *limit.* 7. *n.* 24. *C. ſi de momentan. Rebuff. ad Regias conſtit. tit. de litteris obligator. artic.* 1. *Gl.* 9. *num.* 45. *Coſta ſubſidiar. remed.* 50. *n.* 3. *Marc. dec.* 44. *n.* 1. 2. 3. *& ſeq. par.* 1. *Et Caſtrenſ. in dicta Authentica*, pro cautela docuit quod debitor præueniat. Imo *Innocētius*, fuit ſibi parum coſtans, *in cap. eum olim de dolo, & cōtumacia* vt aduertit *Caſtrenſ. in dicto §. condemnatum. & refert apoſtilla ad Suares in l. poſt rem in declaratione legis Regni verſ. circa litter. E. f.* 697. *& tetigit Intrigliol. de cenſibus quæſt.* 65. *& quæſt.* 89. & iterum *q.* 46. admittit præuentionem circa contractum bullarē, ex diuerſis capitibus, per eū relatis, & eum refert *Graſſ. de exception. in prælud. num.* 246. *& exception.* 12. *n.* 2. *vna cum Milan. deciſ.* 7. *nu.* 2. 3. *libr.* 2. qui poſtea per totam deciſionem præſertim *n.* 33. reprehendit *Petrum de Greg. & Intrigliolum* propter vim pacti de non opponendo, & de non præueniendo, ſed aduertere debuit, quod *Intrigliolus* circumſcripto tali pacto

3 loquitur licet † ipſe *Intrigliolus* debuiſſet pariter aduertere quod tale pactum paſſim apponitur in contractibus, & eſt de ſtilo, vt ipſemet dixit, *in ſingular* 173. *n.* 6. *lib.* 2. *Milan. dec.* 13. *n.* 33. *lib.* 2. Et per allegatam Doctrinam *Baldi in dicta Authentica quæ ſupplicatio* qui de præuentione ſuper nulli-

nullitate ſententiæ loquitur, quod iudex non de-
beat eſſe velox ad exequendum, & ſequitur *ibi
Caſtrenſ.* vt dictum eſt, qui dicit ſic ſeruari vidiſſe
Florentiæ, quod impediatur exequutio, ſequitur
late *Soc.Sen.cõſ.78.n.6.l.3.& per tot.* qui loquitur
de exequutione contractus de cuius nullitate eſt
prę̨uentum, & *Soccinum* ſequitur *Marcian.cõſ.47.
n.24.* qui vere ſequitur, quando prætenditur nulli-
tas pacti exequutiui, & *Caſtrenſem, & Soccinum*
refert, & ſequitur, *Lancellot.de attent.nullitat.pen-
den.n.83.& ſeq. vbi addit. Imol.conſ.130.num.7.*
4 & cõfirmat, ex cõcluſione, † quod exequutio lau-
di impeditur, ſi eſt præuentum in petitione redu-
ctionis, & eodẽ modo impeditur exequutio ſen-
tentiæ, ſi eſt prę̨uentum in petitione reſtitutio-
nis in integrum, & *n.85.* dicit concluſionem pro-
cedere, eſto quod non fuiſſet inhibitum, reiecto,
Ripa in d.§.condemnatum n.28. & allegat *Lãcellot.
Dec.* teſtantem de dicta conſuetudine Florentina
conſ.103. vbi ſequitur *Caſtrenſem.* prout ſequitur
etiam *Natta conſ.217.ante finem,* qui loquitur de
iure communi circumſcripta dicta conſuetu-
dine, vt aduertit *Lancellot. & Caſtrenſ. & De-
cium refert, & ſequitur Contard.in l.vnica limit.7.n.
23.C.ſi de momentan.* & pro hac opinione adduci-
tur *Intrigl.d.q.46.65.&* 89. vbi de prę̨uentione,
non ſolum ex nullitatis capite, ſed etiam falſita-
tis, ſimulationis, ſolutionis, prælationis, reſolutio-
nis, & ſimilium.

Pro cuius confirmatione adduci poſſunt nota-
5 ta *in cap.tuam de ordin. cognition.* quod † exceptio
litis pendẽtię, ſuper in legitimitate, vel ſuper ab-
ſolutione, a iuramento, coram Eccleſiaſtico, vel
ſuper vſuraria prauitate, & ſimilibus prę̨iudicia-
libus, proceſſum coram iudice laico, & etiã exe-
quutionem inſtrumenti impedit, *Federic.de Senis
conſ.126.& conſ.300.Anchar.conſ.22. Doctores in
c.debitores de iure iurand.quos affert Afflict.dec.30.
in prin.* quamuis in illo caſu teneat cõtrarium ta-
men *Gramat.ibi in addit.* citat *Laurentium de Ro-
dulf. in cap.conſuluit,* qui dicit ſæpe contrarium
practicatum fuiſſe loquẽdo de vſura: & dicit *Gra-
mat.* hoc æquius videri, & *Rodulf.* ſequi videtur
*Galles. ad form. camerar. obligat. rubr.de vi inſtru-
men.n.1.fol. 359 tom.6 p.2. tractat. & Federicũ
de Senis in propoſito adducit Suares infra allegan-
dus Bero.conſ.85.lib.3.Maſcard.de probat. concluſ.
686.n.13.*

Verum cum *Baldi* opinioni reſiſtat, & aduerſe-
tur opinio *Innocentij in dicto c.cũ in iure, & eius ſe-
6 quacium* vt iam dictum eſt ideo † vna inter iſtas
inter ſe pugnãtes opiniones videtur poſſe eſſe cõ-
cordiã quod opinio *Innoc.* procedat, prout loqui-
tur, quãdo agitur de exequutione ſententię, quod
vtique per præuentionem non impediatur, ſecus
vero quando agitur de exequutione inſtrumenti,
vigore ſtatuti ei exequutionem paratam præſtã-
7 tis, quia tunc prę̨uentio impedit. Ratio eſt, † quia
in proceſſu ante ſententiam fuerũt oppoſite, ſeu
debuerũt opponi, omnes exceptiones perempto-
rie, quæ poſt ſententiam opponi prohibentur, ſe-
cus, aduerſus inſtrumentum *vt dicit Bald. in l. pe-
remptorias C. ſenten.reſcind.non poſſe* & ita reſoluit
*Raphael Cuma.& Alex. in d. §. condemnatum in 4.
addit.* vbi reijcit *dictum Angeli* refert, & ſequitur
Socc.d conſ.78.num.5.verſ.3.probatur. & eo tacito
hoc idem ſcribit *Suar. in dicta l.poſt rem declara-
tionis Regni §. circa fol.706.n.17. et ad Alexandrũ*
remittit *Maſcard.de probat.concluſ.686.nu.13.in
fine.*

8 Concordantur ſecundo loco opiniones quod †
aut coram diuerſo iudice prę̨uentum fuit, & tũc
præuẽtio exequutionem nõ impedit, ſecus ſi co-
ram eodem *ita Ant. de Canarto de exequut. inſtru-
men.n.90.91.q.51.52. in fin.* & latiſſime ſoluit no-
dum *Maſcar.de prob.concl.687.n.17.lim.5.et prius
n.13.et 14.*

Concordantur tertio vt opinio *Baldi* aduerſus
Innocentium ſine ſcrupulo procedat, & locum ha-
9 beat, quando † non ſolum ſuper exceptione, rexi-
ſionis, vel nullitatis, ſententię, ſiue inſtrumenti eſt
ante exquutionem præuentum, ſed etiam lis eſt
cõteſtata, & proceſſum eſt ad teſtium examina-
tionem, vnde ex eis, iam iudici liquido conſtet, ſi
ſententia, vel contractus ſit nullus, vel ne, & non
reſtat niſi vt publicetur proceſſus. Nam tũc cum
ſit liquidum, iudicis, nullitas, vel exceptio prę̨uen-
ta non videtur requirere altiorem indaginem, &
cum iudici conſtet poteſt etiam incontinenti cõ-
ſtare parti per publicationem proceſſus, quaſi
tunc ceſſet prę̨ſumpta calumnia, ad exequutio-
nem retardandam propter exceptionem præue-
niendo oppoſitam; Tanto magis quando non ſo-
lum eſſet facta publicatio, ſed etiam eſsent dati
termini, & præſentate exceptiones, & ſuper eis
producti teſtes, & nullitas impedit exequutionẽ
ſententiæ, vel inſtrumẽti, ſi ſit prõptuaria, non ſo-
lum per viam exceptionis, ſed etiam per viam
principalis petitionis, ita hæc affert *Soccin. dicto
conſ.78.n.5.* vbi ita reſpondet *ad Innocentium, &
Angelum in dicto §.condemnatu ex Alexandro ibi-
dem, & ex Bartolo, & Caſtrenſe in l.ſi expreſſim ff.
de appel.* & ita quotidie practicamus in nullitate
ſententiæ per viam præuentionis, & *Socc.* admit-
tit iſto caſu *Milan.dec.7.& prius dec.2.* non ratio-
ne, quia eſt præuentum, vel quia ſi opponeretur
per viam exceptionis, vtique impediret exequu-
tionem inſtrumenti etiam Bullatis, hãc eamdem
concordiam in ſubſtantia ponit *dicta Apoſtilla ad
Suares dicto loco litter.E* quod exequutio non im-
peditur, quando lis nullitatis fuit mota fraudu-
lenter, & ita ſequuntur iura allegata *per Innocen-
tio in dicto capitulo cum in iure,* & ſaluatur opinio
Angeli in dicto §.condemnatum, ſecus alias, quia
tunc procedit opinio eiuſdem *Innocentij in coſtan-
tis in dicto capitulo cum olim de dolo, & contuma-
ci, & d. per Federic. de Senis d. conſ.126. & conſ.
98.cum notatis in d.c. tuam de ordin. cogni.* hanc
eamdem concordiã firmat *Canar.dict.q.51.52.* di-
ſtinguendo an offitium iudicis imploratum per
debitorem requirat altiorem indaginem, vel nè,
vt quia haberet contrarium inſtrumentum tunc
enim videtur quædam mutua petitio, & ſimiliter
terminari debet.

Hoc idem videtur velle *Benedict. de Banzijs de
guarentig.q.2.q 9.* vbi loquitur, quando conſtaret
iudici de manifeſta falſitate (ſed loquitur per
viam exceptionis) & *q.20.* vbi dicit *ex Bartholo, et*

Angelo,

Angelo,quod licet remoueatur omnis exceptio,
tamen poteſt implorari officium iudicis(ſed pro-
pter pactum de non opponendo ſublatum eſt iu-
dicis offitium)et q.21.reſoluit,quod competit ſal-
tem reſtitutio in integrum, quando liquet mani-
feſtè iudici,quò reſtitutio danda eſt iuxta l.penult.
ff.de auctor.tut.et q.22.quæ eſt vlt. concludit quod
poteſt recuri ad iudicem Eccleſiaſticũ,qui poteſt
10 inhibere. Et quamuis† aliqui Doctores in præ-
uentione ſupet nullitate loquantur, tamen idem
eſt de quacunquè alia exceptione præuenta, &
per teſtes detecta,vt de nullitate probata per te-
ſtes loquitur Socc. et Intrigl. vt dixi loquitur de
quibuſcũque exceptionibus,& Mil. licèt loquatur
de nullitate præuẽta,tamen admittit opinionem
Intrigliol.quando iam exceptio præuenta eſt ef-
fecta notoria,& admiſſibilis etiam per viam ex-
ceptionis.
11 Et latiſſimè quando†præuentio eſt ſuper vſu-
raria prauitate, vel quód contractus ſit geſtus
per vim,& metũ, quòd impediatur exequutio in-
ſtrumenti, ſi ex probationibus factis reſultet ef-
fectus,etiam reſcindẽdi,legitimè completis pro-
bationibus coram iudicè præuentionis, conſulit
Gram.cõſ.95.prius cõſ.88.Capic.dec.175.& refert,
& ſequitur loquẽdo de omnibus ſimilibus exce-
ptionibus. Petra in addit. ad Capitium dicto lo-
co littera B.omnino. Vrſill.deciſ.31.vbi ita dicit in-
telligenda allegata per Soccin. dicto conſ.78. lib.
3.& hanc eandem opinionem, & concordiam
clariſſimè faſſus eſt Freza(loquens de nullitate)
de præſentation.inſtrumen.p.9.quæſt.5.fol.122. vbi
poſtquam dixit,quod opinio Innocencij in d. c. cũ
in iure eſt magis cõmunis nu.5.tamen,et n.7.con-
cordat dicto modo allegat Canarium,& Barzium
locis prædictis Roman.et Alexand.in pluribus con-
ſilijs qui videri poſſunt, et nu. 26.allegat. Affl. di-
cta deciſ.31.et Capic.dicta dec.175.refert.Boniorn.
ſuper Ritu capit. 102 Licet in hoc plura regula-
12 riter dicantur† ſi exceptio vſurariæ prauitatis
exequutionem inſtrumẽti impediat,an vero ſol-
uat,& repetat iuxta Textum in ca. debitores de iu-
reiurando Bero.q. familiar.77 num. 5. Iaſon. conſ.
9.lib.1.et conſ.41.colum.2.verſic.præterea vol. 3.
Alex.conſ.37.colum.6.volu.2.Gabr.de iure iurand.
concluſ.8.Menoch.conſ.24.num. 11. Ioſeph. Ludo-
uic.concluſ.23.in fine Carrocc. de loc. tit. de vſur.
quæſt. 12. Caualcan.deciſ.13.num. 49.50.p.2.Gut-
tier. de iuram. confirmator.part.2.num. 34 Seraſ.
de iuram.priuileg.116.nu.4.et ſeq.Honded.conſ.17.
num.38.libr.2.Neuizan.conſ.59.Dec. conſ.84.num.
55.volum.2.Craſſ.exception. 28.per tot. Surd. conſ.
327. Aſin.in prax.§.31.capit. 49. Bero.conſ.85.n.
8.lib. 3. Gratian. dec.228.nu. 14.et 15. Farin. de
falſitat.quæſt.160. num.145.et ſequ. n. 348. Rota
coram Vbaldo in vna Romana exequutionis 2.Maij
1614.apud Farinac. dec. 540.nu. 10. p. 2. tom.4.
et dec. 490. p. 2. tom.3.Roderic.de ann.redit.lib.1.
quæſt.16.num.3.et libr.3. quæſt 4.num 123. 124.
et ſequent.et num.132.et ſequent.Gama deciſ. 194.
Piguera deciſ. 30.num.23.Barboſa in leg.Titia.35.
numer.48.verſ. vnde ſi petatur. ff. ſolut. matrimon.
volum. 2. Cephal. conſ.402. Hyppolit. Riminal.
conſ.399.

Et quãuis renuntiatum ſit præuentioni per pa-
ctum de non opponendo, pactum de non præ-
13 ueniendo implicantem, † cui renuntiari puſ-
ſe latiſſime reſoluit Freza dicto loco qu. 1.fol. 105.
Carauita Ritu 168. Craſſ.de except.in prælud. num.
247.Vincent. de Franch.dec. 670.n. 3.lib.4.Tamé
14 id† non intelligitur de præuentione ſuper exce-
ptione notoria liquida etiam detecta,& probata,
quia tunc exequutionem impedit non obſtante
pacto item Freza dicto loco q.2.n.4. fol.112. Craſ.
de exception.in præclud.n. 258. Menoch.conſ.109. n.
40.vbi ita diſtinguit opinionem Angel. in dicto §.
cõdemnatũ,quidquid ſenſerit Surd.conſ.327.quem
citat. Petra in addit.ad Capic.deciſ. 175. poſt Roui-
tum ſuper Pragmat. Neapol.& ita Menoch.declarat
dict.conſil. Bero.85.lib.3.qui loquitur; quando fuit
præuentum ſuper vſura omnino Fontanella de pa-
ctis dotalibus clauſ.7.gloſ. 2.par.5.nu. 27.& ſeq.qui
refert deciſum in Senatu Cataloniæ anno 1612.
Maſtril.dec. 157. num. 40.Gratian.diſceptat. 118.
numer. 48. qui eodem modo dicit ità accipien-
dum dicta per Alexandrum in dicto paragr. con-
demnatum per Ancharan.conſ. 98. Bero.conſ. 211.
in fine,& dicto conſ.85.nu.6.vol. 3.Carroc. de loc. et
conduct.tit.de vſur.q.12.nu.7. poſt Pariſ.conſ.45.n.
9.lib.1. ſed melius addo Pariſ. conſ.53.n.37. eod.
vol.1. ſentit poſt plures Caualcan.dec. 13.n. 49.p.
2.Milan.deciſ.13.num.112.lib. 2. Rebuff. ad leges
Gall. tom.1.tit. de litter.obligator.artic.2.Gloſ.1. n.
22. ſentit quoque Franciſcus de Caldas Pereira de
empt.et vend.cap.32.ſub num. 12. Et quando ſunt
15 † recepti teſtes etiam ante publicatione iàm di-
citur exceptio præuẽta liquida,& non requirens
altiorem indaginẽ,& iudici dicitur liquere, imò
liquet, parti quando ſunt publicati teſtes ita Soc.
dicto conſ.78.n.5. lib. 3. Vrſil. dec.31. & ampliſſi-
me ijs tactis ſcribit Freza d.q 7.n. 26.& plenius n.
32.vbi loquitur poſt publicationem,non dum fa-
cta concluſione,& ità cenſuit Magna Regia Cu-
ria pro Baronæ Sicilianæ,cõtra illas del Carreto
Sorores Illuſtris Comitis Ragalmuti,& pro iſta
opinione in exceptione metus præuẽta,&per te-
ſtes iam detecta contra inſtrumentũ,cũ pacto de
nõ opponẽdo obtinui in Magna Regia Curia pro
Vincentio Sarzana Condam Alexandri contra
Ioannem Salerno 14.Nouembris 1619.per quã
fuit deciſus articulus audientiæ quod audiatur in
reſciſſione.

Proinde Cauthela eſt ad tollendam difficul-
tate præuentionis,& eludendam cauthelam Pau-
li de Caſtro in d. Authentica,quæ ſupplicatio C. de
16 præcibus Imperator offerend.quod creditor † ſeu
victor compareat actionem ex ſententia, vel in-
ſtrumento proponendo ſeu exequutionem cau-
ſando,nec permittat ſuper exceptione præuen-
ta probari,quia tunc iuditium præuentionis re-
ſoluitur, & habet vim ſimplicis exceptionis, &
inſtantia incipit à ſecunda petitione, quia pri-
ma euaneſcit, ita clare Aretin. in cap. in præſentia
de probat. vbi Dec.nu.5. Soccin. conſ.94.num.6.vol.
3.Vincen.de Franc.dec.385.quos affert Milan.d.de-
ciſ.7.num.35.30. Aimo Publicus ſuper conſuetud.
Aluern.tit.18.art. 6. in fine Coutur.in l.vnica limit.
7.nu.24.fol.157.bene Roncbegal.in rubr.de duobus
reis

Digitized by Google

reis.n.22.in fine.& ſeq.vbi citat Pariſ. in dicto cap.
in præſentia col.19.& conſ.81.in fine lib 4.Aretin.in
rubr.de exception n.23.Maſtril.dec.14.n.18.& à ſe-
nioribus aduocatis accepi ſecundum prædicta
fuiſſe in Regno prima vice practicatum in quadã
cauſa Petri Antonij del Campo, vbi fuit miſſum,
quod non audiatur in præuentione, ſed veniat, &
ſe opponat,& paſſim,vidimus inde quandoque
ſeruatum.

17 Cæterum hoc eſt intelligendum vbicumque †
creditor citatus,vel prçuentus illico exequutionẽ
proponat,vel articulum audientiæ faciat, & vni-
co verbo *dixit Intrigliol. de cenſibus q.65 in fine,*
vbi ſe ad ſemetipſum refert, & hoc videtur eſſe
de communi mente omnium præcitatorum Do-
ctorum dum dicunt,quod citatus compareat, &
18 cætera.Quia † ſi ipſe præuentus taceat,& cõſen-
tiat ac paſſus, ſit exceptionem præuentam dete-
gi per probationes,& teſtes,ſibi prçiudicat *Fon-
tanella de pact. dotal.clauſ.7.Gl,2 p.5.num,27.&*
19 *ſeq.vol.* 2.Cum † in iudicijs tacens in quantum-
cunque prçiudicialibus pro conſentiente habea-
tur.*Cumia ritu 40,n.161.165.& ſeq. Bero.in cap.1.
de reſtitut.ſpoliat.reiecto Innocent* & in iuditijs idẽ
tacitus operatur conſenſus, quòd expreſſus *Ia-
ſon.in l.quæ dotis n.77.ff. ſolut. matrim,Barthol.&
Ripa num. 72.in §.nihil commune Menoch. de recu-
per.poſſeſſ. remed,1.q.15.n.161.174.* Itẽ in iuditijs
ſufficit conſenſus præſumptus ex taciturnitate
*Tiraquel.de legibus connubial.Gloſ.7.nu.23.30.37.
Monter.dec.30.num.30.Giurb.dec.14.num.9. cir-
ca finem Maſtril.deciſ.157.num.24.25.Surd.conſ.
288.num,25.conſ,445.n.24.deciſ.47. Lancellot.
de attentat.p.2.cap.4.limit.16.nu.3.& per tot. Al-
ba Mandell.conſ.485.num.10. Grat, dec.54.nu.6.*
20 Et † circa modum procedendi taciturnitas,quod
eodem modo prçiudicet *Imola.in l.2.n.4.in princ,
ff. à quibus appellar.non licet Bald.in l.ſi non ſortem*
21 *§.1.ff.de cond.indeb.*Tùm quia † in iuditijs quaſi
contrahitur *l.3.§.Item ſcribit ff. de peculio Giurb,
dec. 99.n.4.*Et licet *Roman.conſ.133. Imola, &
præallegati* loquantur, quando actor eligit viam
22 ordinariam † tamen idem dicendum eſt ſi reo
prouocante,ipſe actor,vel creditor non contra-
dixerit,ſed conſenſeri proceſſu ordinario,*ita An-
ton.Maſſa ad form.camer. obligat.p.3.q.2.n.4.tom.
6.p.2.fol.353.*vbi citat notata *in dict. Gloſa in cle-
mentina,ſæpè quam etiam citat Roman,*qui licet di-
cat,quod procedẽte iudice via ordinaria requiri-
tur conſenſus expreſsus partium tamen quando
pars ipſa, & non iudex taliter procedit ſufficere
debet conſenſus tacitus,qui ſemper tunc erit ex-
preſſus. & in propoſito *Maſſa num,6.*dicit admo-
dum difficile videri,quod vigore inſtrumenti ten-
tetur iuditium ordinarium, & quod id non ſit fa-
ctum de conſenſu partis,& quod debeat expreſſe
in ſcriptis diſſẽtire,alias dicatur conſentire *poteſt
allegari Gloſ.& Barthol.in leg.1.C.de relation. per
quam notat. Io. Aloyſ.de ſeptimo in cap Ritus 44.
vel 139.& Anto.Lanza quos citat Cumia in proc-
mio Ritus num.36.fol.6.& dicto Ritu 44.num. 16.*
quod quando proceditur aliquo modo inoõpe-
tẽti, puta ex abrupto reus, ſeu aduerſarius debet
ſtatim reclamare,contradicere, & diſſentire in
ſcriptis alias dicitur conſentire,& ſi nõ ſe oppo-
nit adhoc debet ei patere,viam quam elegit *l.ſi
mulier ff.quod metus cauſa.*

Præterea cõſenſus tacitus creditoris inſerendo,
quod ordinariè per viam præuẽtionis,& ad teſtiũ
receptionem procedatur non opponendo illico,
& exequutionem cauſãdo,prçiudicat, vt videatur
23 renuntiaſſe viæ exequutiuç; vnde † quoque dici-
mus meritò deficere pactum de non opponendo,
veluti acceſſorium ad inſtrumẽtum, & viam exe-
quutiuam,cũ tale pactũ ſtet tamquã qualitas exe-
quutionis,& ceſsante via exequutiua ceſſat quoq;
pactũ prçdictum de nõ opponendo *Io.Aloyſ.de ſe-
ptimo per Cumiã ritu 37.n.85.& 87. Burg. de laud.
inſpect. 40.nu.68.& ſeq. Maſtril.dec.157.num.11.
12. Milan.dec.12.n.108.109.& 110.lib.2. Muta
in conſuetud. Panhor.c.14.n.20.*

Praxis hinc approbauit illico creditore citato
ſuper prçuentio ne aduerſus iſtrumentũ cum pa-
24 cto de non opponẽdo † ad eius inſtantiam mictis;
quòd prçuenieñti denegetur audientia in prçuen-
tione tẽtata, donec ſoluerit in cõtractu promiſſa
& accepta,quo circa ſi remedium ſuper quo per
debitorem prçuentum eſt ad reſciſionẽ cõtractus
tendat,denegatur audiẽtia donec ſoluerit, vel ac-
ceptum reſtituerit niſi de nullitate actum ſit,quia
auditur prçueniẽs & paſſim deciditur, quod au-
diatur in nullitate *ad late d. per Giurb.dec 103.per
tot.Maſtril.dec.13. Andr. Georg.allegat.34. Meno,
conſ.644.& conſ.1111.n.63.& 64.Muta deciſ.94.
Fontanella de pact.dotal.clauſ.4.Gloſ.9.p.5.n.214.
cum ſeq.Maceraten.var.reſolut.lib.1.reſolut.38.nu.
19.Burſat.conſ.291.cum alijs,*& ità cenſuit M.R.
C. inter Io.Baptiſtã Gaetano, & Donnam Ioan-
nam Samaniati Baroniſſam Tripi anno 1618. &
quotidie ſeruatur.

25 Sed quid † ſi inſtrumenti nullitas ex parte cre-
ditoris prçueniendo petatur,an interim ex eodẽ
contractu impugnato poſſit cenſus exigere, eſt
caſus valdè vſitatus in Regno,& ſolet a credito-
re impetrari prouiſio Proregis,quod poſſit exige-
re abſq; prçiuditio,ſed aduertas quod hçc proui-
ſio cõtẽdit, vt exigendo non cenſeatur ſibi prçiu-
dicare in nullitate tentata, vel tentanda, non au-
tem conceditur actio ſi de iure impugnando con-
tractum non poſſet illo vti,quod hoc Princeps nõ
intendit,& videtur fieri poſſe ratione, quòd in
omnẽ euentum cẽſus deberetur *de quo per Vinc.de
Franc.deciſ.373.& prius dec.296.& dec.303.nu.
1.2.Intrigl.de Singul.155.lib.2. Maſtril.dec.160.à
n.13.& ſeq.per tot.lib.2.Giurb.dec.2.n.1.& 2.dec.
55.n.11.& dec.100.per totum Caſtill.dec.63.dec.
195.n.1.2.libr.2.Caualc.dec.31.nu.360.et 361.
p.2.et dec.37.n.47.et per tot.p.3.et dec.25.n.17.
p.5.Gratian.diſcept.141.n.35.Surd.dec.108.n.14.
et conſ.183.n.94.Guttier.de iuramen. confirmator.
p.1.cap.2.nu.23. Macer. variar. reſolut.lib.1.reſol.
61.nu.4.verſ.quod verum eſt Carpan. ad ſtatut. Me-
diol c.444.lib.1.Carroc. dec.97.nu.13.in fin.Rebuff.
ad conſtit.Galliæ tom.2.tit.de reſciſion. contract. gl.
4.art.vnico n.7.verſ.notandum Palaez de Maiorat.
p.1.q.44.nu.4.Pute.dec.35.lib.1.Rota Romana de-
ciſ.301.num.3.part.1.Honded.conſ.17.num.45.lib.
2. Maſcard.de probation.concluſ.686.num.14.15.*

Borellus

Borellus in ſumma dec.19.n.114.vol.2.

Puntus iſte fuit viriliter diſcuſus ad inſtantiam Illuſtris Comitis Caſtri, contra Illuſtrem Ducem Sancti Ioannis contra æquitatem conſideratam *per Francum dicta dec.* 373.& fuit allegata regula *text. in c.ex eo de reg.iur.in* 7. vt non conſequatur, quis fructus ex eo, quod nixius eſt impugnare cũ concordantibus, quam regulam *Francus* non tã-
26 git. Item † fuit ponderata Doctrina *Bartoli in Auth.ex cauſa n.19.C.de liber. pręter.* vbi, quod filius impugnans teſtamentum patris ex vitio præteritionis non poteſt petere legatum, licet quo ad legata teſtamentum ſit validum, & hoc quia teſtamentum impugnat; & licet omni caſu videatur deberi legatum, nam ſi teſtamentum erit validum, legatum debetur, ſi nullum quoque debetur, quia validum, quo ad legata. Item quia imputabit filius in portionem competentem ab inteſtato pariter adducebatur. *Surd.deciſ.6.* qui ex alijs contra *Francum* tenet, *& Gargiare. patrocin. 26.libr.1.* Ideo fuit eo caſu certo modo deciſum non ſequendo totaliter *Francum*, ſed quod pecunię depoſitentur, & expectetur litis euentus ex cauſis particularibus concurrentibus in dicta cauſa Ducis Sancti Ioannis.

SVMMARIVM.

1 *Soluere quis pro alio poteſt, eumquè inuitum liberare.*
2 *Soluere an quis pro alio poſſit creditore inuito.*
3 *Dominus an cogatur canonem emphyteoticum ab extraneo ſoluente recipere, & quid a creditore emphyteutæ.*
4 *Ceſſio iurium, nullo tempore peti poteſt a ſoluente nomine debitoris, eumque liberando.*
5 *Solutione debiti tollitur obligatio.*
6 *Ceſſio obtineri poteſt a ſoluente, non animo eradicandi obligationem debitoris.*
7 *Ceſſio poteſt quandocumque fieri ſoluenti debitum alienum proprio ſoluentis nomine.*
8 *Soluens debitum alienum proprio ſoluentis nomine, dicitur emptor nominis ipſius debitoris.*
9 *Creditor non tenetur præciſe cedere, iura extraneo ſoluenti, niſi creditore volente.*
10 *Soluenti extraneo ſuccurritur, ſaltem officio iudicis, ad conſequendam ceſſionem a creditore ex æquitate, quod tibi non noces, & alteri prodeſt.*
11 *Ceſſio non debetur ſoluenti niſi incontinenti, vel ſi fuerit factum pactum de ceſſione fienda.*
12 *Ceſſio an dicatur facta incontinenti, quando creditor cedit, & fatetur pecuniam habuiſſe, & recepiſſe à ceſſionario ſoluente, n.13.& 14.*
13 *Verba habuiſſe, & recepiſſe, an importent præteritum tempus, vel præſentem, numerationem 14.*
15 *Ceſſio debetur creditori poſteriori, ſoluenti anteriori.*
16 *Creditor anterior cedens poſteri ſoluenti, non tenetur promittere ſe potiorem, vel anteriorem eſſe, ſed ſufficit iura cedere talia qualia.*
17 *Ceſſio iurium, debetur poſſeſſori ſoluenti, quid in poſſeſſore iniuſto n.18.*
19 *Ceſſio iurium non debetur poſſeſſori ſoluenti, cui onus ſoluendi ſpectaret.*
20 *Cedendarum exceptione, non repellitur creditor, à poſſeſſore, conuento, quamuis aliquod ex prædijs obligatis liberaſſet, quia poſſeſſori non tenetur cedere iura, niſi talia qualia, nec tenetur creditor cedere contra ſeipſum cum ex equitate ceſſio poſſeſſori fiat, & n.30.*
21 *Morotius de poſſeſſore offerente n.4.reijcitur.*
22 *Detemptor ratione detentionis ſe obligat, ad omnia in contractu ſubiugatorio contenta.*
23 *Exceptio cedendarum, opponi poteſt poſſeſſore, cauſam habente a fideiuſſorem, ex perſona fideiuſſoris.*
24 *Poſſeſſor totum ſoluẽs, ex iurium ceſſione a creditore obtempta, contra cæteros poſſeſſores rei ſubinga obtinebit pro rata corporum.*
Declara n.25.26.
27 *Cedens iura talia qualia, an teneatur manu tenere ea eſſe vera, & n.28.29.*
28 *Cedens tenetur oſtendere nomen ceſſum verum, ſi non bonum, vel exigibile.*
31 *Ceſſio iurium, fit correo ſoluenti incontinenti, vel ex internallo præcedente pacto de ceſſione fienda, & quando num.32.33.35.37.*
32 *Ceſſio iurium, non debetur ſoluenti debitum proprium.*
33 *Correi plures, licet quo ad creditorem omnes tales ſint inter eos tamen ſunt fideiuſſores, quando negotium alteri ex eis principaliter ſpectat.*
34 *Fideiuſſor dicitur, intercedens vnius poſt alium diuerſo tempora, & contractu quamuis inſolidum cum principali ſe adſtrinxerit.*
35 *Correus, præſumitur pro tota obligatione ſoluiſſes.*
36 *Soluens pro alio vtiliter, negotiorum geſtorum actione repetit.*
38 *Ceſſio iurium ſemper debetur ſoluenti. ex equitate, quando cedenti non nocet, & ceſſionario prodeſſe poteſt.*
39 *Ceſſio iurium, fideiuſſoris quandocumque facienda eſt.*
40 *Fideiuſſor repetit à principali, quod ſoluit, ex indemnitate ei de iure debita, vel actione mandati.*
41 *Fideiuſſor reſolutum non repetit a confideiuſſoribus niſi obtenta iurium ceſſione a creditore.*
42 *Ceſſio licet confideiuſſori, & correo debeatur inſolidum, tamen an ab alijs repetat deducta rata 43.*
44 *Ceſſio an debeatur inſolidum, vel pro rata fideiuſſori, qui pro rata fideiuſſit, vel inter eos fuerit inducta diuiſio.*
45 *Nurus an teneatur cedere iura Socero ſoluenti dotem pro filio contra filium 46.*
Pater an teneatur ad dotis reſtitutionem pro filio tamquam fideiuſſor, vel tamquam correus principalis num. 45.
46 *Exceptio cedendarum obſtat nurui, qui ex facto ſuo non poteſt cedere iura ſocero dotem ſoluenti pro filio.*
47 *Exceptio cedendarum non obſtat quando pater ſoluit dotem pro filio.*
Mater, & pater communem filiam in ſimul dotantes, mater uti fideiuſſor interceſſiſſe dicitur, ideo debetur ceſſio, & ſi aliquid ſoluit à marito eiuſque hæredibus repetit, & idem in fratre vel extraneo ſimul dotantibus cum patre numero 47.

Ceſſionis

48 *Ceſſionis iurium beneſitium peti poteſt ante ſententiam, vt non condemnetur fideiuſſor niſi ceſſis iuribus.*

49 *Ceſſio debetur ſoluenti ex aliqua cauſa declara num.* 50.

51 *Exceptio cedendarum obſtat creditori ſi aliquem ex fideiuſſoribus, vel correis liberet.*

52 *Exceptio cedẽdarum obſtat agenti contra tutorem, ſi alium liberauerit, quia tutori a pupillo debetur ceſſio contra alios con tutores.*

53 *Exceptioni cedendarum renuntiari poteſt, & quibus clauſulis renuntiatum dicatur.*

54 *Exceptio cedendarum non obſtat creditori, qui liberauit fideiuſſorem de voluntate confideiuſſoris, vel correi conueni.*

55 *Exceptio cedendarum non obſtat quando creditor liberauit aliquem ex fideiuſſoribus cũ reſeruatione vt libere contra alios agere poſſet, vel nè poſſit ad cedendarum abſtringi* 56.

57 *Exceptio cedendarum non obſtat, quando fideiuſſor non contraxit intuitu fideiuſſoris liberati* 58.

58 *Exceptio cedendarum obſtat, quando vno eodemque contextu omnes fideiuſſores, vel correi intercesſerunt vnus contemplatione alterius, & ratione mutui periculi ſi vnus ex eis facto creditoris fuerit liberatus.*

Inter fideiuſſores vno, eodemque tempore intercedentes conſideratur quædam ſocietas ratione mutui periculi nu. 58.

59 *Exceptio cedendarum obſtat, quando ab initio pactum fuit de dando ſecundo fideiuſſore, ſi creditor eum inde liberauerit.*

60 *Exceptio cedendarum an obſtet mulieri agenti ad dotes aliquo ex prædijs, vel fideiuſſoribus liberato.*

61 *Exceptio cedendarum an obſtet ſi ex cauſa lucratiua ſit facienda ceſſio* 62.

63 *Ceſſio iurium an per creditorem contra ſeipſum debeatur extraneo ſoluenti.*

64 *Exceptio cedendarum an obſtet ſubiugatorio, qui pro cenſibus decurſis aliquod ex prædijs ſubiugatis ſibi adiudicauerit ſi inde agat contra tertiũ poſſeſſorem alterius prædij.*

65 *Ceſſio facienda an ſit, & obſtet cedendarũ exceptio, quando ea etiam facta ſoluenti non releuaret inopia debitoris vel aliter.*

ARGVMENTVM.

Creditor quibus, & quo tempore ſoluentibus cogatur cedere iura etiam contra ſeipſum, vt cedendarum exceptione repelli poſſit.

RESOLVTIO XXXVII.

ARticulus iſte plures comprehẽdit caſus ſuper quo ſparſim, & variè per Doctores diſceptatum eſt, & controuerſum in foro ſæpius vidimus.

Primus itaque eſt quando creditori ſoluit pe-
1 nitus extraneus † quem ſoluendo debitorem etiam inuitum liberare poſſe non ambigimus *l. ſolutionem, & l. ſoluere ff. de ſolution. l. ſoluendo ff de neg. geſt. Cartar. deciſ. 61. n. 3. 4. Honded. cõſ. 19. nu. 8. lib. 1. Paſſer. conſ. 93. num. 1. Carauita in Ritu 169. num. 14. Pancirol. conſ. 108. n. 2. Graſſ. except. 25. n. 87. & ſeq. Monter. dec. 2. n. 12. Rota Genueſ. deciſ. 6. n. 7. & 8. deciſ. 19. & 27. num. 5. Surd. conſ. 183. & conſ. 444. & dec. 174. nu. 27. Gratian. diſceptat. 8. num. 7. volum. 1. Pacificus de Saluiano interdicto inſpetion. 5. cap. 1. num. 13. Menoch. conſ. 296. nu. 23. & 25. Ponte conſ. 6. num. 21. Bero. conſ. 46. n. 5. vol. 2. Neuizan. conſ. 49. n. 6. Roland. conſ. 14. n. 10. vol. 1. Pariſ. conſ. 107. n. 128. vol. 3. Roderic. de annuis redditibus lib. 2. quæſt. 16. num. 3. Scaccia de commercijs §. 2. Gloſ. 5. num. 72. 73. 74.*
2 *ſeq. Cabal. conſ. 121. n. 11. vol. 2.* Etiam creditor † inuito *Surd. d. dec. 174. n. 27. Cart. dec. 61. Scac. de commer. §. 2. Gl. 5. n. 77. 78. & ſeq ex Caſt. in l. tale pactum. 41. §. poſt diuiſionem num. 2. Iaſon. n. 3. ff. de pactis Neguſan. de pignor. 3. membr. 5. p. num. 39.*
3 Quidquid ſit † in domino, an ſolutionem canonum ad caducitatem euitandam recipere cogatur pro re emphyteotica ab alio, tertio, quam emphyteuta, de quo per *Surd. d. deciſ. 174. n. 32. deciſ. 180. nu. 10. Iaſ. in l. 2. n. 70. C. de iure emphyt. Carroc. de oblation. p. 2. quæſt. 24. num. 6. Peruſin. deciſ. 35. nu. 5. Cagnol. in l. inuito nu. 10. ff. de reg. iur. Tiraqnell. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 9. n. 258. & 262. Bald. in l. accepiam quæſt. 25. C. de vſur. Marſil. ſingul 368. Natta conſ. 144. nu. 8. Caballin. Milloqui. 228. Redoan. de rebus Eccleſ. q. 19. cap. 3. num. 7. Corbol. de cauſis priuation. ob non ſolutum Canon. limitat. 7. n. 2. Canalcan. dec. 29. num. 40. p. 2. Cenedo collectan. 144. num. 19. par. 2. Roſental. de feud. cap. 8. concluſ. 7. Coſta ſubſidiario remed. 121. ſub n. 10.* ſecus ſi ſolutio fieret a creditore emphyteutæ ad euitandam caducitatem fundi ſibi obligati, qui pro ſuo intereſſe poteſt ſoluere inuito domino directo, & eo recuſante ſufficit, quod canon deponatur, & conſignetur nomine domini *Marſ. d ſing. 368. Redoan. d. c. 3. n. 3 Canal. dec. 29. d. nu. 40. p. 2. Corbol. d. limit. 7. n. 4. Vinc. de Anna ſingul. 168. Iaſ. in d. l. 2. n. 71. Tiraq. de retract. lignagier. §. 36. Glo. 2 n. 19.*
63 In extraneo verò ſoluente, † ſi ceſſionem obtinuerit ab initio eius forma ſeruanda eſt, qua cum creditore conuentum extitit, nam ſi etiam contra ipſum creditorem ſoluens ceſſionem cõſequutus non ſit ſibi imputet, qui apertius, & cautius ſibi non prouidit, ſi vero pactum de ceſſione fienda ſimpliciter, vel in forma inter extraneum ſoluentem, & creditorem initum ſit tempore ſolutionis, dicimus cedenda iura per creditorem eſſe etiam contra ſe ipſum, tamquam fienda ex neceſſitate cõuentionis, & pacti præambuli ſimpliciter ceſſionis fiendæ, nulla alia data forma per contrahentes, *Surd. conſ. 536. n. 8. lib. 4.*

64 Pariter, nec reditualis creditor † exceptione cedendarum ſubmouendus eſt, ſi pro decurſis, cenſualibus aliquod ex prędijs ſpecialiter ſubiugatis diſtraxerit, ſibi adiudicando in cenſuum decurſorum ſatisfactionem, francum, & liberum, ſi inde pro alijs decurſis agat contra alium tertium poſſeſſorem alterius prędij ſubiugati, niſi accollatione ſibi annuæ ſoluendi in futurum adiudicatum prędium grauatum poſſidere, & ſibi diſtrahi voluerit, cum tunc ſit loco principalis debitoris, & fruſtra ab alio tentaret exigere, quòd ipſemet intuitu prædij adiudicati deberet, & reſtituturus eſſet, merito cedendarum repellitur, *Roderic. de ann. redit. lib. 2. q. 9. n. 43. 44.*

65 In caſu quo ceſſio etiam facta † ſoluenti non releuaret faciendam non eſſe, vel non repelli creditorem exceptione cedendarum, quando cedere non poſſet dixit *Aponte conſ. 28. num 7. in fin. lib. 2.* ſed contrarium profitetur, *Franc. deciſ. 662. num. 5. lib. 4.* data inopia eius contra quem iura ceduntur, quia in futurum poteſt effici ſoluendo, *Gratian. diſceptat. 409. num. 3. lib. 3. & diſcept. 699. num. 12. Card. Tuſc. concl. 386. num. 5 litt. E. Padill. in l. 1. C. de iuris, & facti ignoran.* quamuis regulariter inanis redatur actio, quæ inopia debitoris excluditur, *cap. cum olim nobis de reſtit. ſpoliat.*

S V M M A R I V M.

1 *Licitator poſt ſubhaſtationem, & licitationem perfectam, & eſtinctum candelæ redditur ſecurus à futuris licitationibus, quia fides haſtæ fiſcalis non debet decipi.*

2 *Venditio dicitur perfecta, & non eſt locus pœnitentiæ poſt licitationem finitam, & eſtinctum cãdelæ.*

3 *Poſt eſtinctum candelæ, & perfectam ſubhaſtationem admittitur ſecundus licitator, qui meliorem venditoris facit conditionem, quando ageretur de intereſſe creditorum.*

4 *Licitator compellitur ſoluere id, quod in licitatione, & ſubhaſtatione obtulit, ea iam perfecta, & finita.*

5 *Licitator poteſt retinere, & compenſare, id quod à venditore ei debetur cũ pretio in licitatione oblato.*

6 *Iudex poſt perfectam ſubbaſtationem, vel extinctum candelæ tenetur vendere vltimo licitatori, niſi iuxta adſit cauſa non vendendi, & quæ ſit iuxta cauſa in propoſito, & num. 10.*

7 *Licitator poſt perfectam ſubbaſtationem ad eius obſeruantiam non aſtringitur, ſi vna ex rebus ſubbaſtatis vendi vel locari prohibita ſit, maximè ſi vnicum pro omnibus rebus oblatum ſit pretium.*

8 *Licitator non compellitur ad licitationis obſeruantiam aliquo interueniente legitimo impedimento.*

9 *Vltimus licitator an poſſit poſt perfectam ſubbaſtationem, à licitatione reſilere, ſoluendo illud plus, quod ſupra penultimum licitatorem ſuper addidit.*

10 *Penultimus licitator per ſecundum, & vltimum licitatorem plus offerẽtem regulariter liberatur, & quando ſecus, & num. 6.*

11 *Licitator vltimus quando propter vocium confuſionem in ſubbaſtatione ignoratur, tunc ratione incertitudinis reiteratur ſubbaſtatio.*

12 *Licitatores duo, vel plures ſi eodem tempore, & loco, idem pretium offerant, an ſit locus gratificationi, vel reiteranda ſit ſubbaſtatio.*

13 *Licitatoribus gabellarum Regiarum, & Vrbis Panormi ſolent promitti auantagia, ſeu quinta, vt alliciantur in faciendo meliorem conditionem Regiæ Curiæ.*

14 *Subbaſtationes requiruntur in locandis Regijs gabellis, & introitibus vniuerſitatum Regni, & etiã in locationibus priuatorum bonorum, vel feudorum ſub verbo Regio per Magnam Curiam factis.*

15 *Licitator melior faciens conditionem, ſed veniens poſt licitationem perfectam & eſtinctum candelæ, an ope reſtitutionis in integrum admittendus ſit in præiuditium vltimi licitationis, qui ſubbaſtationibus legitimè conſtitutis obtulerat, & num. 14. & num. ſequen.*

16 *Licitator veniens poſt eſtinctum candelæ, & tempus licitationis, etiam faciendo meliorem fiſci conditionem non admittitur, & quando ſecus, nu. 18. 19. 20. & ſeq.*

17 *Subbaſtationis tempora ſunt arbitraria Iudici, ſecus in ſubbaſtationibus bonorum Eccleſiæ.*

20 *Licitator melior faciens conditionem, licet veniat poſt eſtinctum candelæ, & licitationem perfectam admittitur, quando in ſubbaſtatione adeſſet fraudis, machinationis ſuſpicio, vel ſordes aut nõ fuerint debitæ ſolemnitates ſeruatæ, vel ſi in loco, & tempore in opportuno proceſſerit.*

21 *Læſio ſi vltra ſextam partem interuenerit in ſubbaſtatione admittitur nouus licitator, melior faciens conditionem, & poſt eſtinctum candelæ veniens, & reiteratò ſubbaſtatio ſit.*

ARGVMENTVM.

Poſt perfectam ſubhaſtationem legitimè conſtitutam, an ope reſtitutionis in integrum Fiſco Ciuitati, Eccleſiæ, vel minori ſuccurratur pretextu melioris conditionis à nouo licitatore oblatæ.

RESOLVTIO XXXVIII.

1 FIdes haſtæ fiſcalis nõ debet decipi, † ac ideo
poſt ſubhaſtationem, licitationem, & liberationem finitam, & perfectam, & candelæ eſtinctum, licitator à futuris oblationibus, & licitationibus, etiam maioris ſummæ, & melioris conditionis ſemper ſecurus redditur, nec reiterato licitatio debet admitti, *l. eos, C. de diuiſ. præd. lib. 11. Gloſ. in l. ſi tempora, C. de fide inſtrumentor. & iure haſte fiſcal. lib. 10. Alberic. in l. & ſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor. Capic. deciſ. 36. num. 5. Maſtril. deciſ. 84. Aſin. de exequut. §. 4. cap. 86. per tot. & n. 12.* vbi etiam ſi momento poſt extinctum Candelæ veniat licitator, repellendus ſit, *Marcus dec. 566. num. 1. Ricc. collectan. 1726. Carroc. de locat. lib. 3. de location. vectigal. quæſt. 3. num. 9. Afflic. dec. 340. ſub num. 4. Muſcatel. in praxi par. 3. gloſ. venduntur num. 52. 53. Menoch. conſ. 1121. num. 3. lib. 12.*

2 Ea potiſſimum ratione, † quia extincta candela perfectaque ſubhaſtatione, quo ad vltimum licitatorem iam dicitur perfecta venditio, vel locatio, nec pœnitentiæ locus eſt, *Boer. deciſ. 249. Alex. conſ. 114. ſub num. 2. vol. 6. Aſin. de exequut. §. 6. cap. 10. nu. 20. Ricc. collectan. 1726. in princip. Muſcatel. in praxi p. 3. Gl. venduntur ſub num. 101. Aluar. Velaſc. deciſ. 37. Scaccia de Iudic. c. 96. n. 41. Rebuff. ſuper conſtit. Galliæ par. 2. tit. de præc. art. 4. num. 33. Card. Tuſc. cõcl. 715. n. 9. litter S, & cõcl. 81.
3 litt. O, Farinae. deciſ. 55. num. 2. p. 1. tom. 1.* (Niſi †
agetetur de intereſſe creditorum, quia tunc candela extincta ſuper licitatione, & oblatione inde ſequuta alia melior oblatio admitteretur, ſecũdum *Maſullum ad Capic. deciſ. 36. num. 6.* qui in Sacro Conſilio teſtatur deciſum, quem refert *Ricc. collectan. 1726. verſ. limit. tertio, Torns in compend.
4 deciſ. Regni Neapol. verbo oblatio*) & ideo † licita-
tor cohertionibus etiã perſonalibus cogitur pro impleta oblatione iam facta, *Rebuff. de litt. oblig. art. 5. gloſ. 3. num. 16. Foller. ſuper conſtitut. Regni in rubr. de Epiſcopis, & Clericis in cõſtit. ſi quis, n. 20. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 167. num. 14. Dec. conſ. 558. num. 12. Graſſ. in prælud. except. num. 149. Caſtil. deciſ. 7. num. 6. Cumia ritu 17. num. 125. Aſin. de exequut. §. 4. cap. 70. nu. 2. & cap. 87. & §. 6. c. 2.
5 num. 1. & ſeq.* quamuis † nõ ſemper ad integrum
pretium oblatum ſoluendum cogi poſſe licitatorem, ſed poſſe retinere pecuniam ſibi debitam, & compenſare cenſuerit, *Rebuff. de præcon. & licit. art. 5. gloſ. vnica, num. 19. per Caſtil. deciſ. 7. num. 17.
6 lib. 1.* & licet † ex eadem ratione contractus iam
perfecti teneatur Iudex licitatori regulariter vẽdere, iuxta tamen de cauſa, quandoque non cogitur Iudex licitationem, & oblationẽ ſequi, *Aſin. de exequut. §. 4. cap. 70. Muſcatel. in praxi par. 3. gloſ. vendũtur, n. 101. in fi.* vt ſi ſoluendo licitator nõ ſit, vel fideiuſſorem non repetiat, vel difficilis ſit exactionis, *Bal. in l. penes, C. de public. & vectigal. Caſtrẽſ & Bal. in l. licitator, ff. de public. Carroc. de locat. lib. 3. de locat vectigal. q. 3. n. 11.* Sed contrariũ *ex Baldo & Cremẽſ.* concludit *Caſſan. in conſuetud. Burgun. rubr. 5. §. 2. in verbo ſon principal. n. 22. 23.
7* & examinant adducti infra *n. 10.* licitator † ve-
rò, quandoque etiam poſt perfectam licitationẽ, nec aſtringitur ad eius obſeruantiam, ſi aliqua iuxta ſubſit cauſa, vt ſi poſt licitationem rem vnã ex ſubhaſtatis vendi, vel locari nõ poſſe compertum ſit, maximè ſi vnicum pro omnibus rebus
oblatum

Digitized by Google

oblatum ſit pretium ratione quia non licitaſſet,
ſi bona omnia habere non crediſſet, *ita Aſin. de*
8 *execut.§.4.cap.87.per totum*, ſic † etiam alio legi-
timo accidente impedimento, *Bertachin. de*
gabell.par.2.num.21.22.Ferret.de gabel. num.237.
Domauder de ſubhaſt.cap.5.num.4.11.& 17.Monte
de empt.& vend.q.5.n.90. Muſcatel.in praxi par.3.
9 *Gloſ.venduntur,num.101.102.& ſeq.* qui dicit, †
quod cum plures adſunt licitatores, vltimus ſol-
uens illud plus, quod ſupra penultimum licitato-
rem ſuperaddidit, poſſit à ſubhaſtatione reſilere,
10 *ex Boer.deciſ.248. num.* 3. Verius † tamen credo,
primum licitatorem per ſecundum plus offeren-
tem fuiſſe liberatum, quidquid ſit, quando ſecun-
dus licitator ante venditionis actum decoxerit,
vel non ſoluendo effectus ſit, vel receſſerit, vel in
Fiſcalibus ſubhaſtationibus, vel minoris, *Aſin.de*
exequut.§.6.cap.11.nu.1.& ſeq.& §.7.cap.9. Boer.
deciſ.248. Viu.deciſ.359. Carroc.de locat. lib.3. de
location.vectigal. quæſt.3. Cumia ritu 17.num. 122.
& ſequen. Muſcatel.in praxi par.3. gloſ. venduntur à
num.70.cum ſeq. Muta ritu 112. num. 30. Franciſc.
Claperius in ſuis deciſion.cauſ.4. quæſt.vnica num.6.
& cauſ.3.quæſt.1. per tot. Auendagn de exequend.
mandat.Regijs par.2.cap.12. nu. 8. verſ.Item infer-
tur, Auiles in cap.Prator.32. n.8. Anna ſingul.39.
Guttier.de gabel.quæſt.134, Sola ſuper conſuet.Peda-
mont.tit.de forma,& ordine procedẽdi glo.4. Maſtr.
de Magiſtrat.lib.5.cap.9.nu.22 23 vol.2. Arnald.
Ferron.in conſuetud.Burdigalenſ.tit. de ſubhaſtation.
§,1.circa finem, Boſs.in tit.de vectigal. conduct. n.3.
Montaner.in pragmat.5 §.8.de adminiſtr.vniuerſit.
num.70.Caſſan in conſuetud.Burgund.rubr.5.§.2.gl.
ſon pricipal.num.22.23. Rebuff.de præcon. & lici-
tat.art.7.gloſ.1.num.21.Cardin. Tuſc. concl. 715.
litter. S.

11 Euenit † quandoque in huiuſmodi ſubhaſta-
tionibus ex plurium licitatorum cõcurſu, & ani-
moſitate, vt per eorũ confuſionem vltimus obla-
tor quandoque ignoretur, ita vt in dubio ſit quis
ſit vltimus licitator, tunc propter incertitudinem
actus vitiatur, & reiteranda eſt ſubhaſtatio, *Hy-*
pol.de Marſil.in rubr.de probat. num.403. & 404.
licet cogitandum dicat *Muſcatellus in dicta Gloſa*
*venduntur num.*100. & ita de facto pro hac Vrbe
Panormi fuit deciſum in gabella carnis, fuit enim
iterum ſubhaſtata, quia præuocium confuſione
ignorabatur quis fuerit vltimus licitator.

12 Item † licitatores duo, vel plures ſolent eodem
tempore, & loco, idem pretium offerre, & tunc
quid agendum, & gratificationi locus eſſe pro-
bant, poſt multos *Cumia ritu 17.num.135.Carroc.*
de locat.par.3.de locat. vectigal.q.3. num.12. verſ.
ampliatur. & nu.13.14.& ſeq. de quo per Maurum
allegat.51.à num.3.& ſeq. Peregr.de fiſco lib.6.c.5.
num.7. Verum propter incertitudinem ex inte-
gro ſubhaſtationem reiterari debere probat *Mu-*
ſcatel.in praxi par.3.gloſ.venduntur,num.96.97. &
ſeq. Iudicis arbitrio remitti, *ex Bal. in l.fin. in fine,*
C. de manumiſſ. teſtamen. Tuſcus concluſ.715. num.
12.litter.S.

13 Ad † alliciendos etiã licitatores ſolet aliquid
eis promitti, vt inuitentur ad licitandum pro ma-
iori benefitio pretij rei ſubhaſtatæ, quod nos vo-
camus quintam, & eſt quinta pars eius, quod vl-
timus licitator ſupra oblationem penultimi me-
liorem faciens conditionem offert, & de iure dici-
tur auantagium, *Ferret.de gabel.num.267.* vel vi-
ces, *Cartar.deciſ.103. Auendagn.de exequend.mã-*
dat.Regijs par.2.cap.12.num.8.10.& 11.& in Re-
gno iſta augmenta ſeu quinta ſolent promitti li-
citatoribus in ſubhaſtatione gabellarum Regia-
rum, & Vrbis Panormi.

Illud tamen tum difficilius, tum etiam frequẽ-
tius in materia ſubhaſtationis diſceptatum eſt
14 de facto, Quod † legitimè conſtitutis ſubhaſta-
tionibus per Regios Miniſtros in locandis Regijs
gabellis, & Introitibus, Vniuerſitatum Regni (in
quibus ſubhaſtationes requiri firmant, *Afflict. in*
conſtit.ſi quando contingit, & deciſ.340. in princip.
Minad.in conſtit.in aliquibus,notab.5.nu.7.fol.133.
Fab.de Anna conſ.56.num.25.lib.1 & latè Maſtril.
de Magiſtrat.lib.5.cap.9.nu.16.vol.2.Guttier.lib.4.
q.58 practicar.quæſt.& de gabel.quæſt.135.num.2.
Muta in cap.Regis Alfonſi cap.46.num.4.Peregr.de
iure fiſci lib.6. tit.4.ſub num.5. verſ.quarto, Ponte
conſ.49.num.79.& conſ.53.vol.1. conſ.158.vol.2.
& de poteſt.Proregis tit. 4. de regal. impoſition. §.5.
num.30.31.Raudenſ.deciſ.34.num.21.Ricc.collect.
1726.Card.Tuſc.concl.713. num.5.litt.S, Mantica.
de tacit.& ambig.conuent.lib.4.tit. 8. num. 22. &
ita in Regno ſeruatur, ſicut in locationibus pri-
uatorum bonorum, vel feudorum, ſi ſub verbo
Regio fiant, vt paſſim ſeruatur per M.R.C. quod
ſupremum Tribunal, in Regno vigore actus Ge-
neralis per Sacrum Conſilium emanati, eſt depu-
tatum ad effectum Ingabellaodi feuda ære alie-
no grauata, vt de gabella creditoribus gradatim,
ſecundum eorum anterioritatem, & potioritatem
ſatisfiat, Baronibus id petentibus, teſte *Maſtril.*
15 *deciſ.84. in princip.*) ac † vltimo licitatori extin-
cta candela, vt moris eſt, ſolent noui ſuperuenire
licitatores, maiorem oblationem, & meliorem
conditionem facientes, cuius oblationis prætex-
tu via reſtitutionis in integrum illum vltimum ſu-
peruenientem licitatorem admittendum ad alte-
rius excluſionem petitum eſt, euenit ob id tueri
partes vltimi licitatoris ad extinctum candelæ
aduerſus ſuperuenientes oblatores poſt tẽpora,
quæ in fiſcalibus actionibus, vel haſtis ſtatuta
ſunt, etiam ſi augmentum ſe facturos eſſe profi-
teantur.

16 Etenim † in ſubhaſtationibus rerum Fiſcaliũ,
quod licitator poſt tempus licitationis veniens
etiam faciendo meliorem fiſci conditionem non
admittatur, niſi venerit infra legitima tempora
ſubhaſtationis fiendæ, *probat textus in l.ſi tempora*
C.de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. vbi
Lucas de Penna.in princ. & Bar. ibi num. 6. dicunt
poſt tempora, vel candelæ extinctum eum licita-
torem plus offerentem non admitti, *Maurus alle-*
17 *gat.51.& num.1.& 2.* & dicit *Bart.* † tempus ſub-
haſtationis eſſe arbitrarium Officialibus, & ſic
etiam per accenſum, & extinctum candelæ, cuius
opinio magis probatur ſecundum *Aſin.Capic.&*
alios ſupra allegatos, & *Pontem* quem inferius
adducam; Quidquid alij ſenſerint, quod termi-
nus ſit viginti, vel triginta dierum, qui vere lo-
quuti

Digitized by Google

quuti ſunt de ſubhaſtationibus bonorũ Eccleſiæ, Muños de Eſcobar de ratiocinijs cap. 16. nu.8. & 9. 13. & 14. Auendagn. de exequend. mandat. Regijs par.2.cap.12.num.2.Gratian.diſcept.479.num.7. & diſcept.375. num.15.16.

18 Et licet † tum in Fiſco, tum etiam in minore, vel Eccleſia, Guid.Pap.deciſ.536. in eam deſcenderit ſententiam, vt ſaltem ope reſtitutionis in integrum admittatur licitator poſt licitationem perfectam meliorem fiſci conditionem faciens, tanquam aduerſus lucrum ceſſans, ad inſtar minoris, qui etiam aduerſus lucrum reſtituitur, quẽ aliqui ſequuti ſunt per Pontem relati de poteſtat. Proregis tit.4.§.5.de Regal.impoſit. à num.48. cum plur.ſeq. Muſcatel. in praxi par.3.gloſ. venduntur à num.57.58.& ſeq.Card.Tuſc.concluſ.715.num 11. litter. S.

19 Contrarium,† quod imò fiſcus non reſtituatur aduerſus lucrum, & poſt licitationem perfectam, etiam quod alius ſuperueniens licitator meliorẽ fiſci conditionem faciat, ita deciſum in Camera ſummariæ in gabella Salis facta mercatoribus de Mellino reſtatur Afflict.deciſ. 340. quem ſequuti ſunt magis communiter Doctores omnes, Vincent.de Anna ſingul.445. Maſtril. de Magiſtr. lib.5. cap.9.num.17.ad nu.22. teſtans ita in Regno ſeruari, ad tex.in l.Lucius, §.fi. ff. ad municipal. & ibi Gloſ.Bart. & DD.in l. ſi tempora per illum textum, C.de fide inſtrumen.& iure haſtæ fiſcal.lib.10. Bart. Bald.& Ang.in l.1.C.de præd, decurion. lib.10. Alex.ad Bar.in l.ſi quos,C.de reſcind. vend. & in d.l.ſi tempora, Alciat.conſ.110.num.2.aliàs cõſ.12.lib.9. ſecundum aliam impreſſionem, Albertc.in l.ſi ſine, §. quæſitum, ff minor. qui teſtatur deciſum per textũ in l.1.& 3. C.de vendend.rebus,Ciuit.lib.11. Auendagn.de exequend.mandat. Regijs lib.2.cap.12.n.3. Menoch.cõſ.844.num.36.lib.9.& conſ 1121.n.2.3. lib.12.Aluar.Velaſc.dec.109. qui reſpondet Guid. Pap. & ait,quod contrarium dicere eſt valde iniquum, perniciosũm, & contra Reipublicæ quietem, cõcurrendo cum Afflicto Claper.in ſuis deciſ. ſeu rer.iudicatar.cauſ.3.q.1.cauſ.4. q.vnica num. 3. cauſ.5.q.2.in princ.& cauſ.103.q.vnica,Sforz.Odd. de reſtit.in integr.quæſt.3.art.13.ſub n 83. ſequendo Afflictum Muſcatell.in praxi par.3.gloſ.venduntur, num.60.61.& ſeq. Boſs.in tit.de fiſco ſub num.21. Ponte de poteſt.Proregis tit.4.§.5.de Regal, impoſit. num.19.& à num.48.ad num.63.& conſ.54.n.25. vol.1.Montan.in pragmat.5.§.8. de adminiſtr.Vniuerſit.n.10.Peregr.de iure fiſci lib.6.tit.2.n.10.in fi. & n.13. Parlador.rerum quotidian. cap.fi.par.5.§. 13.n.14.& §.17.num.23.

20 Quæ opinio † profectò in Regno ſemper fuit recepta, niſi in duobus caſibus,Primo niſi in ſubhaſtatione adeſſet aliqua fraus, vel machinationis ſuſpitio,vel ſordes, vel non fuerint debitæ ſolemnitates ſeruatæ, puta quia tempore, vel loco inopportuno ſubhaſtationes factæ ſint, vel aliter nulliter proceſſerint, Greg.Lopes leg.5.tit.19.par. 6.teſtans obtinuiſſe in arduiſſima cauſa Regis, contra conductorem Regalium redituum Sereci Regni Granatæ, eo quia locatio facta fuerat intempeſtiuè,& tempore non opportuno, Auiles, qui dicit etiam iudicatum in c.31.Prætor.verſ.fin. nu.11.Mauritius de reſtit.in integr. cap. 219. Sforz. Odd.eod.tract. quæſt. 57.art.3. num.22. Franciſcus Caldas de Pereira in l.ſi curatorem,C.de in integr.reſtit.minor.num.4.per Maſtril. deciſ.84. qui deciſum refert in cauſa gabellæ feudi Gasbe,& de Magiſtr. lib.5.cap.9.num.21.vol.2. Muſcatell.in praxi par.3. gloſ.venduntur, num.61. circa finem.

21 Secundò † niſi adeſſet læſio, ne dum vltra dimidiam, ſed vltra ſextam partem, ſecũdum magis probatam opinionem, Bart. in l.ſi duo ſocietatem,§.arbitrorum, verſ.quæ dicatur parua, vel magna quantitas,ff.pro ſocio, Vrſil.deciſ.340. num 8. Muſcatel.in praxi par.3.gloſ.venduntur, nu.54. Velaſc.dicta deciſ.109.Franc.deciſ.224.nu.2. Maſtril. deciſ.84.num.8.Ponte de poteſtat.Proregis tit.4.de regalib.impoſit.§.5.præcisè num.8.56.57.& n.62. vbi refert deciſum facta relatione per Regiam Cameram Summariæ in Collaterali Cõſilio Regni Neapolis in arrendamento vini, & conſ.126. num.29.vol.2 Ricc.collect.1726.Maſul.in addit.ad Capic.deciſ.36.num.6. Torus in compend. deciſ.Regni Neapol.verbo oblatio noua, & in verbo læſio in ſexta, Anell.de Amatis conſ. 87. num.3. Morotius de iure offerendi ſub num.25. & vidimus de facto ſeruatum Anno 1626. in arrendamento Secretarium Regni in gabellato per Regiam Curiam, Veſpiſiano Francella.

Quibus diſcuſſis facta relatione Excellentiſſimo Proregi iuxta formam commiſſionis cenſuit Tribunal Regij Patrimonij de Menſe Septembris 1621. pro Io.Iacobo la Monacella, qui à Iuratis Ciuitatis Leocatæ ad eſtinctum candelæ pro Annis tribus arrendauerat herbagia feudorum dictæ Ciuitatis,pro ſoluendis tandis Regijs, ad rationẽ vnciarum 725. quolibet Anno contra Don Franciſcum Celeſti, qui obtulerat poſt ſubhaſtationẽ perfectam vncias 15. quolibet Anno vltra oblationem, & licitationem dicti Io. Iacobi, Et iterũ tractatum fuit in Conſiſtorio de Anno 1624. pro Iacobo Malſi contra Ioannem lo Blanco in arrẽdamento feudi, ſeu territorij de Petra longa facto per M.R.C. deputatam ſub verbo Regio ad quatuor voces vt moris eſt, licet inde cauſa relata non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio hæredi non quæritur de iure, niſi apprahendatur.*

2 *Quaſi poſſeſſio defuncti in incorporalibus in hæredẽ tranſit abſque alia apprehenſione.*

3 *Hæres poteſt poſſeſſionem bonorum defuncti propria auctoritate capere, ſi ab alio non reperiatur anterius occupata.*

4 *Poſſeſſio continuatur in ſucceſſorem in dignitate abſque apprehenſione.*

5 *Poſſeſſio bonorum ingreſſi, ſeu Monachi abſque vlla apprehenſione tranſit in monaſterium recipiẽtem.*

6 *In Eccleſiam hæredem inſtitutam de iure defuncti poſſeſſio non continuatur.*

7 *Poſſeſſio defuncti,quæ per colonum retinetur,in hæredem tranſit abſque actuali apprehenſione colono hæredis nomine poſſidente.*

8 *Coloni omnes, ac eorum familia eijciendi ſunt à loco,ad*

Digitized by Google

co, ad hoc vt quæratur poſſeſſio eijcienti.

Coloni præſumuntur adeſſe in terris aratiuis.

9 *Sub conductor domino principalis poſſidere dicitur.*

10 *Colonus vnus ſi remanſerit in fundo non eiectus, vel expulſus, an dicatur eijciens poſſeſſionem ſibi acquiſiuiſſe, & num. 12.*

11 *Capta poſſeſſione caſtri, an cenſeatur capta omnium feudorum coadiacentium, & poſſeſſio partis an influat ad poſſeſſionem totius, vel vnius rei aliarum rerum.*

13 *Detentatio ſaltem acquiritur per ſolum ingreſſum rei abſque colonorum expulſione, quæ ſufficit ad obtinendum in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

14 *Poſſeſſio acquiritur intranti abſque pulſione coloni, quando Iudicis authoritate, ritè, & rectè procedentis poſſeſſionem capit.*

15 *Poſſeſſio an acquiratur ex recognitione coloni abſq; expulſione, & num. 16.*

17 *Spoliatio ex capite interuerſionis competit domino aduerſus poſſeſſorem, quem Domini colonus in poſſeſſorem, & Dominum recognouerit ante expulſionem.*

18 *Colonus dicitur Domini poſſeſſionem interuertere, ſi ante eiectionem nouum poſſeſſorem recognouerit.*

19 *Poſſeſſio bonorum defuncti in Regno ex conſtitutione Ferdinandi Regis cap 43. ipſo iure abſq; medio in hæredem continuatur.*

20 *Poſſeſſio defuncti in hæredem continuatur ex ſpeciali iure apud ferè omnia Italiæ, Galliæ, Hyſpaniarum, & Sabaudiæ loca.*

21 *Lex potens eſt ad poſſeſſionem transferendam abſq; vlla appræhenſione.*

22 *Teſtator cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti.*

23 *Quaſi poſſeſſio incorporalium continuatur in hæredem vigore ſtatuti de continuanda poſſeſſione.*

24 *Defuncti poſſeſſio ex vi capituli Ferdinandi 43. in quemcumque hęredem ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato continuatur, & ſiue in allodialibus, ſiue in feudalibus, quidquid ſit de iure communi.*

25 *In hæredem etiam extraneum teſtamento inſtitutũ continuatur defuncti poſſeſſio ex capitulo Ferdinandi 43.*

26 *Remedium legis finalis, Cod. de edict. Diui Adrian. tollend. competit hæredi pro actuali poſſeſſione bonorum defuncti conſequenda, non obſtante continuatione vigore ſtatuti.*

27 *Continuatio poſſeſſionis bonorum defuncti in hæredem ſuſpenditur, quouſque per hæredem probatũ ſit ſe eſſe talem.*

28 *Poſſeſſorium iuditium vigore ſtatuti noſtri Ferdinandi cap. 43. an mixtum ſit, vel merum, & num. 123. & ſequen.*

29 *Defuncti poſſeſſio in hæredem vigore ſtatuti continuatur à die aditæ hæreditatis, ſed retrotrahitur ad diem mortis teſtatoris, etiam ſi ante aditam hæreditatem alius actualem appræhenderit bonorum hęreditariorum poſſeſſionem, & n. 31.*

30 *Poſſeſſio non tranſit in inuitum, ſed ad eam acquirendam requiritur animus.*

32 *Hæres in re certa an dicatur Saiſitus ex ſtatuto continuante defuncti poſſeſſionem in hæredem.*

33 *Hæres in re certa propria authoritate rẽ, in qua inſtitutus eſt, appręhẽdit, etiã dato hęrede vniuerſali. Intellige hærede non reſiſtente, n. 34.*

35 *Poſſeſſio defuncti eius rei, quæ ad hęredes ſui natura tranſitoria non eſt, non continuatur in hęredem vigore ſtatuti.*

36 *Poſſeſſio bonorum defuncti an ex vi ſtatuti continuantis continuetur in hæredem ſcriptum in teſtamẽto nullo ex vitio viſibili, & quid ſi ex inuiſibili.*

37 *Diſpoſitio legis finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollend. an procedat, quando teſtamenti vitium eſt viſibile, vel inuiſibile.*

38 *An detentatio, quę penes defunctum erat, in hęredem vigore ſtatuti continuetur ſicut poſſeſſio.*

39 *Statutum de poſſeſſione loquens intelligitur de ciuili, non autem de poſſeſſione facti.*

40 *Defuncti poſſeſſio an vigore ſtatuti continuetur in exequutorem vltimę voluntatis, quid dato hęrede vniuerſali, eſto quod exequutori à teſtatore vendendi facultas data fuerit, & n. 41. & 42.*

43 *Poſſeſſio defuncti vigore ſtatuti de continuanda in hęredem poſſeſſione, an continuetur in ventre pręgnante, etiam ad excluſionem aſtrictiorum, & quid in bonis, in quibus fæminæ à ſucceſſione repelluntur, n. 47. & 48 49. & 50.*

44 *Mulieris aſſertioni non eſt ſtandum, ſi dicat ſe pręgnantem.*

45 *Mulier an pregnans ſit, vel non periti Medici, & obſtetrices iudicare debent.*

46 *Partus ſuppoſitionis vbi ſuſpitio eſt, quę ſeruanda ſint pro intereſſe ſucceſſorum cum muliere ſe pregnantem aſſerente.*

51 *In Infantem, furioſum, & ſimiles, quibus vſus rationis deficit, habet locum ſtatutum, & continuatur defuncti poſſeſſio.*

52 *Corporalem, & veram dicitur habere poſſeſſionem hęres ex ſtatuto continuante.*

53 *Interdictum tum adipiſcendę, retinendę, & recuperandę poſſeſſionis ac ſpoliatorum remedium competit hęredi, in quem vigore ſtatuti fuerit continuata defuncti poſſeſſio, & num. 54.*

55 *Hęres, in quem continuatur per ſtatutum defuncti poſſeſſio, poteſt ſimul cumulare diuerſis reſpectibus remedia adipiſcendę, retinendę, & recuperandę poſſeſſionis.*

56 *Poſſeſſio defuncti, quę in hęredem vigore ſtatuti cõtinuatur, ita à teſtatore in hęredem tranſit, vt nũquam interrupta cenſeatur, nec momento temporis vacare dicatur.*

57 *Retentio bonorum viri datur vxori, & eius hęredi, vel ſingulari ſucceſſori pro dotium reſtitutione.*

Etiam in feudalibus, num. 58.

Et quid in bonis fideicommiſſo ſubiectis, num. 59.

Item datur aduerſus exequutionẽ ſententię, n. 59.

Item competit ne dum pro dote, ſed etiam pro fructibus, & quolibet augmento, n. 60.

61 *Retentio bonorum viri pro dote datur vxori, ne dũ contra hęredem viri, ſed etiam contra mariti ſingularem ſucceſſorem, & etiam contra fiſcum.*

62 *Retentio bonorum viri pro credito dotis datur vxori pro rata crediti, ne aliorum creditorum Mariti oriatur eluſio.*

63 *Vxor an verbis, vel facto animum ſuum declarare debeat, velle bona Mariti pro dotium credito retinere, & poſſidere, ac ſuę poſſeſſionis cauſam mutare, & quo tempore, & num. 64. & 65.*

66 *Vxor,*

Digitized by Google

66 *Vxor, vel eius ſucceſſor retentionis beneficio vtitur, dummodò bonorum viri poſſeſſio vacua, & ab alio occupata non ſit.*

67 *Retentio bonorum viri vxori non competit, ſtante ſtatuto, & capitulo Regni illico defuncti poſſeſſionem in hæredem continuante, & retinens, vti turbatrix repellitur, num. 68.*

69 *Retẽtione bonorum viri pro credito dotium vtitur vxor, & eius ſucceſſor, non obſtante ſtatuto in hæredem bonorum defuncti poſſeſſionem continuante, ſi mariti hæres id permittat.*

Idem ſi adeſſet pactum ingrediendi poſſeſſionẽ propria authoritate in contractu dotali, n. 70.

71 *Vxor retẽtione bonorum viri vtitur, non obſtante ſtatuto poſſeſſionem in hæredem continuante, ſi conſtituti clauſulam, vel precarij in bonis viri habeat, in caſu reſtitutionis dotis, & quando n. 72. 73. 74. 76. 77. & plur. ſeq.*

74 *Capitulum 43. Regis Ferdinandi non procedit, quãdo poſſeſſio fuiſſet per defunctum in vita etiam per conſtitutum, & actum fictum in alium tranſlata, & num. 76.*

75 *Conſtitutum tranſlationem veræ poſſeſſionis ipſo iure abſque appræhenſione operatur, quãmuis per actum fictum.*

77 *Conſtitutum adiectum in tabulis nuptialibus in caſu dotis reſtitutionis, an operetur ſuum effectum, ſi reſtitutionis caſus ob viri obitum obuenerit, tãquam collatum poſt mortem mariti conſtituentis, & quid ſtante clauſula (nunc pro tunc) & nu. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. & 85.*

79 *Conſtitutum an operetur poſt mortem conſtituentis per clauſulam (ex nunc pro vt ex tunc) in eo appoſitam, & num. 77.*

81 *Hæres cenſetur eo nomine, & titulo poſſidere, quo poſſidebat defunctus.*

82 *Conſtituti clauſula paſſiuè in conſtituentis hæredem tranſit, nec per mortem conſtituentis extinguitur.*

86 *Poſſeſſio bonorum defuncti non continuatur in hæredem incapacem vigore ſtatuti, cũ ſtatuti diſpoſitio de vero, iuſto, habili, & capace hærede intelligenda ſit.*

87 *Incapacitatis exceptio non poteſt opponi in poſſeſſorij ſummariſſimi inſtantia, vigore ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem, ſed in alia plenaria inſtantia reſeruatur, maximè ſi aliquem requireret altiorem indaginem, & quid in Regnis Hyſpaniarum ex diſpoſitione l. Tauri 45. n. 88.*

89 *Statutum poſſeſſionem defuncti in hæredem continuans non habet locum in hæredem vſufructuarij.*

90 *Poſſeſſio defuncti vigore ſtatuti continuantis non continuatur in hæredem, ſed in vſufructuarium vniuerſalem, ſeu hæredem vſufructuarium.*

91 *Hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij propria authoritate poſſeſſionem apprehendit, & poſſeſſio ipſo iure ad proprietariũ, etiam ignorantem tranſit ratione conſolidationis.*

92 *In ſecundum hæredem non continuatur poſſeſſio, vigore ſtatuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem.*

93 *Defuncti poſſeſſio, nec dominium continuatur in hæredem conditionalem, vigore ſtatuti continuantis poſſeſſionem.*

94 *Hæres conditionalis non dicitur propriè hæres, nec ſub ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem comprehenditur, quod ſtatutum propriè intelligendum eſt.*

95 *Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. non opitulatur hæredem conditionalem.*

96 *Inſtitutio hæredis ſuſpenditur propter cõditionem.*

97 *Hæreditas dicitur iacere pendente conditione in inſtitutione adiecta.*

98 *Teſtator apponendo ab initio conditionem inſtitutioni poteſt, ne dum actum capiendi poſſeſſionem ſuſpendere, verum etiam, & effectum continuationis vigore ſtatuti.*

99 *Poſſeſſio, quæ continuatur in hæredem vigore ſtatuti, ciuiliſſima dicitur.*

100 *Poſſeſſio defuncti, quæ vigore ſtatuti in hæredem continuatur, an continuetur in hæredem conditionalem poſt purificatam conditionem.*

101 *Conditio reſolutiua an reddat inſtitutionem, vel vltimam voluntatem conditionalem, & quid in contractibus, & n. 102. & 103. & 104.*

105 *Semel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*

106 *Filij an inſtitui poſſint ſub conditione caſuali, vel mixta, vel ſaltem poteſtatiua.*

107 *Poſſeſſio per conſtitutum quæſita, an continuetur in hæredem ſtante ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti in hæredem continuetur.*

108 *Poſſeſſio defuncti ſtante ſtatuto continuante, an continuetur in fiſcum, qui ex confiſcatione, vel iure ſucceſſionis ad defuncti bona admitteretur, & num. 109.*

110 *Hæres, in quem vigore ſtatuti fuit continuata defuncti poſſeſſio, an de facto eijcere poſſit quemcunque rei poſſeſſorem.*

111 *Poſſeſſio defuncti, quæ in hæredem continuatur ex capitulo 43. Regis Ferdinandi, an in hæredem, qui de iure verus ſit ſucceſſor, vel in hæredem ſcriptum continuetur.*

Et quid de iure Hiſpano, n. 112.

Quid in quibuſdam caſibus particularibus ex capitulis Imperatoris Caroli 118. 204. & 258. & ſub Rege Philippo cap. 18. num. 113.

114 *Hærede ſcripto deficiente poſſeſſio defuncti ex Capitulo Ferdinandi 43. in hæredem ab inteſtato continuatur.*

115 *Teſtator an poſſit facere, quod diſpoſitio ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem, non habeat locum, & num. 116. 117. 118. 120. & ſeq. ad num. 123.*

117 *Statutum poſſeſſionem defuncti in hæredem continuans, non operatur contra voluntatem teſtatoris, quia debet concurrere ſaltem præſumptio tacitæ voluntatis defuncti.*

119 *Poſſidere duo inſolidum eamdem rem eodem tempore prohibentur.*

121 *Legatarius, vel fideicommiſſarius poſſeſſionem ex licentia teſtatoris capere non poteſt, ſi hæres poſſidens reſiſtat, ſecus eo non reſiſtente, num. 122.*

124 *Poſſeſſorium merum eſt, & non mixtum, cum de continuanda poſſeſſione in hæredem agitur vigore ſtatuti, & de hærede vero non dubitatur, ſecus ſi ex inditio teſtatoris, vel ſtatuti diſpoſitione, quis ſit hæres dubitari poſſet, num. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. & ſeq.*

R 126 Poſ-

126 *Poſſeſſorium iuxta terminos l. Tauri 45. mixtum ſui natura eſt.*

128 *Poſseſsorium eſt mixtum iuditio Teſtatoris, quando duo ſunt inſtituti hęredes ſub conditione ſi competit.*

129 *Quidquid detrahitur, vel additur proprietati, detrahitur, vel additur poſseſſioni, & è conuerſo in poſseſsorio ſui natura mixto.*

130 *Cum plena cauſa cognitione proceditur in poſseſſorio mixto, & plenariè cauſa examinatur, ſecus in poſſeſsorio ſummariſſimo.*

131 *Appellatio ſuſpenſiuè conceditur in poſseſsorio mixto.*

132 *Poſseſsorium redditur mixtum quoties contingit dubitari, ſi quis poſſit eſse, vel non eſſe hęres.*

133 *Iudex decidendo ſuper mixto poſseſsorio, tacitè declarat, & decidit ſuper petitorio inſito.*

134 *Appellatio ſuſpenſiua datur in poſseſſorio quando dominium ſubſtantiat eiuſdem poſſeſsorij libellum.*

136 *Titulus quando deducitur ad colorandum, & confortandum tantummodo, non reddit poſseſsorium mixtum.*

137 *Condictio ſubſtantiua petitorium contingens adiecta inſtitutioni, reddit poſseſsorium mixtum.*

139 *Poſseſsorium mixtum ſui natura non poteſt etiã partis proteſtatione diuidi & ſeparari.*

140 *Miſtura an conſideranda tantum ſit in ſententia, ad hoc vt poſseſsorium reddatur mixtum, & num. ſeq.*

141 *Miſtura in ſententia qualiter, & quot modis conſideranda ſit.*

146 *Cauſę poſseſsorię mixtę ſui natura de iure quę ſint, & num. ſeq.*

148 *Exemplum diſpoſitionem non reſtringit.*

149 *Fideicommiſsarius non poteſt authoritate propria poſseſſionem fideicommiſſi apprehendere, ſed à manu hęredis debet capere poſt adhibitam hęreditatem, ac poſseſſionem per hęredem adeptam.*

Etiam hęreditate iacente, n. 150.

Amplia etiam in caſu, vbi reſtitutio fideicommiſſi ipſo iure ſit, num 151.

152 *Fideicommiſſi reſtitutio quibus caſibus ipſo iure fideicommiſsario facta cenſeatur.*

153 *Fideicommiſsarius non iuuatur beneficio ſtatuti continuantis poſseſſionem in hęredem, & n. ſeq.*

156 *Remedium l fin, C, de edict. Diui Adrian. tollend. conceditur fideicommiſsario poſt factam verbalem reſtitutionem per hęredem, ſecus ante, & num. 157.*

158 *Fideicommiſsarius dicitur legitimus contradictor de iure, ſi poſt adhibitam hęreditatem, & ante actualem poſseſſionem hęredis in fideicõmiſſi poſſeſſione reperiretur.*

159 *Trebellianica, legitima, vel falcidia cum deducẽda ſunt, debet fideicommiſsarius, vel legatarius poſseſsionem fideicommiſsi, vel rei legatę integrè hæredi reſtituere, ad effectum deductionis fiendæ, & num 173.*

Et an omnia bona hęredi reſtituenda ſint pro effectu prędicto, vel tantum pro menſura debiti Trebellianicę, legitimę, vel falcidię, num. 160. 161. & ſeq. & num. 163. & ſeq.

162 *Liquidum, vel quod in promptu liquidari poſſe quid dicatur prudenti Iudicis arbitrio remittitur.*

164 *Legitima eſt bonorum quota, & non hęreditatis.*

165 *Legitima non dicitur certa, nec liquida ratione loci, & quota, niſi ære alieno deducto, idem in Trebellianica, num. 166.*

167 *Filius ante æris alieni deductionem non poteſt petere ſibi in bonis hæreditarijs legitimam aſſignari debere, etiam oblata fideiuſsione de reſtituendo, quod fortè ſuperfluum legitimæ datum apparuerit facta deductione æris alieni.*

168 *Legitima in rebus hæreditarijs arbitrio Iudicis filio aſsignari poteſt, non autem propria authoritatę poteſt filius in vna, vel pluribus rebus hæreditarijs propria authoritate eligere.*

169 *Trebellianica, & legitima capiunt ſemiſſem hæreditatis.*

170 *Poſſeſsio capta per fideicõmiſſarium ante actualem captam per hæredem, eſt vitioſa ſtante capit. Regis Ferdinandi 43, continuante poſſeſsionem in hæredem abſque alio medio.*

Quid ſi fuerit data poteſtas à teſtatore fideicommiſſario intrandi poſſeſsionem fideicommiſsi propria authoritate in terminis l. finalis, C. de edict. Diui Adrian. tollend. num. 171.

172 *Interdictum quorum legatorum non datur, quando de teſtatoris voluntate, & facultate eſt capta poſſeſsio.*

174 *Fideicommiſſarijs, & legatarijs poteſt dari facultas à teſtatore, etiam tacitè, capiendi poſſeſsionem fideicommiſsi propria authoritate; Et ex quibus dicatur tacitè conceſſa facultas, n. 175.*

176 *Habens facultatem intrandi poſſeſsionem propria authoritate, an intelligatur Authore Pretore, & Iudicis authoritate interueniente.*

177 *Habens facultatem intrandi poſseſsionem propria authoritate poteſt petere brachium aſſociatorium ad effectum euitandi ſcandala.*

178 *Licentia intrandi poſſeſsionem propria authoritate fideicommiſſario, vel legatario à teſtatore conceſſa, non operatur aduerſus hæredem in actuali immiſſo, & reſiſtente.*

179 *Subſtitutus directè, & verbis directis propria authoritate poſseſsionem capit, hærede in actuali immiſso, & non reſiſtente, n. 180.*

181 *In ſubſtitutum vulgarem an continuetur poſseſsio vigore Capituli Regni ſub Rege Ferdinando 43.*

182 *Poſteſsio defuncti an continuetur in pupillariter ſubſtituto, vigore Capituli Regni, & n. 187.*

183 *Pupillariter ſubſtitutus dicitur directè ſubſtitutus, & pupillo per eam ſubſtitutionem directè ſucceedit.*

184 *Clauſula omni meliori modo facit ſubſtitutionem iure directo valere.*

185 *Remedium l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. conceditur pupillariter ſubſtituto.*

186 *Pupillaris ſubſtitutio facta à Matre, vel alio non habente pupillum in poteſtate, non valet iure directo, ſed obliquatur omni tempore, & valet in vim fideicommiſsi.*

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Defuncti bonorum poſſeſſio, in quem hæredem, vel ſubſtitutum continuetur, ad intellectum Capituli 43. Regis Ferdinandi.

RESOLVTIO XXXIX.

1 POſſeſſionem in hæredes non † conti-
nuari abſque actuali appræhenſione
iure communi ſtatutum eſt, quem-
admodum generale eſt, dominio
tranſlato poſſeſſionem citra appræhenſionem
non acquiri, cum nihil commune inter dominiũ,
& poſſeſſionem ſit, & noua hęredis poſſeſſio, quã
defuncti indicetur, *l. cum hæredes, ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. Bal. in leg. fin. num. 2. C. de edicto Diui Adrian.
tollend. Abbas in cap. 2. nu. 9. de conſuetud. Tiraqu.
le mort Saiſit, in prefat. declarat. 3. num. 2. 3. 5. & 6.
Menoch. de adipiſcend. poſſeſſion. remed. 4. num. 82. &
de retinend. remed. 3. num. 829. & conſ. 1089. n. 22.
lib. 11. Afflict. deciſ. 167. & deciſ. 229. n. 4. Achill.
de Graſſ. deciſ. 5. de cauſ. poſſeſſ. Surd. conſ. 117. num. 7.
Ceuall. commun. contra commun. q. 758. n. 65. & ſeq.
Gabr. de acquir. poſſeſſ. concl. 9. n. 1. & 2. Craſſ. de ſuc-
ceſſion. lib. 2. §. tranſmiſſio, q. 3. nu. 1. Ioſeph Ludouic.
concl. 16. verſ. duodecimo quod ex aditione, Becc. cõſ.
75. num. 10. & conſ. 77. num. 2. Vin. deciſ. 227. Card.
Tuſc. concluſ. 406. num. 4. & 5. & concl. 426. litt. P.
Franc. deciſ. 204. num. 11. Peregr. de iure fiſci lib. 5.
tit. 1. num. 52. Aldouin. conſ. 37. nu. 33. Gargiar. Pa-
trocin. 99. num. 19. Benintend. deciſ. 12. n. 3. Caualc.
deciſ. 30. nu. 61. lib. 2. & dec. 16. n. 3. lib. 5. Molina de
iuſt. & iure diſp. 3. ſub n. 18. Facchin. controuerſ. iuris
lib. 11. cap. 4. in fin. Gail. lib. 2. obſer. 129. n. 1. 2. & ob-
ſeru. 152. n. 4. & 9. Caldas Pereira de empt. & vend.
c. 12. n. 14. & ſeq. Mant. dec. 150. n. 2. Seſſa deciſ. 67.
n. 2. Velaſc. deciſ. 126. n. 9. Caputaqu. deciſ. 101. p. 1.
Cabal. conſ. 99. n. 10. vol. 2. Giurb. in conſuet. Meſſan.
cap. 5. gloſ. 6. num. 9. Grat. diſcept. 309. num. 7. Mace-
rat. var. reſol. cap. 100. n. 5. lib. 1. Ponte de poteſt. pro-
reg. de diuerſ. prouiſion. tit. 10. §. 1. n. 25. Verall. deciſ.
420. par. 1. Mohedan. deciſ. 11. vt lite pendente, Ant.
Fab. C. lib. 7. tit. 7. defin. 5. & lib. 9. tit. 19. defin. 1. n. 3.
in allegatis, Balb. dec. 212. Ricc. collect. 940. & 1245.*
2 in incorporalibus † vero quaſi poſſeſſionem de-
functi de iure abſque appræhenſione continuari
in ſucceſſionem & hęredem, ex *Bal. & Lambert.*
*probat Roderic. de ann. redit. lib. 1. q. 17. n. 45. Gutier.
conſ. 3. num. 1. Bero. conſ. 177. n. 38. vol. 2.* Sed con-
tra *Lambertinum* ſenſiſſe *Rotam Romanam* in ter-
minis iuris patronatus, vt neceſſarius ſit actus
appræhenſionis dixit *Achill. de Graſſ. de cauſa poſ-
ſeſſ. 15.* ex eo quod, opinio *Lambertini* eſt con-
tra generalem regulam, *dicta leg. cum hæredes,
Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. Neapol.
cap. 100. nu. 4. Farinac. deciſ. 260. n. 4. par. 2. to. 3.*
3 Verum tamen † quod & ſi non continuetur de
iure in hæredem poſſeſſio corporalium, poſſet ta-
men hæres propria auctoritate capere, modo ab
alio non reperiatur anterius occupata, *Bart. n. 16.
Bal. n. 2. Sal. n. 16. Dec. n. 4. in l. fi. C. de edit. Diu. Adr.
toll. Tiraq. le mort, Saiſit in præfation. declarat. 8. &
par. 5. declarat. 5. Soccin. iun. conſ. 62. num. 10. lib. 1.
Rota deciſ. 7. de reſtitut. ſpoliat. in antiquis, Roland.
conſ. 78. num. 10. & ſeq. lib. 3. Farinac. de furtis qu.
175. par. 8. num. 283. Cardin. Tuſc. concl. 408. nu. 3.
litt. P. Perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. num. 8. Simon.
de Pratis de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpr. 2.
dub. 1. num. 70.*
4 In ſucceſſoré vero † nomine dignitatis de iure
abſque appræhenſione continuatur poſſeſſio, quæ
penes prædeceſſorem vita functum reperiebatur;
Nam poſſeſſio, quæ erat apud Epiſcopum, in eius
ſucceſſorem continuatur citra aliam actualẽ, ſeu
corporalem appræhenſionem, *Tiraquell. le mort
Saiſit, in præfation. declar. 5. Rota Roman. deciſ. 1. de
iure patronat. in nouiſs. Bellamer. dec. 701. Mantica
deciſ. 150. n. 3. Queſad. diuerſ. quæſt. cap. 2. Ceuall. cõ-
mun. contra cõmun. q. 757. n. 105. & 106. Guid. Pap.
dec. 355. Becc. conſ. 77. n. 3. & ſeq. lib. 1. Paſcal. de vi-
ribus patr. poteſt. par. 4. cap. 1. n. 51. Card. Tuſc. con-*
5 *cluſ. 426. n. 14. litt. P.* Idem † in Monaſterium Mo-
nachum recipiens cuius bonorũ poſſeſſio abſq;
vlla appræhenſione in id tranſit ſi Monachus poſ-
ſidere deſierit, *Card. Tuſc. dicta concl. 426. nu. 16.
Bald. Salicet. Cagnol. & alij in Auth. ingreſſ. C. de Sa-
croſan. Eccl. Afflict. dec. 299. n. 16. Tiraquel. le mort
Saiſit, in præfat. declar. 6. n. 9. Giurb. in conſuet. Meſ-*
6 *ſan. cap. 5. gloſ. 6. nu. 14. Gail. lib. 2. obſeru. 152. n. 7.* †
At ſi regulare ſit in Eccleſiã, & Monaſteriũ abſq;
appræhenſione Monaci poſſeſſionem transferri,
in Eccleſiam tamen hæredem inſtitutam defuncti
poſſeſſionem de iure non continuari, *firmant
Gabr. de acquir. poſſeſſ. concl. 9. n. 2. Becc. cõſ. 77. n. 3.
Tiraqu. le mort Saiſit, in prefation. declar. 3. num. 3.
Giurb. dicta gloſ. 6. num. 14.*
7 Cęterum cum defunctus † animo non ſuo cor-
pore, ſed alieno nempe coloni poſſeſſionem reti-
net, defuncti poſſeſſio in hęredem abſque apprę-
henſione de iure continuatur, colono hęredis no-
mine poſſidente, eoque ſciente, quod ſatis eſt,
*l. qui vniuerſos, §. quod per colonum, vbi Imol. Alex.
& Rom. ff. de acqu. poſſeſſ. Bal. cõſ. 330. vol. 1. Hõded.
conſ. 20. n. 11. & cõſ. 42. n. 38. vol. 1. Afflic. dec. 167.
& dec. 325. Put. dec. 462. n. 4. lib. 2. Marant. de iud.
par. 7. princip. n. 3. Surd. conſ. 117. n. 8. 9. conſ. 160. nu.
29. Benintend. deciſ. 12. nu. 7. Vrſil. dec. 167. & 325.
Corn. conſ. 103. n. 7. vol. 2. Card. Tuſc. concl. 426. n. 9.
& 76. lit. P. Gratus conſ. 10. n. 7. vol. 1. Milan. dec. 1.
n. 81. lib. 1. Siluan. conſ. 78. n. 2. 3. Giurb. in conſuetud.
Meſſan. cap. 5. glo. 6. n. 17. Tomingi dec. 45. Ricc. col-
lectan. 940. & 1244. Natta conſ. 538. n. 28. Menoch.
conſ. 928. n. 35. Ioſeph Ludouic. concl. 16. illation. 14.
Burſ. conſ. 198. n. 19. cõſ. 425. n. 7. Seſſa dec. 29. n. 30.
31. & ſeq. lib. 1. Bero. cõſ. 58. n. 5. & conſ. 46. in princ.
vol. 3. Hipol. Rimin. conſ. 41. n. 28. Rota Rom. deciſ.
506. par. 1. Franc. deciſ. 204. num. 12. Cornazan. de-
ciſ. 43. Marta voto 250. num. 7. Caualcan. deciſ. 44.
num. 44. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1185. n.
16. Bardellon. conſ. 92. num. 12. lib. 1. Rota Roman.
apud Cardin. Seraph. deciſ. 69. & deciſ. 71. & deciſ.
466. Peregrin. de fideicomm. art. 47. num. 35. Viu.
deciſ. 56. num. 10. Magon. deciſ. 27. nu. 55. in Lucenſ.*

R 2 *Man-*

Mantica deciſ.227.n.7. Quamuis in alio quam in
8 hærede, regulare ſit, ad acquirendam † poſſeſſio-
nem, quæ animo detinetur, corpore tamẽ alieno,
vt à colono, qui dicitur naturaliter poſſidere,
opus ſit quod à ſua naturali colonus eijciatur, &
expulſus ſit, per quam eiectionem adhuc, & is cu-
ius nomine poſſidetur poſſeſſionem amittit, &
vtraq; poſſeſſio eijcienti, & intranti acquiritur;
Etenim ciuilis domini poſſeſſio, naturalem colo-
ni inſequitur, proinde colono expulſo, amittit do-
minus ciuilem, quæ quieſcit ſuper illa naturali
per colonum retenta, cum Miniſterio coloni do-
minus ciuilem detineat, & quidem, ſecundum ali-
quos, opus eſt quod omnes, & ſinguli coloni fa-
muli, & animalia eijciantur, & quod à conſpectu
rei etiam recedant, vel ſaltem quod diſcedant à
loco, dimittendo vacuam poſſeſſionem intranti,
nec ſufficeret ſimpliciter in actis dicere quod co-
lonos eiecerit, niſi omnes, & ſingulos dicat, Bart.
in l. peregre. §. quibus per illum textum, ff. de acquir.
poſſeſſ. vbi Doct. Bero. q. 47. per tot. conſ. 69. in fin. cõſ.
42. n. 24. & conſ. 45. n. 10. lib. 3. Gozad. conſ. 86. vbi
quod in terris aratiuis præſumuntur coloni plu-
res, & familia, Menoch. conſ. 928. n. 24. lib. 10. Natta
conſ. 538. n. 10. conſ. 572. n. 32. Bal. conſ. 325. ſub n. 4.
lib. 1. Paſſer. conſ. 16. Amat deciſ. 30. n. 13. Vin. opin.
620. Torniol. conſ. 87 Burſat. conſ. 60. n. 19. cõſ. 198.
n. 20. conſ. 300. & conſ. 425. n. 8. Decian. cõſ. 400. n. 9.
conſ. 103. conſ. 108. in princ. Benintend. deciſ. 93. n. 2.
& ſeq. Soccin. iun. conſ. 35. vol. 3. Cumia ritu 40. nu.
106. 107. & ſeq. Turret. conſ. 68. n. 14. lib. 1. Capu-
taquen. deciſ. 334. lib. 2. Carroc. de locat. par. 3. tit. de
recup poſſeſſ. n. 6. Lancellot. de attentat. par. 1. cap. 4.
limit. 1. n. 56. & ſeq. & n. 60 Rota Roman. dec. 645.
n. 7. par. 1. & dec. 874. n. 1. par. 4. Marcſcot. var. reſ.
lib. 1. cap. 59. n. 38. Bolognet. conſ. 6. n. 58. & 59. in
cauſa Baronia Belliſcala, Hipol. Rim. cõſ. 689. Barz.
deciſ. 46. n. 22. & 23. Magon. deciſ. 69. n. 10 in Lucẽſ.
Surd. conſ. 117. & conſ 160. n. 27. & ſeq. Honded. cõſ.
20. lib. 1. & conſ. 18. n. 21. lib. 2. Ludouiſ. dec. 69. n. 1.
Granue. deciſ 182. Eugen. conſ. 75. n. 35. Gratian de-
ciſ. 10. & 11. & dec. 132. & diſcept. 519. n. 70. 73.
& ſeq. Intrigl. deciſ. 32. & ſingul. 78. lib. 2. Anton.
Fab. C. de acquiren. vel amittend. poſſeſſ. lib. 7. tit. 7.
defin. 4. Milan. deciſ. 1. n. 73. 75. dec. 3. n. 170. lib. 1.
Ruin. conſ. 28. lib. 4. Burg. de laudim. p. 2. inſpect. 45.
n. 30. in addit. Afflict. deciſ. 325. n. 3. deciſ. 331. n. 6.
Laderch. Imol. conſ. 95. n. 8. Seſſa deciſ. 29. n. 51. &
ſeq. Card. Tuſc. concl. 463. n. 7. lit. C, & concluſ. 406.
n. 15. litt. P. Rota Roman. apud Card. Seraph. deciſ.
498. deciſ. 492. n. 9. etiam domino ignorante, &
abſente, ex Alex. in dicto §. quibus, dixit Cumia ritu
9 40. n. 107. Surd. conſ. 117. n. 12. Et etiam † ſi ſub
conductor expulſus ſit, qui etiam domino princi-
pali poſſidere dicitur Carroc. de loc. p. 2. q. 3. n. 93.
10 inde eſt † quod ſi vnus remaneat colonus in ſun-
do non eiectus, vel expulſus, Dominus cuius no-
mine poſſidetur poſſeſſionem non amittit, neque
eijciens acquirit vt fere omnes ſupracitati pro-
bant præciſè Surd. d. conſ. 117. nu. 12. Milan. dec. 1.
11 n. 75. in fi. Bero. q. 47 n. 6. inſert inde † Milan. d. lo-
co n. 79. quod etto quod omnes inquilini expulſi
non ſint de loco cum capta eſt poſſeſſio terræ, ſeu
Caſtri tanquam capita cenſeatur capta omnium
feudorum coadiacentium, ex Gloſ. & Doctor. in
leg. 3. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. Purpur. cõſ. 498. n. 53.
Maſcard. de probat. concl. 271. nu. 9. & 14. pro quo
ſi poſſeſſio partis ſit poſſeſſio totius, vel vnius rei
ad aliarum rerum omnium poſſeſſionem influat,
vt in hæreditate, & ſimilibus, vel ſi rei principa-
lis ad aliarum rerum adiacentium, videndi ſunt,
Decian. conſ. 15. num. 24. lib. 4. conſ. 1. n. 22. 23. lib. 5.
Surd. conſ. 135. n. 62. & ſeq. conſ. 160. n. 12. cõſ. 323.
n. 44. cum ſeq. deciſ. 295. n. 18. Card. Tuſc. concl. 422.
litter. P. Imol. in l. 3 ff. de acquir. poſſeſſ. Zaſ. de feud.
par. 6. n. 20. & conſ. 31. lib. 2. Siluan. conſ. 58. num. 7.
Alex. in dicta l. 3. Mantic. dec. 105. n. 6. dec. 127. n. 8.
Cornazan. deciſ. 122. num. 49. deciſ. 153. nu. 2. Natta
conſ. 429. Rota Rom. dec. 14. tit. de reſtit. ſpoliator. in
nouiſſ. Gail. lib. 2. obſer. 62. n. 7. Craſſ. de ſucceſſ. lib. 2.
§. tranſmiſſio, q. 3. n. 4. Barz. deciſ. 47. n. 19. 20. 21. &
ſeq. Bero. q. 47. n. 8. iterum Milan. dec. 3. n. 235. 236.
lib. 1. Couarr. variar. reſol. lib. 3. reſol. 16. num. 13. Ca-
ualcan. deciſ. 27. n. 45. lib. 3. & dec. 33. n. 25. 26. p. 2.
Farin. dec. 322. n. 3. par. 1. tom. 1. & dec. 403. n. 3. &
dec. 162. n. 11. tom. 4. Peruſin. dec. 109. n. 10. & 11.
Peregr. de fideicomm. art. 48. à n. 72. & ſeq. ad finem,
Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. nu. 73. 74. 80.
& 81. Ludou. dec. 557. per tot. Menoc. cõſ. 1002. n. 5.
6. 7. 8. & ſeq. Grat. diſcep. 113. n. 27. diſc. 211. n. 42.
43. diſcep. 126. n. 22. & diſc. 425. n. 21. 27. 29. & 32.
12 Quod tamen † procedere intelligas cum Bolo-
gnet. dicto conſ. 6. n. 59. quando ſinguli Coloni rem
nomine Domini detinerent, tunc enim omnibus
non eiectis, per remanentes nõ eiectos retinere-
tur tota fundi poſſeſſio, ſed ſi ſinguli poſſiderent
coloni rei partem, tunc pro parte colonorum de-
13 iectorum tantum quæreretur poſſeſſio; Et licet †
dicatur ex non eiectione omnium colonorũ poſ-
ditionalem vigore ſtatuti Pute. deciſ. 32. libr. 2. nu-
mer. 1. Alexan. conſ. 82. num. 10. lib. 2. Gregor. Lo-
pez. l. 7. tit. 4. p. 5. verbo poſſeſſion. Pariſ. conſ. 19. libr.
2. Molin. de primogen. Hyſpan. libr. 2. cap. 12. nu. 16.
17. & cap. 14. num. 11. 12. 13. faciunt dicta per Pe-
tram de fideicomm. quæſt. 11. Menoch. de adipiſcēd.
remed. 4. n. 305. q. 39. Tiraq. le mort Saiſit le viſ. p. 2.
declar. 3. in princ. Gabr. de acquirend. poſſeſſ. concl. 9.
n. 7. Guid. Pap. dec. 251. Guglielm. de Benedict. & Bur
gos de Paz in proem. l. Tauri per Mol. ſupra Papon.
ſuper conſuetud. Burgund. cap. 299. Macabrun. conſ.
56. n. 5. 6. 7. Honded. conſ. 86. n. 41. & ſeq. l. 2. Milan.
dec. 1. n. 21. 22. 190. lib. 1.

94 Hæres enim † conditionalis non dicitur pro-
prie hæres leg. ſi quis ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen-
ti. ideo nec ſub ſtatuto continuāte de hærede lo-
quente compræhenditur, quod propriæ, non au-
tem improprie intelligi debet Gabr. de acquir. poſ-
95 ſeſſ. concl. 9. n. 8. Eadem ratione, † nec remedio l.
finalis C. de edict. Diui Adrian. tollend. hæres ſub
conditione iuuatur Cinus in d. l. ſi q. 3. Zucc. n. 224.
Paſſet. conſ. 55. n. 9. Men. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.
4. q. 39. n. 305. Burſ. conſ. 89. n. 22. Milan. dec. 1. nu.
20. libr. 1.

96 Et inſtitutionem † ſuſpendi propter conditio-
nem eſt text. in l. ei qui ita ff. de condit. inſtitut. Paſ-
ſet. d. conſ. 55. num. 9. Torret. conſ. 67. n. 114. 127.
97 conſ. 70. n. 35. l. 2. Ideoq. † propter conditionem in
inſtitutione adiectam hæreditas dicitur interim
iacere Rota Romana dec. 42. num. 5. par. 1. in nouiſ.
Ang. in l. ſi quis inſtituatur §. ſi ſub conditione ff. de
hæred. inſtituend. Cuman. in l. creditore. ff. de bonis
auctorit. iudic. poſſidend. Indubitatum namque eſt
98 † quod teſtator apponēdo ab initio conditionem
in inſtitutione poteſt ne dum actum capiendi
poſſeſſionem ſuſpendere verum etiam, & ciuiliſ-
99 ſimam, † quemadmodum ea eſt, quæ vi ſtatuti
in hæredem continuatur, quam ita Bal. in l. final.
C. de ſacroſancta Eccleſia baptizat. & Cannoniſtæ in
cap. 2. de conſuetudine per Caſſan. in Conſuetud. Bur-
gund. rubr. 7. verbo le mort. Saiſit ſub num. 5. Dec.
conſil. 41. num. 35. lib. 3. Ladereb. conſ. 64. num. 6.
Ponte conſ. 96. num. 23. lib. 1. Milan. dec. 3. n. 8. lib.
1. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 47. n. 17. vt ex Greg.
Lopes l. 7. tit. 4. p. 5. verbo poſſeſſ. ex Pariſ. dixit Mo-
lina de primogen. Hiſpan. libr. 2. cap. 12. num. 16.
17. & cap. 13. num. 11. 13. & Milan. dicta dec. 1. nu-
100 mer. 30. 31. lib. 1. voluit † in hęredem conditio-
nalem non continuari poſſeſſionem, etiam con-
ditione purificata, quia dicit, quod tempus mor-
tis ad continuandam poſſeſſione ex vi ſtatuti ſpe-
ctandum ſit, nec inſpiciēdum quidquid inde eue-
nerit, ad quod dicit facere dicta per Alexand. cōſ.
101 37. lib. 1. Quę procedunt, † ne dum ſi conditio in
inſtitutione fuiſſet appoſita, quę eam indubitan-
ter conditionalem, reddit verum etiam, & ſi cō-
ditio fuerit reſolutioni inſtitutionis adiecta nam
102 † & ſi cōditio adiecta reſolutioni diſpoſitionis,
non faciat contractum conditionalem, nec etiam
in euentum conditionis ſuſpendat, ſed actus pu-
rus ſit ſub conditione reſoluendus Gloſa in l. 2. ff.
de in diem adiection. Bald. in lege cum mota numer. 3.
in fine C. de tranſaction. Dec. conſ. 279. colum. 1. in fin.
& conſ. 308. col. 3. in princip. Crotus conſ. 138. num.
7. Cagnol. in l. lecta n. 172. ff. ſi cert. petat. Soccin. &
Iaſon. in l. pecuniam quam in vltimo notabil. ff. ſi cer-
tum petatur. Ceſal. conſ. 133. num. 35. libr. 1. Pariſ.
conſil. 41. num. 37. libr. 1. Alba Mandell. conſ. 346.
numer. 31. Natta conſ. 372. num. 8. Caualcan. de tu-
tor numer. 263. Tiraquel. de retract. conſanguinit. &
alij per Surd. conſ. 268. n. 55. 56. & ſequen. conſ. 38.
num. 24. & de alimen. tit. 5. q. 3. n. 10. Mandel. conſ.
347. num. 31. conſ. 455. Menoch conſ. 388. num. 25.
& conſ. 494. Barboſ. in l. ſi conſtante. §. 1. ff. ſolut. ma-
trimon. num. 24. Cardin. Tuſch. concl. 579. litter. C.
libr. 2. Fab. de Anna conſ. 39. num. 28. libr. 1. Oſa-
ſc. deciſion. 145. num. 1. Decian. conſ. 8. numer. 71.
volum.

volum. 1. *Cartar. deciſ.* 49. *numer.* 6. 7. *ad finem Soccin. conſil.* 62. *numer.* 3. 4. *libr.* 4. *Peregrin. de fidei-*
103 *commiſſ. art.* 11. *num.* 129. Secus † tamen eſt in
vltimis voluntatibus in quibus, & ſi conditio etiam in reſolutiuis adijciatur, diſpoſitionem
conditionalem reddit *lege quibus diebus §. quidam Titio ff. de condition. & demonſtration. Bartol. Iaſon.*
Decian. & alij per Cagnol. in d. leg. lecta num. 172.
& ſequent. Vbi dat rationem differentiæ inter cõtractus, & vltimas voluntates, quia contractus
ſtatim à conſenſu partium, perfectionem recipiunt, proinde reſolutiua conditio potius habet vim modi, & non eſt potens ad ſuſpendendum, neque ad conditionandum, niſi conſtet
partes contrarium voluiſſe, vt multi dicunt, quod non ita in vltimis voluntatibus procedere
poteſt, in quibus perfectio reciproci conſenſus deficit, & ideo in his reſolutiua conditio
facit vltimam diſpoſitionem conditionalem *Ceſal. conſ.* 52. *numer.* 6. *& ſequent. Menoch. conſ.* 77.
num. 10. *conſ.* 105. *num.* 39. *Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita numer.* 178. *&* 329. *ff. ad Trebellian. Oldrad. Ancharan. & alij per Surdum conſ.* 268. *num.*
60. *Ponte conſ.* 20. *num.* 48. 49. *Fab. de Anna conſ.*
39. *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 11. *ſub numer.*
129. *Barboſ. in lege ſi coſtante §.* 1. *num.* 24 *ff. ſolut.*
104 *matrimon.* Verum id firmandum eſſe cenſeo, †
inſpectis tamen verbis diſpoſitionis, ſeu inſtitutionis. Etenim tunc in vltimis voluntatibus conditio in reſolutiuis poſita conditionalem reddit
diſpoſitionem, quando ea in diſpoſitis ante ius quæſitum apponeretur, & tunc procederent ſuperius citata iura, ſecus ſi ea reſolutiua conditio poſt ius quæſitum apponeretur, cum tunc
diſpoſitio non efficeretur conditionalis, ſed pura remaneret, ſub conditione reſoluenda nempe
ſi fiat ſimpliciter inſtitutio, & inde in aliquem euentum adijciatur clauſula conditionalis reſolutiua, videlicet caſu quo, & cætera, vel ſub
conditione tamen, & cætera *Surd. late dicto conſ.*
268. *nu.* 60. 61. *ad fin. Ceſal. conſ.* 52. *num.* 8. 16.
Gabr. conſ. 90. *num.* 11. *& ſequent. libr.* 1. *Hipollit. Riminald. conſ.* 244. *num.* 284. *& ſequent. Rota Bononienſ. poſt eum num.* 43. *Honded. conſ.* 58. *numer.*
79. *libr.* 1. *Cardinal. Tuſcu. concl.* 585. *& nu.* 4. *litter. C. lib.* 2. *Barboſ. in lege ſi coſtante §.* 1. *ſub num.*
24. 25. *ff. ſoluto matrimon.* Ea omnes potiſſimum
105 ratione moti, ex quo poſt † ius quæſitum ex pura inſtitutione ſemel hęres nõ poteſt deſinere eſſe hæres, *lege & ſi ſine §. ſed quod Papinianus ff. de minor. Bart. Imola. Cuman. Caſtrenſ. Alexan. Corn.*
Soccin. Crauetta. Ceſal. & alij per Surdum conſ. 268.
num. 57. *Menoch. conſ.* 1030. *num.* 4. *libr.* 11. *Anton. Faber. C. lib.* 7. *tit.* 7. *defin.* 6. *in fine.* Quidquid ſit in
106 filijs, † & nepotibus, qui ſub conditione caſual,
vel mixta ſaltem inſtitui nequeunt, & quid de
poteſtatiua, vel quo ad legitimam *lege ſuus ff. de hæred. inſtituend. lege ſi pater filium. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Gargiar. Patrocin.* 99. *num.* 3. *Molina de primogen. libr.* 2. *cap.* 1. *a num.* 29. *& ſequẽt. ad finem Maluaſ. conſ.* 24. *n.* 15. *Fonte conſ.* 20. *num.* 42. *Fachin. controuer. iuris lib.* 5. *cap.* 71. *Surd. dec.* 232.
n. 14. *& ſeq. Peregr. art.* 36. *nu.* 62. 63. *& ſeq. Paul. de Caſtro in d. l. ſi pater filium num.* 8. *Iaſon num.* 18.
19. *& Bart. in d. l. ſuus Angel. conſ.* 97. *n.* 2. *in fine per Cancer. variar. reſolut. lib.* 3. *ca.* 21. *de tranſmiſſ.*
n. 13. 14. 15.
107 Quæ poſſeſſio per ſtatutum † continuas, defuncto quæſita per conſtitutum, in hęredem transferri, & continuari prohibentur, ne duo fictiones concurrant, & ſpecialia multiplicentur
Bald. Barb. Caſſan. & alij per Mil. dec. 3. *n.* 114 115.
116. *lib.* 1. contrarium ſentit *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 25. dicens huius articuli reſolutionem pendere ab alio articulo, ſi poſſeſſio, ex vi huiuſmodi ſtatuti, vera ſit, quam veram firmauit. *Idem Mol. dicto loco. n.* 19. *& nos n.*
52. *ſupra.*
108 Non continuatur † in fiſcum, qui non ſuccedit, vti hæres, ſed ex confiſcatione, vel aliter *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 52. *Honded. conſ.* 42.
numer. 39. *lib.* 1. *Caualcan. deciſ.* 3. *num.* 10. *lib.* 2. *& deciſ.* 39. *libr.* 3. *Tiraquel. le mort Saiſit. par.* 2. *de-*
109 *claration.* 15. *nu.* 16. *& ſeq. Maſtril. infra* ſecus †
ſi iure ſucceſſionis fiſcus admittatur, ſicut, &
alij legitimi de iure ſucceſſores. *Tiraquell. le mort Saiſit par* 2. *declarat.* 15. *per tot. Maſtril. in addiction. ad Petr. de Greg. de indic. cauſar. feudal.*
q. 18. *liter. A.*
110 Et an hęres, † in quem fuit continuata poſſeſſio poſſit de facto eijcere alium rei poſſeſſorem,
Peregrin. art. 47. *n.* 24. 25. 26. *& ſeq.*
Quæſtionis quoque eſt ad materiam capituli
111 prędicti Ferdinandi 43. ſi continuari † debeat
poſſeſſio in eum hæredem, qui de iure verus ſit
ſucceſſor, vel in hęredẽ ſcriptũ, Et quamuis *Petr. de Gregor. de indic. cauſar. feudal. q.* 17. 18. *Rinald. Coſſitel. Cumia, Blaſcus, Lancea, Antonius de Siracuſis in cauſa Comitatus Sancti Marci, Antonius de Angelo in cauſa Baroniæ Martinorũ. Cumia ritu* 38.
n. 130. quod in verum ſucceſſorem continuari debeat profiteantur, & eiuſdem ſententiæ videtur
fuiſſe *Bonior. in cauſa feud.* Tamen contraria ſentẽtia eſt verior, & magis probata, vt in hæredẽ ſcriptũ cõtinuetur, etiam quod ad alium pertineat
de iure ſucceſſio, & dominium, ex forma dicti capituli *Milan. deciſ.* 3. *lib.* 1. *in cauſa Marchionatus Giarratana, & dec.* 1. *in cauſa Baroniæ Prizi, & in cauſa Baroniæ Biſcaris. Pariſ. conſ.* 41. *lib.* 1. *Alciat. conſ.* 276. *in cauſa Goliſani, in cauſa Mobartæ, & in cauſa Mazaræ Bolognett. conſ.* 5. *n.* 20. *&* 36. *& cõſ.*
7. *num.* 59. *Boniorn. in appoſtil. ad Capitulum Regni prædictum* 43. *ſub Ferdinando*, vbi dicit ita fuiſſe
deciſũ in cauſa Frigentini *Campixiam, & alij noſtrates.* quos refert *Corſett. conſ.* 15. *nu.* 13. *&* 16.
vol. 6. *in manu ſcriptis, & cõſ.* 9. *n.* 13. *in feudal. Maſtril. ad Pet. de Gregor. de iudic. cauſ. feudal. q.* 18. *in fine, & dec.* 72. *n.* 9. *dec.* 110. *n.* 24. *&* 25. *Hipol. Riminal. conſ.* 91. *n.* 9. *in princip. Honded. cõſ.* 28. *n.* 28.
lib. 1. *Couar. variar. reſolut. libr.* 3. *cap.* 5. *nu.* 6. *Dec. cõſ.* 47. *n.* 11. *lib.* 3. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 47. *n.*
20. *& ſeq. & conſ.* 4. *n.* 51. *& ſeq. l.* 1. *Cumia in c. ſi aliquem verb. antiquis n.* 385. *Intrig. de feud. centur.*
2. *artic.* 92. *n.* 21. *cum præcedentibus Molin. de primogen. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 41. *& c.* 12. *Greg. Lopes. l.* 7. *p.* 5.
tit. 4. *plene Corſettus Regens in addiction. ad Patrem conſ.* 18. *n.* 27. 28. *ad finem.* Et cum iſta veriore mutauit ſententiam prout prudẽtum eſt, *idem Petr.*

Digitized by Google

*de Greg.de conceſs.feud.p.4.quæſt.*11.*n.*20. 21.*vbi*
112 *additio.*Quidquid ſit† de iure Hiſpano *ex l.Tau-*
*ri.*45.per quam in eum hęredem vel ſucceſſorem
bonorum deſuncti continuatur poſſeſſio, (*queſi-*
gun la diſpoſition del Mayorazgo deuiere delueceder
113 *en el*)vt diximus latius infra in caſibus tamen †
quibuſdam particularibus non in hæredem ſcri-
ptum,ſed in vere ſucceſſurum continuari poſſeſ-
ſionem diſpoſitum ſuiſſe in Regno,vt in cap. Im-
peratoris Caroli 118.204.258. & ſub Rege Phi-
lippo c. 18. ponderando capitulum prædictum
258.dicunt *Milan.dec.*3.*num.* 247.*lib.* 1. *Cumia in*
cap.ſi aliquem verbo antiquis ſub nu. 385.*& Fuſius*
*Corſetus Regens ad patrem conſ.*18.*n.*31. Deficien-
114 te tamen† hærede ſcripto in hæredem ab inte-
ſtato poſſeſſionem continuari diſpoſuit *cap.* 43.
*prædictus Milanenſ.deciſ.*3.*num.*43.52.*libr.*1. cum
præſumptio *lege conficiuntur. de iure Codicillorum*
concurrat *Tiraquell.le mort Saiſit in* 7. *declarat.*
2. *partis Hippolit.Riminal.conſ.* 352.*num.*81. *In-*
*trigliol.ſingular.*145.*lib.*1. *Caualcan.dec.*39. *num.*
2.*libr.*3.

Nec abſolutè verum eſt in materia, quod adeo
ſtatutum in hæredem continuet poſſeſſionem ,
115 †vt teſtator non poſſit,nec expreſſe facere,quod
tale ſtatutum non continuet, *vt dixit Faber.in* §.
*alteri col.*4.*Inſtit.de inutil.ſtipulation.per Caſsan.in*
*conſuetud.Burgund.rubr.*7.*verb.le mort.Saiſit.verſ.*
& de hoc n. 5.*Gugliel.de benedict. in c. Rainutius*
verb.mortuo teſtatore il 2. *num.* 72. *de teſtam.per*
*Mil.deciſ.*3.*n.*59.*libr.*1.Quę auctoritates adductæ
fuerunt ab Illuſtre Præſide Hyeronimo de Neapo-
li in dicta cauſa Giarratanę,ad quod poſſet addu-
ci *Caſſan.cōſ.*19. *& alij per Tiraq.le mort Saiſit p.*7.
decl. 3. vbi etiam,ſi a teſtatore pœna adiecta ſit ,
& generale eſt, vt non poſſit facere teſtator.quod
leges,& ſtatuta non habeant locum , in ſuo teſta-
mento , *Doctor.in leg. nemo poteſt ff. de leg.* 1.
& in ſpecie iſtius ſtatuti dixit. *Rota apud Mohed.*
*dec.*4.*n.*2.*de teſtamentis alias dec.* 302. Contrariū
116 † alij verius putarunt in Regno procedere , vt
deciſum fuit in M.C.in cauſa Territorij di li Bi-
gini,pro Fabritio Gaffreo,& Ponte,cōtra Franci-
ſcum Blanco,& in cauſa prædicta Giarratanæ, &
illud procedere dicunt de conſuetudine particu-
lari Galliæ,& ita loquuntur præcitati,& etiam
Tiraquellus,& ita in ſpecie dicit *Menoc. de adipi-*
ſcend.poſſeſſ.remed. 5.*ſub n.* 33 allegando *Tiraq. in*
d loco,& ponendo iſtud pro limitatione.Nā alias
de iurę communi non eſſet dubium , vt quemad-
modum poteſt teſtator de cæteris rebus diſpone-
re,ita etiā poſſet diſponere de poſſeſſione in præ-
iudicium hæredis vniuerſalis,transferendo in aliū
cum legis vigorem obtineat teſtatoris diſpoſitio,
117 *ex vulgato §. diſponat Auth.de nup.*& in ſpecie,†
quod ſtatutum poſſeſſionem in hæredem conti-
nuans non operetur contra voluntatem teſtato-
ris,alias in cauſis prædictis Giarratanæ,& de li Bi
gini fuit adductus *Menoc. de adipiſcend. poſſeſſ. re-*
*med.*4.*n.* 84.*q.*9.*&* 10. *Ioannes Bexianus in conſue-*
*tud.Aluern.c.*12.*art.* 1.*verſ.primus caſus,*vbi quod
reſpectu poſſeſſionis continuandæ vigore ſtatuti
concurrere debeat præſumptio tacitæ volunta-
tis defuncti *ex l.conficiūtur ff.de iure Codicil Milan.*
*dec.*3.*n.*43.45. 52.220.244.*l.*1.*Rim.conſ.*91.*n.*10.
118 *lib.*1.Et de iuris † communis diſpoſitione pro-
cederet contrarium,quando ſimpliciter teſtator
mandaret,quod poſſeſſio nō continuetur in hære-
dem,ponendo poſſeſſionem in pendenti,in ſuſpē-
ſo,& in aere ,ſed cum de poſſeſſione illa diſpone-
ret in alium, vel poneret eam in ſuſpenſo gratia
alterius,tunc non video legem repugnātem,qua-
re teſtator, nō poſſit hoc facere,& ſi ad maiorem
claritatem percurimus per rationes,quæ pro cō-
traria opinione poſſent adduci euidētius appare-
bit, quod id nulla lege teſtatori videatur prohibi-
tum ſi enim adducitur Regula , qua videtur mo-
tus *Faber.& Gugl. de Benedictis in d. loco ex l.nemo*
poteſt de l. 1.vt non poſſit facere teſtator , quin le-
ges,& ſtatuta in ſuo teſtamento locum habeant.
Reſpondetur quod immo teſtator dando licen-
tiam legatario, vel alio capiendi propria aucto-
ritate non facit quod ſtatutum non cōtinuet poſ-
ſeſſionem in hæredem , nam ex iſto ſtatuto illico
poſſeſsio volat,& tanquam Sagitta in hæredem
tranſit,& ſic ſtatutum in illo iſtanti operatum eſt
effectum ſuum quamuis inde detur locus licētiæ
capiendi,quæ à teſtatore fuerit conceſſa , quod,
quo ad actualem rei poſſeſſionem ſine ſcrupulo
credo procedere,pariter ſi pro contraria opinio-
119 ne adduceretur ratio† quod duo inſolidum poſ-
ſidere non poſſunt *Milan.dec.*1.*n.*96.*l.*2.*Surd.conſ.*
179.*n.*27.Reſpondetur quod imò ſtante dicta li-
centia a teſtatore attributa,nō inducitur,nec re-
ſultat iſtud quod duo inſolidum vno eodemque
tempore poſſideāt , ſed hæres ex ſtatuti,vi ſtatim
cōtinuat,& ſolus poſſidet inſolidum,ex inde vero
alternatim,ſi legatarius vel fideicommiſſarius di-
cta licentia vtitur capiēdi auctoritate propria, &
capiat,poſſidebit ipſe legatarius, vel fideicōmiſ-
ſarias ſolus inſolidū,prout antea ſolus hæres poſſi
debat proinde tollitur abſurdū, quod duo inſoli-
dū eodem tēpore poſſideant, ſi vero pro cōtraria
120 opinionē† dicatur quod licentia capiēdi poſſeſ-
ſionem intelligi debeat , ſi ſit vacans non autem
ſi ſit plena,ne ex tali licentia delictū oriatur que-
madmodum ſtante ſtatuto continuante poſſeſſio-
nem poſſeſſio nunquam ſit vacans, ſed ſemper ſit
plena quod propterea huiuſmodi licentia nihil
operetur.Reſpōdetur quod id in dubio capiendū
eſt in licētia generaliter & ſimpliciter data capiē-
di poſſeſſionem, quæ de vacanti intelligitur , non
de plena ſeu occupata , ſi vero eſſet data facultas
capiendi poſſeſſionem etiam plenam tunc ceſſat
obiectum, quod procedit in dubio , & cum teſta-
tor,qui ſcit poſſeſſionem in hæredem ex vi ſtatuti
ipſo iure continuatam eſſe , nihilominus dat li-
centiam legatario, vel fideicommiſſario intrandi
poſſeſſionem propria auctoritate , poteſt enim
lex,teſtator,vel iudex ſcienter tribuere licentiam
capiendi propria auctoritate poſſeſſionem etiam
plenam ſic in ſpecie id probatur,cum de iure cer-
tum ſit legatarium non poſſe capere poſſeſſio-
nem propria auctoritate , & ſi capit incidit in pę-
nam *leg.non dubium Cod.de legat.*quæ lex procedit
hęrede poſſidente vt dicit ibidem *Gloſa,Ruin.&*
*alij per Menoc.de recuperan.poſſeſſ.remed.*5.*num.*31.
Tamē,ſi data ſit facultas legatario capiēdi poſſeſ-
ſionem

Digitized by Google

ſionem auctoritate propria, tunc qoamuis poſſeſ-
ſio, ſit plena, quia hæres poſſideat, nihilominus
poterit impune legatarius dicta liceotia, vti, &
propria auctoritate poſſeſſionem intrare, nec
erit locus *dictæ l. non dubium*, vt poſt multos ſcri-
bit *Menoc. d. remed. 5. n. 33.* Item obiectũ procede-
121 re ſentio, ſi poſſidens † legatario, vel fideicom-
miſſario reſiſteret, qoi veniret ad capiendam poſ-
ſeſſionem ex licentia teſtatoris, tunc talis, licen-
tia nõ prodeſt legatario, ſed venire debet aucto-
re Pretore, cum teſtator non poſſit dare licentiã
quod poſſeſſio capiatur contra poſſeſſorẽ reſiſtẽ-
tem, quia hæc violentia non cenſetur ſibi permiſ-
ſa, nec minus occaſio delinquẽdi permitti poteſt
ad text. in l. non eſt ſingulis ff. de regul. iuris, & de-
clarat *Menoc. de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. n. 32.*
Achill. Perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. n. 406. Graſſ.
§. fideicommiſſum q. 43. n. 7. verſ. ſcias etiã. Et quod
122 fideicommiſſarius † poſſit ex licentia teſtatoris
capere poſſeſſionẽ, etiam plenam. & contra hę-
redem poſſidentem, non autem reſiſtentem *profi-
tentur Caualcan. de vſufruct. n. 12. Plotus Galiaula,
& alij per Surd. conſ. 265. nu. 35. Menoch. de adi-
piſcend. poſſeſſ. remed. 2. num. 53. Seraſin. dec. 492.
num. 5.*

Cumque ſtatuti huius diſpoſitione in hæredẽ
tam ex teſtamento, quam ab inteſtato continue-
tur defuncti poſſeſſio, illa ſuborta eſt difficultas
in Regno circa intelligentiam dicti Capituli an
123 † poſſeſſoriũ huiuſmodi mixtæ oaturę ſit, & nõ
merum cum hæres neceſſe habeat, vt beneficio
ſtatuti iuuetur demõſtrare ſe Hæredẽ eſſe idque
ad ſubſtantiandam poſſeſſionem videtur requi-
ri; & ſic videator proprietatis cauſam ita inſitam
& annexam habere, vt omnis exceptio, quæ peti-
tionem hæreditatis perimeret, perimere habeat
fictionem, & beneficium ſtatuti, & quidquid pro-
prietati detrahitur, detrahi, videatur poſſeſſio-
ni, ac videatur principaliter, & ſubſtantiue quæ-
ſtionem eſſe ſuper ipſa hæreditate, & iure domi-
nij. Quod cognoſci iuuat, tum ad effectum appel-
lationis poſſeſſorij mixti ſuſpenſiue concedendæ,
tum ad probationes, & latiores inducias indul-
gendas, vt fidẽ faciãt in iuditio petitorio ordina-
rio, tũ ad effectum vt ſententia lata in poſſeſſorio
mixto, exceptionem rei iudicatæ pareat in peti-
torio, tum etiam vt in iuditio prædicto mixti poſ
ſeſſorij exceptiones proprietatis cauſam atti-
nentes admittantur.

124 In quo verius eſt † eam in hoc capiendam in-
terpretationem, vt ſi probabiliter de hærede vero
non dubitetur veluti ſi ex teſtamento cõſtet pro-
pter eiuſdem apertam, & apparentem fidem, vel
ab inteſtato quem ſucceſſurum compertum ſit
(in quo nempe improbando, ſe hæredem, vt im-
mittatur, nec plenariam cognitionem requiri vt
in mixto poſſeſſorio de iure conſtitutum eſt, ſed
tãtum ſummariam, quæ iudicis expetitur officio)
& tũc merum, nõ mixtum iudicandum eſt poſſeſ-
ſoriũ, vt ex pluribus in cauſa Marchionatus Giar-
ratanæ ſenſiſſe Magnam Curiam refert *Milan. de-
ciſ. 3. num. 19. & ſeq. ad n. 33. & per tot. lib. 1. poſt
Concard. Bald. Signorol. de Amodeis. Bero.* & alios
125 per eundem relatos, ſi vero † quis hæres ſit, vel
ſucceſſor, ita ex diſpoſitis per teſtatorẽ, aut ſtatu-
tũ, vel aliter dubium ſit, vt neceſſario de iure do-
minij ad fundandum qois ſit hæres, vel ſucceſſor
diſceptandum principaliter ſit ad cauſam poſſeſ-
ſionis ſubſtaotiandã, ita, vt ex cognitione Domi-
nij, ſeu qualitatis, quis verus ſucceſſor ſit reſulta-
re habeat poſſeſſionis continuatio ex beneficio
ſtatuti, & tũc poſſeſſoriũ mixtũ, & nõ merum iu-
126 dicãdum eſſe ſentio, vt ſi id † eueniat ſtatuti di-
ſpoſitione, quemadmodum *ex l. Tauri* 45. Sanci-
tum, eſt vt mortuo vltimo maioratus poſſeſſore
poſſeſſio, ciuilis, & naturalis bonorũ eiuſdẽ ma-
ioratus tranſeat in eum ſucceſſorem, *Que ſegun
la diſpoſicion del maiorazgo de viere de ſucceder en
el.* Ex quibus verbis compertum ſatis eſt quod
quamuis remedium dictæ legis ſit poſſeſſorium,
eius tamen naturę, & qualitatis eſt, vt habear ad
mixtã, & inſitã cauſam proprietatis, ad eo, vt in eo
nõ poſſit obtinere niſi ille, qui prius ſe eſſe verũ ip
ſius maioratus ſocceſſorem probauerit, quod ne-
ceſſario proprietatis cauſam contingit, cũ prius
tractandum, ac diſcutiendum ſit de iure Dominij,
vtrum is, qui in poſſeſſionem maioratus benefi-
tio legis prædictę in eum translatã eſſe prętendit,
ſit verus ac legitimus eiuſdem maioratus ſucceſ-
ſo, vel non *Palaci Rub. in l. prad. Tauri. n. 2. Greg.
Lopes l. 7. tit. 4. par. 5. gloſ. verb. poſſeſſ. Gomes l. Tau-
ri 45. n. 194. in fine Molin. de primogen. Hiſpan. l. 3. c.
13. a n. 9. ad n. 23. Valenz. Velazquez conſ. 97. num.
220. 221. conſ. 69. n. 248. 249. Mol. Theolog. de iuſt.
& iure diſput. 637. n. 4. 5. 6. 7. 8. Pallaez. de Maio-
ratu t. 1. p. 3. q. 24. n. 4. Criſtoner. de Paz in ſcolys leg.
Stili 251. n. 40. f. 674. Villadiego in politica in titulo
de la forma de libellar de la inſtrucion y de las clau-
ſulas generales de los libellos n. 170. fol. 64. Fontan.
de pactis dotal. clauſ. 7. gl. 3. p. 1. n. 50. & p. 4. n. 24.
25. vol. 2. Auendag. in l. Tauri. 45. gl. 7. nu. 2. 3. fol.*
190. qui refert, & ſequitur *Molina. d. cap. 13. Mi-
lan. dec. 3. n. 13. l. 1. Rouit. cõſ. 5. n. 12. & 13.* Vel ſi iu-
127 ditio teſtatoris id † contingat, vt in cauſa prædi-
cta Giarratanę ille Don Garſias teſtator declara-
uit nolle Donnam Belladamnã Ducisſam Bisbo-
næ hæredem inſtituere, quia nollebat apud infe-
ros detrudi, & animam ſuam detrimentum pati,
ſed volebat quod bona tranſirent, & peruenirent
ad vocatos ex diſpoſitione ſuorum prędeceſſorũ,
vt refert Milan. dicta dec. 3. n. 43. lib. 1. & in cauſa
Baroniæ Gruttarum ille Don Baldaſſar Monte-
aperto Baro vltimo loco defunctus coram teſti-
bus declarauit, quod Baronia vadat ad eum, ad
quem de iure ſpectat, de qua cauſa ſcripſit *Intrig.
dec. 42.*

Dic igitur in caſibus prædictis cauſa poſſeſſo-
riam, & continuationis vigore capituli prædicti
Regis Ferdinandi omnino eſſe mixtam ex ſtatuti
diſpoſitione ita forte dictante, vt eſt lex prædicta
Tauri, vel iudicio teſtatoris, & cõditionali diſpo-
ſitione ab origine, & ex natura primordiali illius
poſſeſſorij, cum per neceſſarium antecedens co-
gnoſcendũ primo loco ſit quis verus ſit hęres, re-
cognoſcendo formas inueſtiturarũ, priuilegiorũ,
& teſtamentorum quæ omnia ad fundãdũ domi-
nium & petitorium neceſſario tendũt, *Milan. dec.*
128 *3. li. 1. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. & ſeq.* Vbi, † quod quã-

do duo ſunt inſtituti conditionaliter , nempe ſi
competit, tunc ſit poſſeſſorium mixtum, ex iuditio
129 teſtatoris, & † in illo poſſeſſorio ſit mixto ex natu-
ra, & ſubſtantia ipſius iuditio teſtatoris dicūt DD.
quod quidquid detrahitur, vel additur proprieta-
ti detrahitur, vel additur poſſeſſioni, & è conuer-
ſo *Molin. dicto capit. 13. num. 9. 10. & ſequent.* Pro-
inde *Milan.* dicto loco *num.* 14. 15. firmat, quòd
130 † ideo in illo poſſeſſorio diuerſimodè procedi-
tur, quam in illo ſummariſſimo , ex quo in illo
cum plena cauſæ cognitione, cum teſtibus parte
citata proceditur, & plenarie cauſa examinatur,
Iaſon. conſ. 54. n. 4. Bald. conſ. 141. 130. libr. 2. Vbi
131 † poſſeſſorium iſtud mixtum, & appellabile ſu-
ſpenſiuum iudicat, ex quo in eo plene diſputan-
dum, & cognoſcendum eſt, ſi qualitas, vel condi-
tio à teſtatore requiſita concurrat in hæredem,
vel non in quem continuari poſſeſſionem vigore
132 ſtatuti prętenderetur, & quoties, † contingit du-
bitari, ſi quis poſſit eſſe, vel non eſſe hæres, intrat
petitorium inſitū ſubſtantiuè in ipſo poſſeſſorio,
ſequendo *Baldum* tradit *Contard. in l. 1. C. ſi de mo-*
133 *mentan. limitat. 2. §. 2. n. 2. 3. 7. 8. & n. 4.* probat †
quod decidēdo iudex poſſeſſorium, ſit tacita de-
claratio in illo caſu , quod ſit verus hæres, vel per
æquipollens, & ſic ſuper petitorio inſito *& §. 1. d.*
134 *n. 21. a n. 27. fol. 181.* vbi, † quod quando Domi-
nium ſubſtantiat libellum, etiā quod non ſit deci-
ſum, datur appellatio ſuſpenſiua *Bero. conſ. 111. n.*
15. l. 3. qui probat, quod illa quæſtio in huiuſmo-
di poſſeſſorio, etiam à petitorio ſeparato, dicitur
etiam principaliter, & ſubſtantiuè tractari ſuper
petitorio & non ſuper poſſeſſorio, tantum ; vnde
ratione miſturæ ſit appellabile ſuſpenſiuum , ſi
prætenditur continuatio vel filius, vel hæres in tā-
tum quod cui non ſonet ius in petitorio, ne in poſ-
ſeſſorio cū exceptiones omnes , quæ petitorium
perimunt, perimūt quoque poſſeſſorio, quia ſunt
annexa, Et *Contar. d. lim. 2. 10. 11. f. 168.* iſtam cau-
ſam poſſeſſoriam ita mixtam appellabilem ſu-
ſpenſiuam eſſe concludit cum ſit, quod diſputari
omnino debeat de proprietate, & iure hæredita-
135 rio. Quod ſecus eſt, † cum quis cōditionem ali-
quam hæreditariam, aut filiationis, quæ eumdem
ſucceſſibilem rederet probare, non cogeretur, vt
puta ſi ſimpliciter in teſtamento ſcriptus , hæres
reperiretur, cum tunc ſufficiat ſola teſtamenti non
abraſi ; non cancellati oſtenſio , & productio ,
iuſta text. in l. fi. C. de edicto Diui Adrian. tollend.
& ſic in mero poſſeſſorio, ſimplici , & momen-
taneo, in quo quis ſimpliciter hæres ſcriptus eſ-
136 ſet, & vere, † de titulo probandum non ſit ſub-
ſtantiuè, ſed forte titulus opportaretur ad colo-
randum, & confortandum tantummodo, *vt tradit*
Bald. dicto conſ. 330. libr. 1. Menoch. de recuperand.
137 *poſſeſſ. remed. 9. n. 320. 328.* Secus † cum vter-
que eſſet inſtitutus ſub aliqua conditione ſubſtā-
tiua petitorij, quæ fundari opporteret *ex Doctri-*
na Bald. conſ. 141. lib. 1. tradit *Maſtril. dec. 42. n. 3.*
& ſub n. 14. 15. & hanc diſtinctionem maxime
ſtante ſtatuto, ſequēdo *Bald. d. conſ. 141.* tradit *Lu-*
douic. Sacc. conſ. 2. n. 126. 127. qui ſequitur *Contar-*
dum, & Berouns ſuperius adductos *Grat. dec. 60. n.*
138 *13. 14.* & ea inter alias eſt ratio, quod † poſſeſſo-

rium iſtud, quamuis ſeparate decidi, ac terminari
deberet, adeò continet in ſe implicitā cauſā peti-
torij, & meritorum, quod impoſſibile eſt diuidi, &
ſeparari poſſe, proinde taliter mixtum eſſe con-
ſtat, quod ſicut a petitorio ſuſpenſiua conceditur
appellatio, ſic etiā ab iſto ita mixto poſſeſſorio,
quia merita petitorij ab huiuſmodi poſſeſſorio in-
diuiſibilia ſunt, *Contard. tradit. d. limit. 2. 9. 9.* quē
ſequutus eſt *Scaccia de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 17.*
139 *limit. 6. membr. 9. ſub nu.* 8. Probans , † quod eſto
quod pars millies proteſtaretur quod ſuper ſolo
poſſeſſorio terminandum ſit, nil profit , quia iſto
modo eſſet in partis facultate ſubuertere, etiā
mixturam mixtam a teſtatore , maxime quando
proprietas ad poſſeſſoriū ſubſtantiandū adduci-
tur *Bero. q. familiar. 100. Contard. d. limitat. 2. f. 19.*
Scaccia de appellat. membr. 9. lim. 6. n. 42. ad nu. 44.
fol. 613. Grat. dec. 136. vbi ad ſubſtantiandum poſ-
ſeſſoriū erat diſcutienda maſculinitas , & dicitur
habere admixtam, & inſitam cauſam proprieta-
tatis daturque appellatio ſuſpenſiua *Mar. Angui-*
fol. conſ. 140. n. 2. qui firmat, quod iſto caſu iu-
ditium poſſeſſorium eſt radicatum in cauſa pro-
prietatis, ita vt ab ea ſeparari non poteſt, quia im-
poſſibile eſſet dicere heredem poſſe agere ad poſ-
ſeſſorium niſi probata ſubſtantiuè conditione.

In Materia placuit *Sigiſmundo Scaccia de appel-*
140 *lation. d. membr. 9. n. 5.* dicere † mixturam tan-
tum conſiderandā eſſe in ſententia ipſa ad indul-
gendam ſuſpenſiuam appellationem ſed idem, &
141 *Scaccia* immediate ſubnectit. Hanc † mixturam
in ſententia eſſe triplicem, & tribus modis con-
ſiderari poſſe. Prima eſt quę principaliter, & ex-
preſſe poſita eſt in ſententia ſecunda quę ſtat
cōſequutiuè ad ſententiam, & oritur ex proceſſu
ex conſenſu partium tacito, ex actitatis , vel ex-
preſſo . Tertia, quę virtualiter ineſt. Item clariùs
Scaccia dicto loco n. 8. limitando regulam & exem-
plificationem primę mixturę in ſententia , vide-
licet, quando principaliter, & expreſſe poſita eſt
in ſententia dicit , quod iſta prima mixtura non
procedit, quando ſententia eſt ſimpliciter lata ſuper
per aliquo remedio poſſeſſorio quod habet in-
diuiſibiliter ad mixtam cauſam proprietatis, quia
tunc magis attenditur id quod eſt extra ſenten-
tiam, quam quod eſt expreſſum.
142 Ad idem † *Corn. conſ. 10. lib. 4. & Mariſcot. var.*
reſol. c. 75. n. 8. l. 2. profitentes mixturam eſſe de-
bere in ſententia nō loquuntur in caſu, vbi adeſt
mixtura complicata ab initio ex natura ſtante
forma inſtitutionis conditionalis , & iuditio
143 teſtatoris Item . *Mariſc. n. 10.* limitat, † quod vbi
plene, & per neceſſe de nullitate, ſeu meritis pe-
titorij cognoſcitur tunc ſuſpenſiuè appellatur ex
mixtura cauſę proprietatis indiuiſibili, & id *Ma-*
riſc. ponit pro fallētia ad illud quod dicitur, quod
habet eſſe mixtura in ſententia, & *n. 43.* limitat nō
144 procedere in † poſſeſſorijs mixtis ſu natura, pu-
ta quia cauſa proprietatis eſt inſeparabilis, cum
oporteat plene de titulo cognoſci, vnde eſto, quod
non ſit in ſententia mixtura, mixtum iudicatur
145 poſſeſſorium, & appellabile ; Nec videretur †
mixturam requiri in ſententia quando vterque
debet venire ex pari titulo tunc apud omnes
indu-

Digitized by Google

indubitanter,poſſeſſorium eſt mixtum, & appel-
labile vltra prædictos videndus Marcheſan. de cō-
miſſion.p 1.tit.de commiſſion.appellationis in Saluia-
no interdicto. §. 2.n. 92.fol. 1007. & licet loqua-
tur in cōſtitutione Aegidiana,recipit tamen om-
nes declarationes, & pari paſſu ambulat cum l.
vnica de momentan.& Peregr.conſ.2.n.11.lib.1.di-
cit non eſſe curandum de cumulatione petitorij
cum poſſeſſorio quando eſt,ex natura mixtum,&
dicitur tunc agi principaliter de proprietate.

146 Cæterum an † cauſę poſſeſſoriæ mixtæ ſui na-
tura illæ tantum ſint,quæ ſunt expreſſæ de iure, &
quæ recenſentur in l.2.§.quædam ff.de interd. Ru-
ginell.de appellation.§.2.cap.3.num.750.& ſeq.fol.
129. cæteras cauſas excludendo; Quo circa
147 negatiue † reſpondendum eſt, quia tam textus
in dicta lege 2.quam Ruginel.loco prædicto tantum
exemplificatiue,& non reſtrictiuè, & excluſiuè
loquuti ſunt, ibi verſiculū exemplū eſt. & cętera,
148 quod † exemplum diſpoſitionem non reſtrin-
git §.hactenus inſt. de gradib.Menoch.conſ. 2. num.
205. tanto magis, quod habemus expreſſum de
iure ex indiuidualibus diſpoſitionibus,quod poſ-
ſeſſorium poteſt reddi mixtum ex iudicio teſta-
toris ſuis natura, Ponte deciſion.40.num.3.verſic.
rurſus.

Et proſequendo materiam capituli prædicti
Ferdinandi 4. influit ex ijs quæri, quid dicendū
149 in ſubſtituto, & Primo de fideicommiſſario †
qui propria authoritate bona fideicommiſſo ſu-
biecta apprehendere, vel occupare prohibetur,
ita vt a manu hæredis capere omnino habeat, ſi
poſt aditam per hæredem hæreditatem,ac poſſeſ-
ſionem adeptā fideicommiſſum occupauerit, &
aliter cum vitio diceretur fideicommiſſarius poſ-
ſidere l. Paulus,& tradunt Doctor.in l.*reſtituta ff.
ad Trebelian.Bart.& Doctor.in l.centurio ff. de vul-
gar.l.1. C.commun. de legat.l.1.in princ.ff. quorum
legatorum §.reſtitutio inſtit.de fideicommiſſar.hære-
ditat.Pariſ.conſ. 54.n.12.vol.3. Dec. conſ.243.n.3.
Neuizan conſ 33.num 12.Argel.de legitimo contra-
dictor.q.10.art.14.n.207.Sforz.Odd.de compend.p.
5.præmiſſ.6.differ.4. Rota Roman. deciſ. 565.p.1.
Seraſin.deciſ.271.num.1.dec. 1065. num.3.Natta
conſ.396.nu.8.Bero.conſ.54.nu.41.lib.2.Rota Rom.
apud Farinac. dec 115.n.3.p.1.t.1.Bardell.conſ.92.
n.4. 5.Craſſ.§. fideicommiſſum.q. 43.Card. Tuſch.
concl.268.n.1.liter.F.Bertazol. conſ.69.n.38.in ci-
uil. Tiraq.le mort. Saiſit p.2. declarat.11.Surd.cōſ.
73.n.28.& ſeq. dec.333.num. 8.cōſ.235.ſub n. 26.
Molin.de ritu nuptiar. l.3.q.22.n.21.Rota Auenion.
dec. 104.ſub n.1. Ricci collectan.1254.Couar. in c.
Rainutius §.100.nu.4.de teſt.Farin. q.175.p.9. nu.
290.317.& ſeq. Milan. dec.1.num.88.libr.1.Rota
Rom.apud Ludouiſ.dec.206.n. 5.6.vbi additio Ro-
laud.conſ.78.n.14.libr. 3. Rouitus conſ.50. nu. 31.
32.Anton.Faber. C.libr.6.tit. 7.defin. 6. Peregrin.
de fideicōmiſſ.art.47.n.10.11.& ſeq.& n.73.ſub nu.
78. Ponte de poteſt. pro reg. tit. 10.§.1.num. 25.
150 † etiam hæreditate iacente Hipol. Rimin. conſ.
91.n.23.Bar.Caſtrenſ.Alex.Ang.Odoffred.Alber.
per Camillum de la ratha.conſ.28.n.35. Quod pro-
151 cedit etiam in caſibus,† vbi reſtitutio fideicō-
miſſi ipſo iure fit,vt tunc a manu hæredis etiā ca-
picnda ſit poſſeſſio Gl.in leg. 1.verbo quoties vbi
Doctor. ff.ad Trebell, Bald.in l.penul. C. ad Trebell.
Natta conſ 223.num.1.conſ.395.nu. 8.& ſeq.Alex.
conſ. 82.num.4.vol. 2.Bero.conſ.56.col.1.conſ. 58.
col.2.vol.2. Dec. conſ.424.n.15.Roland.conſ.78.n.
15.l.3.Craſſ. §.fideicommiſſ.q. 43.nu.4.Ceſal. conſ.
49.n.3.Peruſ.dec.47.n.15.Surd.conſ.73.n.29. dec.
333.ſub n.8.& conſ.265.ſub n.26.Peregr.art.47.n.
19.& 78.in fin. Celſ.Vgon.conſ.24.n.3.4. Gratian.
diſcept.47.n.4.Ricci collectan.1254.Crauetta conſ.
376.nu.12. Hypol. Rimin.conſ. 363.num. 21.conſ.
729.n.9.Simon. de Pretis de interpretat. vltimar.
voluntat.libr.5.interpretat.2.dub. 1.nu. 80.Berta-
zol.conſ.69.n.39.in ciuil.Tiraquel le mort Saiſit.p.
2.declarat.11.n. 2. Oſaſc. dec. 34.num.22.Farinac.
q.175.p. 9.n. 290.in fine & n.292.& dec. 115.n.
152 3.p.1.t.1.Et quibus† caſibus ipſo iure fideicom-
miſſario cenſeatur facta fideicommiſſi reſtitutio
probāt Gl. in l.penul. §.cum autem verbo ipſo iure C.
ad Trebel.& ibidem communiter Doctor..Aret.conſ.
37.nu.10.Ceſal.conſ.49.n.18.& ſeq.& conſ. 50.per
tot.conſ.215.n. 27.Oſaſc.dec.73.in fine Petra. de fi-
deicom.q.3.in fin. nu. 47. Burſat.conſ.48.n.9.Natta
conſ.200.num. 2.Becci conſ.97.n.9.10. Hypol. Ri-
min. conſ.363. n.19.plene Honded. conſ.26. a num.
9.ad n.21.lib.1. Roland.conſ.81.n.17.lib. 2. Craſſ.
§.fideicommiſſum.q.42.n.6.q. 56.n.6.Surd.dec.25.
n.20.Pereg. art.2.nu.56.57. 58. & ſequent. plura
Bero.conſ.129.num.15.conſ. 58.n.3.conſ.102.num.
28.verſ.poſſet etiam libr.2.Dec.conſ.44.in fin. lib.3.
Menoc.conſ.44.n.15.Intrig.de ſubſtit.cent.3. q.73.
a n.79.ad n. 90.Grindl.dec.Dolana.52.n. 38. Tuſc.
concl. 268.nu.37.littera F.& n.50.& ſeq. & n.55.
56.& ſeq.& n. 69.
153 Inde eſt, quod † nec ſtatuto huiuſmodi de
continuatione poſſeſſionis iuuetur fideicommiſ-
ſarius vt omnes fere pręcitati probant,quod qui-
dem verius,eſt ac regni moribus recepta ſenten-
tia præciſe Tiraquel.dicta declar. 11.n.16.qui om-
nes refert,& per tot. Faber.d. defin. 6. Alexand.
conſ.51.lib.6.& conſ.81.libr.2.conſ.40.lib. 3. Mi-
lan.dec.3.num.39.41.libr.1. Plot.de in litem iuran-
do §.51.n. 22. Boeri.dec.156.n.10.Dec.conſ.74.n.
36.libr.3.Curc. in addict. ad Alex.in l. 1.§. de illo
ff.ad Trebel.Gabr. de acquirend. poſſeſſ. concl.6.nu.
11.Iaſ.conſ.146.lib. 4.qui dicit in Senatu Medio-
lan. deciſum Dec. in l fi.col.7 verſ.ſed iſta conclu-
ſio C.de edict. Diui Adr. tollend.conſ.84.col. 2. cōſ.
467. col.2.Fulg. conſ. 230.Bell.ſupput.l.4.c. 19. Go-
zadin.conſ.93.col.2.verſ.4. Caſſan. in conſuet. Burg.
tit.des ſucceſſiones §. 1.col.3.verſ.Item etiā & conſ.
19.dub.12.Rube.conſ.121.Bertrand.conſ.96.col. 2.
libr 4. Bero.conſ. 85.n. 15.libr.2.Tuſc. concl. 265.
num.11.lit.F. Hipol. Riminal.conſ.545.n.49.vol.
5.Petr. de Gregor.de iudic. cauſ.feudal.q.19.n.3. 4.
154 Pereg. de fideicom.art.47.n.14.& ſeq.licet† con-
trariū nonulli probaſſēt fideicommiſſarium ſtatu-
to illo iuuari ex Paul.de Caſtr.conſ.152.lib.2. Caſ-
ſan. conſ.62.Guglıel.de Benedict. in cap. Ramutius
in verbo mortuo itaque teſtatore il 2.n.74.ac teſtam.
vbi teſtatur ita iudicatum Tholoſe Picus in l. vl-
tim.ſuper gl. in verbo ex p. C.de.edict. Diui Adrian.
tolend Hipol.Rimin.conſ.677.n.13.reprobans Tira-
quell. & alios contrarium tenentes Rebuff.ad cōſt.

Digitized by Google

*retinend. poſſeſſ remed.3.num.113.& 114 Gabr.de
acquir.poſſeſſ.concl.9.num.6. Sacca conſ.28.num.7.
Molin.Theolog.de major.diſp.636 ſub n.4. Giurb.in
conſuetud.Meſſan.cap.5.gloſ.6.ſub n.21.Gratian,di-
ſcept.732.n.61.& 65. Menchac. de ſucceſſion.lib.1.
§.10.n.25.26.& 27.*

24 Et hæredi † cuique ſiue ex teſtamento, ſiue ab
inteſtato beneficium ſtatuti competit, ſiue in al-
lodialibus,ſiue feudalibus, quem admodum Fer-
dinandus ſua conſtitutione *in capit. prædicto* 43.
expreſſe ſanciuit, *Milan.deciſ.3.n.1.lib.1.& n.33.
34.43.& 52.& deciſ.1.nu.93.eodem lib.1. Anton.
Faber.in C.lib.7.tit.7.defin.5. Bolognet.conſ.7.n.59.
Intrigl.ſingul.141.& ſingul.145.lib.1.Caualc.deciſ.
39.num.2.lib.3.Tiraq.le mort Saiſit.p.2, declar.7.*
Quidquid ſit in feudalibus de iure cõmuni,quorũ
poſſeſſionem vigore ſtatuti continuantis in hære-
dem,non continuari inter iuris prudẽtiæ profeſ-
ſores diſceptatum eſt, *Sebaſtian.de Medic.in tract.
de acquir.conſeruan.& ammittend. rerum Dominio
glo.1.par.2.n.37. gl.3.in verbo imminuendo n.203.
Gabr.de acquir.poſſeſſ.concl.9.n.12.& 13. Macabr.
conſ.62.per tot.Mangil.de imputat.q 77 num,29.&
144.Cuman.cõſ.173.Tiraq.le mort,Saiſit.le viſ.p.4.
declar.5.* qui relatis pro vtraque parte opinioni-
bus in Regno Franciæ vbi feuda ſunt patrimonia-
lia,& hæreditaria dicit comprehendi ſub ſtatuto
poſſeſſionem bonorum hæredem continuante,&
*in præfation.declar.4. Intrigl.dicto ſingul,141.lib 1.
Rouit,conſ.6.n.10.11.Achil.Perſonal.de adipiſcen.
poſſeſſ.in inter dicto quorum bonorum n.543. Marta
de ſucceſſ.legal.par.3.quæſt.3.art.1.n.11.Milan.de-
ciſ.1.n.93.lib.1.Rota Roman.deciſ.513.par,1.to.2,
n.13.apud Farin.Scrader.de feud.par.7.cap.7.n.21.*
25 *Gail.lib,2. obſeru.152.* Item procedit ſtatutum †
etiam quod ſint hæredes extranei in teſtamento
inſtituti, vt ex dicto capitulo Ferdinandi Regis
euidens eſt, *Bolognet.cõſ,7.n,58.in fin. Petr. de Gre-
gor.de iudic.cauſa feudal.qu.18. Milan,dec.1,lib.1.*
Vnde ſopitur quæſtio de qua per *Tiraquellum le
mort Saiſit le viſ declar.* 3. referentem aliquorum
opinionem probantium huiuſmodi ſtatutum cõ-
tinuantem poſſeſſionem defuncti in hæredem nõ
trahi ad extraneos hæredes ex teſtamento.

26 Ad actualem † tamen poſſeſſionem conſequẽ-
dam, non obſtante continuatione ſtatuti hæredi
Iudicis officio, *remedio l.fi. C.de edict.Diu.Adrian.
tollend.* conſulitur *Gugliel.de Benedict. Caſſan. Mo-
lin.& alij per Milan.deciſ.3.nu.126.127.128.lib.1.
Bero.conſ.1.n.87.& 99 lib,2. Menoch.de adipiſcen.
poſſeſſ.remed.4.n.337.& 346.Peregr.de fideicomm.
art.47.num.18.19.& ſeq. Molin. de primogen. Hi-
ſpan.lib.3,cap,13.num,2.*

27 Probato, tamen † per hæredem ſe eſſe talem
ſine contradictione, aliàs ſi probabiliter dubite-
tur quem eſſe hæredem, vel non ex concurrentia
puta alterius prætendentis ſe hæredem eſſe, vel
ſtatuti,aut teſtatoris diſpoſitione, primo loco id
cognoſcendum erit,nempe quis heres ſit, & con-
tinuatio ſuſpenditur, *Bal.conſ.330,conſ.341.nu.3.
vol.1.Bero.conſ.111.n.15, lib.2. Pariſ.conſ.13.col.
penult.lib.3,Milan.deciſ.3.lib.1.Ploins in l.ſi quãdo,
n.849.C.vnde vi,Alciat.conſ.7.n.18.lib.6. Cõtard.
in l.vnica limit.2.§,2 nu,7. Menoch.conſ.222.in fin.
conſ.928.n,3.4.5.6.Rota Roman.dec,513.ſub n,11.*
28 *par,1.tom.2. apud Farinac.* Et † *Laderch. conſ.67.
n.10.*& alij *per Grat,diſcept.732.n 40.41.45.& ſeq.
Molin,Greg.Lopes,& alij per Intrigl,dec.42.num.6.
Rota Roman,dec.513.n.12.p.1.tom.2.apud Farinac.*
ita intelligendi ſunt dicentes ideo poſſeſſorium
iſtud mixtum eſſe, de quo latius infra dicemus
num.123.& ſeq.

29 Et cum, legis prędicte Regni Miniſterio † Vi-
ta functo poſſeſſore,ſtatim hæres veram ciuilem,
naturalemque nanciſcatur poſſeſſionem, quem-
admodũ defunctus ipſe poſſidebat, id à die aditæ
per hæredem hæreditatis procedit, ſecundum
adductos per *Milan,dec.3,num.180.lib.1.* licet ea
quãdocumque adita,ſtatim poſt mortem teſtato-
ris hæres verè poſſediſſe dicatur; quamuis acqui-
ſitionis actus fictus ſit,& ad diem mortis teſtato-
ris retrotrahitur, *Anton,Faber,in C.lib.7.tit.7. de-
fin.5.ſub n.6.& 7,* & etiam retrotractio prædicta
ſit aduerſus eum, qui ante aditam hęreditatem
actualem poſſeſſionem appręhenderit, cum nec
momento poſt aditam, dicatur poſſeſſio vacaſſe,
ſed penes hæredem a die obiti teſtatoris extitiſ-
ſe, *vt infra n.56.*& iuuatur hæres ſtatuti huius be-
neficio in poſſeſſorio,quantũuis ſummariſſimo,
*Oliuer.Beltramin.in addit,ad Ludoniſ.dec.307.n.27
lit.D.*qui dicit hanc veriorem, & à Rota Romana
deciſum, *Cancer.var.reſol.par.2.c.7.n.35. Fõtanel.
de pactis dotal.clauſ.7.gloſ.3.p.3.n.7.8. Ant.Faber.
in C.lib,7.tit.7.defin,5.in fine,Peregr,diſtinguẽs art.
47,n.14.* & ex antiquioribus plures refert, *Gabr.
de acquir.poſſeſſ,concl.9.n 18.verſ.contrariam,* & ſi
non ignorem multos Auctores contrariũ ſentiſſe
in hoc,quod diſpoſitio huiuſmodi ſtatuti non ha-
beat locum, quando poſſeſſio à tertio ante aditã
hæreditatem fuit occupata, quos ſequutus eſt idẽ
Gabr.n.18.in fi. & alij ſupra citati referunt cũ poſ-
30 ſeſſio † in inuitum non tranſeat,& requiritur ani-
mus, *l.licet, C.de acquir, poſſeſſ.* & ita in terminis
ſtatuti continuantis poſſeſſionem dixit *Boer.ſuper
conſuetud. Aurel. in ſtatuto continuante poſſeſſionem
in tit.de teſtam.cap.6.in fine,verſ.eſt autem hæc con-
ſuetudo per Milan,dec.3.n.218. lib.1. Anton.Fab.in
C.lib.7 tit.7.defin.5,alios refert Giurba in conſuetud.
Meſſan.c.5.gl.4.p.1. n.17.* quandoque enim etiam
31 † ante aditam hęreditatem cõtinuatio ſit vt oc-
cupatio poſſeſſionis per tertium, cõtinuationem
non impediat, *Peregr.de fideicomm.art.47.nu.14.
Tiraquel. le mort Saiſit, 3. declarat.5.par.num.18.
Pariſ.conſ.41.n.9.lib.1.Hipol.Rimin.conſ.46.n.30.
lib.1.per Intrigl,deciſ.42.num.5.*

32 Et etiam hæres † in re certa Saiſitus dicitur ex
iſto ſtatuto, *Caſſan.conſ.62. Tiraquel.le mort, Sai-
ſit.par.2.declar.4.num.6. Hipol, Rimin. conſil.352,
num.78,Mohedan.dec.4,de teſtam. aliàs deciſ.302.
Intrigl.ſingul.143,lib.1. Petr. de Greg.de iudic.cauſ.
feudal. quæſt.19. Rota Roman.deciſ.902.lib.3.in*
33 *nouiſs.* Quia poteſt † propria auctoritate rem,
in qua inſtitutus eſt appræhendere abſque ali-
cuius pœna incurſu, etiam dato hærede vni-
uerſali, *Diaz regul.407. in 3. limitat. Bero. conſil.
142,num.5.lib,2.Tiraquel.dicta declar.4. num,11.
Farinac,q.175.num.284. Menoch de adipiſcend.re-
med.2.num,64.& ſeq. & remed.4.num.134. Hipol,*

Rimin.

Digitized by Google

Rimin.in ſtit.de donat.in princ. numer. 1480. *& ſeq.* Contrarium probat *Bellon. ſupputation. iuris lib.*
34 4.*cap.* 18. *Paſſ:t.conſ.*54.*n.* 1. Idque ſanè † intelligendum eſt dummodo nō adſit reſiſtentia ex parte hæredis, vel poſſidentis cuiuſcunque *Rota Romana apud Mobedan. deciſ.* 4. *de teſtamen. alias dec.*302.

35 In re vero † quæ ad hæredes ſui natura tranſmiſſibilis non ſit, nec beneficio ſtatuti iuuatur hæres *Surd. conſ.* 491. *ſub numer.* 3. *lib.* 4. *Macabrun. conſ.* 62. *numer.* 3. *Petr. de Greg.in quæſt. impreſſ.poſt Milan. dec.* 3. *nu.* 39 *lib.* 1. *Fontanella de pactis dotal.clauſ.*7.*gloſ.*3.*par.* 3.*num.*31 *&* 32. *Tiraquel. le mort Saiſit. p.* 4. *declarat.* 4. *Maſtril. ad Petr. de Gregor.de Indic.cauſar.feudal.quæſt.* 18.*littera C. Peregrin.dec.*127.*nu.*10. *Gratian. diſceptat.* 732.*n.*72.73.74.*Ricci collectan.*1244.*circa finem*, quemadmodum diximus de hærede vſuſructuarij *num.*39.*& ſeq.*

36 Quam poſſeſſionem † ex vi noſtri ſtatuti continuari, etiam in hæredem ſcriptum in teſtamento nullo, etiam ex vitio viſibili, ne dum inuiſibili *ex Bald.conſ.*454.*vol.*1 *& Prouinzal. cenſuit Intrigl. ſingul.* 89. *libr.* 1. in quo contrarium probat *Caualcan.dec.*21.*n.* 80.*p.* 3. *Bal.conſ.*141.*u.* 4. *lib.* 1. *Petr.de Gregor. de indic. cauſal.feudal.q.* 18. *num.* 12. *Cumia ritu* 38.*n.*131. *additionator.ad Intrig. d.ſingular.* 89. qui ex pluribus contra *Intrigliolum* rectæ ſentijs in nullitate teſtamenti ex vitio viſibili, licet in inſtituto nulliter, ex vitio tamen inuiſibili, procedere ſtatutum rectè dicat, quemadmodum
37 & eo caſu † procedit diſpoſitio *l. fin. C. de edicto diui Adriani tollend.Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.*4. *n.*726.*Peregr.de fideicomm.art* 48.*n.* 29. *Corſettus conſ.feudal.* 9.*n.*11.

38 Continuari tamen † ne dum poſſeſſionem, ſed etiam detentationem in hæredem, ex vi ſtatuti, huius, probauit *Intrigl.ſingul.*104.*lib.* 1. *ex Menoch.conſ.*139.*n.*27.5.6.*Tiraq.Paul. de Caſtr. & Rimin.* Contrarium in terminis iſtius ſtatuti, quod debeat intelligi de poſſeſſione ciuili, & nō de naturali, & nuda detentatione, quæ pænes defunctū erat *Imola conſ.* 16. *Cuman.conſ.*108. *Paſſett.conſ.* 140.*n.*13. *Macabrun. late cōſ.*62.*n.*10.*&* 13.*Surd. conſ.*491. *ſub n.* 3. *verſ. quarto ſi quam poſſeſſionem lib.*4.*Hypoll.Riminal.conſ.*545.*n.*41.*conſ.* 678.*nu;* 19.*Tiraquel. le mort Saiſit part.* 7. *declarat.*2. ratio
39 potiſſimum eſt, quia ſtatutum † de poſſeſſione ciuili non autem de poſſeſſioni facti intelligendum eſt *Doctores in lege* 3.*in princip.ff.de acquirend.poſſeſſ.Bald.in rubr.de cauſa poſſeſſ.& proprietat. Paſſet.conſ.*140.*num.*1. *Riminal.dicto conſ.*545. *n* 40. *Surd.dicto conſ.*491 *ſub dicto n.*3.*Tiraq.dicta declarat.*2.*n.*3.

40 In exequutorem † etiam vltimæ volūtatis continuatur poſſeſſio ex vi ſtatuti noſtri *Maſtril.deciſ.* 110.*nu.* 25.*Rebuff.de donat.gl.*1.*in fine tomo* 2.*folio*
41 358.*Farinac.q.*175.*num.*301. dato tamen † hærede vniuerſali in eum, & non in exequutorem continuatur poſſeſſio, eſto quod exequutori à teſtatore vendendi facultas fuerit tributa, quoniā in hæredem adeo intra omnia tranſeunt, vt exequutor accipere habeat ab eiuſdem hæredis manu *Tiraquel.le mort Saiſit par.*7.*declarat.* 5.*nu.*1.2. *&* 5.*Menoch.de adipiſcend.poſſeſſ.remed.*4.*n.*64.*Craſſ. de fideicommiſſ.§.fi.q.*13. *Caſanat.conſ.*29.*num.*19. 20.*Bal. in l. id quod Pauperibus nu.*30.*C.de epiſcop. & cler.& conſ.*452.*vol.*4.*Mantica de coniectur. vltimar.volunt.lib.*8.*tit.*2.*n.*2.*Caſſan. ad conſuetud. Burgund. tit. de ſucceſſion. §.*1.*num.* 5. *Boer. ad conſuetud. Biturigenſ.tit. des conſtumes concern. teſtamen. §.* 6.*Greg.Lopes l* 4.*tit.*11.*p.*6.*Mattienſ.l.*14.
42 *n* 7.*tit.*4. Niſi † exequutori poſſidenti hęres non contradicat *ex Bald.Iacob. de Canibus, & alijs Ginrb. in conſuetud.Meſſan. cap.* 2.*gloſa*13. *par.* 1. *ſub n.*15.

43 Item in ventre prægnante, † etiam ad excluſionem adſtritiorum cōcurrentium ad defuncti ſucceſſionem, cōtinuatur poſſeſſio beneſitio, & miniſterio ſtatuti continuantis probant *Molin. de primogenitura Hiſpan. libro* 3.*cap.*12.*nu.* 24. *Gratian.diſceptat.*700.*nu.* 41.*Molin.Theologus de ma-*
44 *iorat.diſput.*636.*num.*4.*in fine* conſtito tamen † ventrem prægnantē eſſe, cum non ſufficiat aſſerere mulierem ſe prægnantem, ſi iu effectu non ſit *lege* 1.*§* 1.*ff.de ventr. in poſſeſſion. mettend. plures affert.Velan.cōſ.*96.*n.*3. Nā multoties mulieres cū non ſint prægnantes, ſe eſſe putant. *ait Rota Romana dec.*238. *numer.* 19. *part.*1. proinde veritas
45 † au ita ſit ad Medicos, & peritas obſtetrices, pertinet, *Velanzol. dicto num.*5. Eo etiam in ſimi-
46 libus caſibus ſeruato † pro intereſſe adſtrictioris defuncto, ad quem ſpectaſset inteſtata ſucceſſio, vt cum muliere ſe prægnantem aſſerente ſeruetur forma data *in l.* 1.*ff.de ventre inſpiciendo, & §. de inſpiciendo* ad euitandam nimis turpem partus ſuppoſitionis ſuſpitionem, quæ fieri ſępius cōtingit in caſu magnarum pręciſe ſucceſſionum *Eugen.conſ.* 28. *num.* 47. *lib.*1.*Petr.de Gregor.lib.*14. *de republica c.*1.*n.*8. dicens per iniquum fore, quod per ſubpoſitionem Infantis alieni proximis defunctorum hęreditates, & bona adimantur. *Morociconſ.*99.*n.*18.*Franc.dec.*332.*Maſcard.concl.*1147. *de probat. Menoch.libr.* 5. *præſ.*24. *Velanzol. conſ.* 96.*per tot.* qui eruditiſſimè ex pluribus probatiſſimis auctoribus exempla antiquorum, ac recentiorum refert *Farin.de falſitat.& ſimulat.q.*150.*p.* 10 *per tot. a n.*239.*& ſeq.*

47 Abſolutè † vero intelligunt Doctores in ventrem poſſeſſionem defuncti ſtatuti miniſterio continuari cum in diferens eſſet bonorum teſtatoris natura, in quibus tam fœminę, quam maſculi ad ſucceſſionem haud dubio admitterentur, tamen ſi ex forma fideicommiſſi, veluti in maioratu, vel inueſtiturę, vt in feudo fœminę a ſucceſſione prorſus repellerētur, nec teſtator filiū maſculum reliquerit, niſi ventrem prægnantē vxoris, cum tunc pręciſè requiratur, quod ex ventre prægnante naſcatur maſculus, vt ſuccedere poſſit quod haud dubium incertum eſt, & impoſſibile poſſe cognoſci ratione huiuſmodi incertitudinis perſonę oriundę, impediatur in ventrem poſſeſſionis continuatio, quemadmodum idem operaretur incertitudo reſpectu rei, & loci *l.* 3. *§.incertam, & l. locus ff.de acquirēd.poſſeſſ.* ac ideo in maſculum defuncto proximiorem tēpore mortis ſuperſtitem, cui ventre circumſcripto ex forma inueſtiturę, vel fideicōmiſſi delata eſt defūcti bonorum

rum ſucceſſio continuetur poſſeſſio,& non in vẽ-
trem,ad id plura adducit *Velanzol.conſ. 96.num.
7.& per tot.* *Auendagnus* verò *conſ.*28.cenſuit, fa-
cta diligenti inquiſitione,an pregnans,mulier ſit,
& adhibitis poſtea cuſtodia, & cauthelis *de qui-
bus in dicta leg.1.ff.dę ventre inſpicien.* vt diximus,
neque vẽtrem,neque proximiorem vltimo defun-
cto maſculum eſſe in poſſeſſionem mittendos,ſed
conſtituendum eſſe curatorem bonis maioratus,
& interim ſeruãdum eſſe maioratum,velut in ſe-
queſtro,quouſque exitus ventris intelligatur, id-
que propter incertitudinem, an partus, vel proxi-
mior alius ſuccedat in eo maioratu, & interim
ſubſtinendam eſſe mulierem de bonis maioratus,
& quo ad ea præciſe,alimenta ventrem mitten-
dam eſſe in poſſeſſionem,eſto quod mulier aliũ-
de habeat, vnde ſe ſubſtentare poſſit,*iuxta l. 1. §.
Mulier.l.curator.& l.cum venter ff.de ventr.in poſ-
ſeſſion.mittend.*.

48 Cæterum † in hoc placuit *Palaez. de maioratu
par.3.quæſt.* 2.affirmare ventrem eſſe in poſſeſſio-
nem mittendũ,præſtita tamen cautione per mu-
lierem,quod ſi filium maſculum, non pepererit,
reſtituet omnes,fructus legitimo alteri ſucceſſori,
*argumento l.1. C.de Carbonian. edict.lege 1.ff.eod.
tit.*exceptis tamen alimentis,quibus alita fuerit,
dum ventris euentus exſpectabatur, nam hæc
ſoluere non tenetur,niſi ſe finxiſſet pręgnantem.

49 Idemque *Palaez.*in caſu, quo † vltimus maio-
ratus poſſeſſor filiam iam natam relinquat, quæ
a maioratus ſucceſſione abſolutè nõ eſcludatur,
niſi propter maſculi ſuper exiſtentiam in eodem
gradu,& vxorem pręgnantem quoque reliquat,
firmat tunc eam filiã in maioratus poſſeſſionem
abſolutè mittendam eſſe, donec vxor illa grauida
pareat maſculum; Quoniam ſi fœminam pa-
reat, partus excluditur à filia vltimi maioratus
poſſeſſoris,iam antiquiore exiſtente. Verũtamen
50 † in vtroque caſu ventrem ſemper in maioratus
poſſeſſionem mittendum eſſe præſtita prædicta
cautione arbitratur *Guttier.practic.q.lib. 2. quæſt.
87.& ex Greg.Lop.l.3.t.13.p.4.gl.1.*hanc ſenten-
tiam magis ſibi probari dixit *Molin.Theologus de
maiorat. diſput.637.nu.11.in fine*,ex eo potiſſimũ,
quoniam fœtus ad effectum, vt in poſſeſſionem
mittatur eorum bonorum,in quibus ſuccedet, ſi
naſcatur,& ad cætera, quæ ad ipſius commodũ
ſpectant reputatur ac ſi iam natus eſſet *l. qui in
vtero ff.de ſtatu hominum*,eaque de cauſa interim,
dum eſt dubium an naſcetur,vel nõ ſexus,qui ſuc-
cedat,venter in poſſeſſionem mittitur *vt ex l.1.
§.ſed,& ſi incertum §. quare, & §. fin. de ventr. in
poſſeſſion.mittend.*hęc quæ conſtare dixit prędictus
Molina.

Similiter vſus antiquiſſimus,& praxis obtinuit,
51 quoque in † infantem,furioſo,& ſimilibus,quibus
vſus rationis deficit,& affectum tenendi, & ani-
mum poſſeſſionem acquirendi non habent ha-
bere locum ſtatutum de continuãda poſſeſſione,
teſtatur Tiraquell.le mort Saiſit par.2.declarat. 17.
quod citra ita receptam conſuetudinem, de iu-
re quoque procedere *dixit Mol. de primog.lib.3.c.
12 num.24.Gomes in l.Tauri 45. num. 112. Gra-
tian.diſcept.700.num.41.& 42.Gabr.conſ.36.nu.
12.& 13.lib.1.Molin.Theolog.de maiorat. diſputat.
636.ſub n.4.in fine.*

52 Ac ita corporalem, & veram † habere dicitur
poſſeſſionem hęres ſtatim atque,quod hęres, eſt
beneficio ſtatuti, cum lex eum poſſeſſorem fa-
ciat *Milan. deciſ.3.num.185.lib.1.Turret.conſ.62.
nu.4.libro 3.Rebuff.ad conſtit Galliæ tit. de mater.
poſſeſſ.art.9.Glo.10.n.16. Molin.de maiorat. diſput.
636.n.3.Gabr. de acquiren.poſſeſſion. concluſ.9.n.7.
in fine.Mol de primogen.Hiſpan.lib.3.cap.12 num.19.*
(quidquid alij dixerint huiuſmodi poſſeſſionẽ vi-
gore ſtatuti impropriam,& fictã appellari, quod
ſane verum eſt reſpectu modi, non autem quo
ad poſſeſſionis veritatem, & effectum) vt contra
53 turbãtem,† defuncti poſſeſſionem ne dum hęre-
di interdictum retinendę indultum ſit, ſi per aliũ
medio tempore non fuerit occupata poſſeſſio, &
inde adipiſcendę *Cuman. in l.Pomponius §.quæſitũ
Iaſon.n.8 ff.de acquirend. poſſeſſ. Menoch. de reti-
nend. poſſeſſ.remed.3.n.59.conſ.136.n. 20.conſ.665.
num.5.conſ.554.n 2.& conſ.735.n.20.Tiraquel.le
mort Saiſit declar. 3.n.7.p.5. Coſta ſubſidiar.remed.
80.n. 3. Rota Romana diuerſor.dec.27.n. 13.lib.1.
Ponte dec. 40. n.36. Molina Theolog. de maioratus
diſp. 637.num.2. Milan.dec.3.n.62. & 183.libr.1.
Ricc. collectan.1244.Giurb.in conſuetud. Meſſan.c.
5.gl.6.num.21.in fine Anton. Faber in C.lib.7.tit.7.
definit.5.in fine Monter.dec.50.n.16.Molin. de pri-
mogenit. Hiſpan.lib.3.c.13.n.3.& 5.Azeued.l. 8.
Tauri lib.5. tit. 7.num. 22. vbi Gomes n. 194. Gra-*
54 *tian.diſcept 732.n. 30.31.* Sed † etiam remedium
recuperandę ac ſpoliatorium,ex eadem lege Re-
gni, provt in ſimili ſtatuto *Menoch. de recuperat.
poſſeſſ.remed.1.numer.7.& 379.conſil.696.numer.
7.conſ.138.nu. 15. & conſ.1002. num. 4. vbi 16.
affert auctores Puteus deciſ.387.lib. 1.Molina de
primogen.lib. 3. cap. 13. num.3. cum ſequent. & n.
6.Tiraq.le mort Saiſit.p.6.declarat.4.num.3. Coſta
ſubſidiar.remed.80. num.3. & 4. Decian. conſ. 84.
col.2.verſ.præterea tale ſtatutum Pont de ſpol. l. 1.
cap.13. nu.137.* qui teſtatur deciſum *Couar. libr.
3.variar.reſolut.cap.5.n.6.verſic. ſic & interdicto
Polidor.Ripa obſeru.180.Gomes in l.Tauri 45. n.
193.Hippol. Riminal.conſ.56.num.33. Azeued.ad
lege 8.Tauri libr. 5.titol.7.n.25.ibidem Mattienſ.gl.
2.num. 13. Honded.conſil.18. à num.15.volum. 2.
Mohedan.deciſ.4.de teſtamen.alias deciſ.302. Bolo-
gnet.conſ.7.num. 59.in fine Molina Theolog.de ma-
ioratu. diſput. 637.ſub nu.2. Peregrin.de fideicom-
miſſ. artic.47 num.23. Caualcan. deciſion. 36. num.
128.lib. 3. Fontanella de pactis dotal.clauſul.7.gloſ.
3.par.3.num.12.volum.2. Giurba in conſuetud.Meſ-
ſan.cap.5.gloſa 6.num.21.in fine Rota Lucenſ.diuer-
ſor.dec.93.Milan. dec. 3. num.62.183. 190. 191.
& 193.libro 1.Grat. diſcept.732.n.37.38.39.An-
ton. Faber.in C.l.7.t.7.defin.5.in fi.Intrig. ſing.142.
libr.1.*& ſi alij de iure contrarium probarè nitan-
tur *Contard.in lege 1.limitat.2.§.2.numer.17. C.ſi
de moment poſſeſſ.Magon. dec.45.num. 5.in Lucenſ.
Bero.conſ.61.numer.26.libr.2. Surd.conſ.273.num.
19. Rota Romana per Marcheſan.de commiſſion.p.1.*
55 *cap.2.fol.137.* Inſuper & fortius † poſſe hęredem
ſimul remedia prędicta adipiſcendę,retinendę, &
recuperandę diuerſis reſpectibus cumulare, pro
actuali

Digitized by Google

actuali conſequenda poſſeſſione, *probarunt Molina de primogenitur. Hiſpan.lib.3.cap.13.num.3. & ſeq.& n.7. Dec.conſ.41.n.39.& ſeq.lib.3. Sebaſt.de Medic.de acq. rer. domin.gloſ. 3. verſ. imminuendo n.262.& ſequent.& in verbo poſſeſſionem gl.2.p.2. n.65.Milan.dec.3.n.63.lib.1.Menoch.de adipiſcend. poſſeſſ. remed.2.n.18.Surd.conſ.265.n.38.per Grat. diſcep.47.n.10.*

56 Nec momento quidem † defuncti poſſeſſio vacare dicitur nullo actu corpureo, aut verbo interueniente,ſtante ſtatuto in hæredem poſſeſſionem defuncti continuante, & tranſit à teſtatore in hæredem,ita vt numquam interrupta videatur, *Mol.de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 12. n. 20. Bald. Afflict.& Kruill.per Milan.dec.3.n.61.lib.1.Giurb. in conſuetud. Meſſan.cap.5.Gloſ.6.ſub numer.21. Anton. Faber. in C.libr.7. tit.7.defin.5.ſub n.8.& 9. Gomes in l.Tauri 45.n.114.Grat. diſcept.113. n. 19.diſcept. 700. n.44.Seſſa deciſ. Aragon.29.num. 33.p.1.Molin.Theologue de maiorat. diſput.636.n. 4.in princ.*

57 Quò fit,quod † & ſi regulare ſit vxori,vel eiuſdẽ ſucceſſori, etiam ſingulari, pro dotium credito retẽtionis bonorum,viri poſt eius obitum remedio ſuccurri,ad integralis vſque dotis conſequutionem,ſtã abſque aliquo vitio,in eorum poſſeſſionem reperiatur, *Burſat.conſ.8.nu.15.conſ.9. num. 4.conſ.425.Caualcan.de vſufruct.n.201. Hipol. Rimin.conſ.100.n.14.22.& 25.Carroc.dec.21. nu.7. & per tot.Surd.conſ.221.num.50. Peruſin.dec. 12. num.18.dec.61.n.2.& ſequen.& deciſ.109.per tot. Theſaur.q.forenſ.lib.2.q 96.n.11.Celſ.Vgon.conſ.1. n.34.& 53.cõſ.2.Bal.Nouel.de dote p.1. priuileg. 6. limit. 13.Mazol.conſ.98.num.9.Cartar.dec.73.Viui.dec.317.Roland. conſ. 77. nu. 27. vol.1.Mandel. conſ.270.conſ.447.n.23.& ſeq.conſ.503.n.25. Magon. deciſ.64.in Lucen. deciſ.37.n.13 in Florentin. Bero.conſ.60.n.5. lib.2.Cumia ritu 40.n. 299. Boer. deciſ.44.ſub nu.38. Intrigl.ſingul.2.num.1. libr. 2. Gramat. deciſ.92.num 19.deciſ.58.num. 3. Milan. deciſ.13.num.1.libr. 1. Ricci. collectan. 191. Put. deciſ.278.libr.3. Decian. conſ.232.Suares in tit. de las ganancias num. 4. Capicc. dec.119. Rota Auenion.dec.52.nu. 1.Ponte conſ.15.num.11.12.libr.1. Menoch.de recuperand. remed. 5.num.32. conſ.952. nu.7. Giurb. in conſuetud. Meſſan. capit.10.gloſ.7. num.12.& gloſ.8.p.2 nu. 10. Tepat.variar.tom.2. tit. ſoluto matrimonio colum. 10. Cardinal. Tuſch. concluſ.744.nu.1.2 & 10. littera D. Queſad. quaſt. criminal.14. Gabriel.conſ.51.num.38.libr. 1. Velazquez.de partition.cap.6.n.39. Miſinger. centur. 6.obſeruat.82. Trentacinq. variar. reſolution. l. 3. tit. de pignor. reſolut. 1. verſ.Secundo non procedit Paciſicus de Saluiano interdict.dec.65.n.8.Grat.dec. 225.n. 2.in addit.diſceptat 700.nu. 34. Coſta ſubſidiar.remed.12.num.7.Medic.de compenſat. part. 2. quaſt.16.nu.18.Mariſcot. variar.l. 2. reſol.112.n. 7.& 16 Honded. conſ.16.nu. 23. volum. 1. Galleſ. ad forma cameral. obligation.quaſt.2.num.13. 14. & 15. Ceſal. conſ.299.num. 35.conſ. 655. num.15. Rota Romana apud Farinac.deciſ.556. par. 1. tom.*

58 2.etiam † in feudalibus *Alber. Brun.conſ.1.num. 10.conſ.2.num. 6. Vincent. de Anna allegat. 136. num.6.13.Trentacinq.dicta reſol.1.loco prædicto in fine.Sola ad conſtitut.Saband.tit.de feud.gloſa.1.n.3.*

59 Quid † in bonis fideicommiſſo ſubiectis *vide Eugen.conſ. 54.num.5. Tuſch. concluſ.744.num.21. & 134.littera D. concluſ. 747. num. 42.littera V. concluſ.399.Couar.variar.reſolution. lib.3. cap. 6. Coſta de facti ſcientia centur.2.diſtinct. 82.num. 15. Oliban.de action.p.1.lib.3.ad §.fuerat num.33.Fontanella de pactie dotalibus clauſ.4.gloſ 7.p.3.nu.67. Salic.in l. voluntas C.de fideicommiſſ.Anton. Padill. in Auth.reſque num.42.C.commun.de leg. Menoch. lib.4.præſumption.189.nu.8. Giurba in conſuetud. Meſſan.cap.10.gloſ.8.num.17.* Item datur retentio huiuſmodi etiam in exequutione ſententiæ *lege ex ſectante §. latinus ff. de exequut. rei iudicat. Fab. de Anna conſ.90. num.1.2.3. libr. 1. Surd.dec 277.*

60 *num.14.* Item competit † ne dum pro dote, ſed etiam pro fructibus,& quolibet augmento *Bal in l.etiam in 2. notabil. nu.4. C. de iure doct. Neguſan. de pign 2.memb.4.p.ampliat.6.num.46.Burſat.conſ. 8.num.15.Carroc.dec. 21.num.38.Muta ritu 189.n. 9.Decian. conſ. 400.num.5.conſ. 671.num.7. Guid. Papa deciſ. 530. num. 3. Cardinal. Tuſch. concluſ.*

61 *744.n.8.9.littera D.* ſic etiam † contra ſingularem mariti ſucceſſore,ne dum contra hæredem procedit retentio,& etiam contra Fiſcum poſt omnes probauit *Giurb. dicto capit. 10 Gloſa 8 num. 13.*

62 Pro rata tamen † ſui crediti retinente Muliere Viri bona ne alias ex eletione,& retentione omnium viri bonorum creditorum oriatur eluſio. *Neguſant.de pignor.p.5.membr.4.n.5.Bal. Nouel. de dote par.7.priuileg.47. Carroc.dec. 21.num.36.Peruſin.dec.109.& dixit Giurb. dec.16.& dicta Gl.8. nu.16.latius Coſta de ratione rata quaſt. 58.per tot.*

63 vxore † tamẽ verbis,vel facto animum ſuum declarãte ſe velle pro dotis credito mariti bona poſſidere,& retinere,ac ſuę poſſeſſionis cauſã mutare; Quamuis, circa hoc plures fuerint opiniones, ſi animi declaratio vxoris requiratur, vel non; an potius poſſeſſionis cauſa cenſeatur in dubio abſque declaratione ab vxore mutata,vt ex præcitatis videri poteſt. Alij namque in eam deſcẽderunt ſententiam,vt nulla facto, vel verbis Mulieris animi declaratione accedente cenſeatur ratione doralis hypothecę in bonis viri ſiſtere, atq; retinere, *Dec.conſ.400.nu.5. Achil.de Graſſ.de cauſa poſſeſſ.& proprietat.dec.4.ex Rota Romana apud Card. Paleotum dixit Burſat. conſ.8.n.15.conſ.9.n. 8.& conſ.425.num.18. reiecto Soccin. conſ.131.ex Creſcent. deciſ. 3. nu.3. de reſtitut.ſpoliator. & Puteo ibidem relatis, Neguſant. de pign. 4. p. principal. n. 27.& ſequent. Hippolit. Riminal.conſ.100.num. 14.23.& ſequen. Gab.conſ. 51.n.1.& 28. l. 1.Bero. conſ 60.num. 5.& 6.libr.2.conſ.53. num. 11. libr. 3. Carroc. dec. 21.num.31.Surd. conſ. 121.d n. 46. & ſequent.ad num. 49.& ſequen.deciſ. 224.nu 19. & 20.Cornazan.dec. 57.nu.22. Mandell.conſ.447. num. 25. 26.& ſequen.Caſanat conſ.10.numer.196. poſt Bald.Cranetta Marc. & Puteum ibidem relatos.& num. 198.199.& ſeq.Cumia ritu 40.n.102. Crauetta de antiquitate tempor.§. materia iſta num. 111.Gratian.diſceptat. 700.num. 59. & 60. Rota Romana deciſ.324.par.1.& deciſ.143.num. 4 par. 2.diuerſor.& apud Farinac.deciſ. 557.num. 2. par. 1. tom. 2.& deciſ. 741.num. 8. part. 2. tom. 4. &*

det.

Digitized by Google

verſ.imminuendo nu 245.& in verſ.poſſeſſione gloſ.
1.par.num. 58.Farinac.q. 175.n. 288. 289. Vincen.de Anna allegat.65.Cumia ritu 135.n.95.Surd.
conſ.491.n.12.Intrigl.ſing. 144.l.1. Maſtr.in addit.
ad Petr.de Greg.de Iudic. cauſar.feudal.q.18.lit.A.
77 Nec obſtat† conſiderare,quod cum dotis reſtitutionis caſus,& conditio eueniat poſt mortem
viri conſtitutum per maritum vxoris fauore in
contractu dotali adiectum deprecario, & conſtituti nomine poſſidẽdo bona propria tempore, &
caſu reſtitutionis dotium,tãquam collatum poſt
mortem conſtituẽtis mariti,nihil operetur,etiam
ſi fuerit factum cum clauſula nunc pro tunc,cum
extrema habilia deficiant,& maritus poſt mortẽ
poſſidere non poſſit ideo ceſſet cõſtituti effectus,
veluti collactum in tempore à quo conſtitutum,
& actus non poteſt habere initium, Theſaur.dec.
38.qui teſtatur in Senatu deciſum.Iaſon.conſ.85.col.
fin.libr.3. Burſat. conſ.425.num. 3.& ſeq.Rota dec.
320.num.1 par. 3. Fontanel.clauſ.4.gl.3. num. 20.
& ſequent. Gratian.diſcept. 700.n.63. Caſtagn. de
beneficio deducto ne egeat.q.1.Fallen.1. a nu.10.11.
78 & ſeq.Nam verius eſt,† quod ſtante conſtituto,
ſi eueniat dotis reſtitutio per mortem viri poſſeſſio bonorum viri in vxorẽ translata,ſit nec poteſt,
dici quod conſtitutũ collatum,ſit poſt mariti obitum,quia conditio & dotium reſtitutionis caſus,
non purificatur abſolutè poſt mortem viri, ſed in
vltimo vitæ Spiritu, vnde conſtitutum ſuum
operatur effectum,& poſt multos firmat Sforz.
Odd.conſ.22.n.10.quoniam quam primum maritus deuenit ad ſtatum moriendi dicitur eueniſſe
caſus dotis reſtituendæ, & conſtituti operationis
Gargiar. Patroc.3.n.11. Card.Tuſch.liter.C.concl.
79 789.nu.1.in fi.Et quamuis conſtitutũ †dici poſſet
collatum eſſe poſt mortem mariti conſtituentis, tamen ſubſtinebitur ex clauſula ex nunc pro
tunc,& è cõuerſo,quæ operatur,vt futurum tempus in præſens in eſſe videatur, & actus poſſit ex
quocũq; tempore initium ſumere,vt ex pluribus
aduerſus Theſaurum cenſuit Surd.conſ. 221. num.
53. Barz. deciſ.49. ſub numer. 29. Honded. conſ.
18.lib.2. Rota dec.549 p.1. Gratian. diſcept. 174.
numer. 31. Natta conſ.453.n.6. Guid. Papa dec.
268.num. 1.Tuſch.dicta concluſ. 789.nu.4. Cæte-
80 rum reſponderi † poteſt obiectum forte procedere, quo ad tertium, qui bona obligata poſſideret, vel fideicommiſſarium, qui verificata ex
morte cõditione actualem apprehẽderit poſſeſſione,ſed quo ad hæredem non releuet huiuſmo-
81 di oppoſitio,hæres enim,qui† perſonam defunti
repræſentat,cenſetur,eo nomine, & titulo poſſidere:quo poſſidebat defunctus Peregrin. de fideicommiſſis art.44.num.4.Item conſtituti clauſula
82 † paſſiuè in hæredem quoque tranſit, nec per
mortem conſtituentis extinguitur, & hæres eo
modo,& forma,quibus defunctus poſſidebat,cẽſetur tenere,& poſſidere Tiraq.de conſtitut. ampli.13.præſertim num.3. Milan.deciſ.1.n.12.13. l.
1. Neuizan.conſ.8.nu.56.Theſaur. dec. 105.& deciſ.215.n.3. Anton.Faber,C.de acquirend.vel amittend.poſſeſſ.lib.7.tit.7.defin.27.n.5.& defin.39.n.8.
83 proinde †ſiue conſtitutum hũc effectum producat ex perſona mariti conſtituentis, ſiue ex perſona eius hæredis idem ſemper erit, & poterit
mulier conſtituaria eo vti contra conſtituentis
hæredem, ita Gozadin. conſ.42. num. 15. in fine
Surd.conſ.221.n. 54.ex Crauetta conſ.107.n.2. Caſtrenſ.Cagnol.Balb.& alij per eum relati Surd. dicto
loco.n.55.fortius id firmat, ſi conſtitutum purum
adiectum,ſit per verba pręſentis temporis,per ea
quæ diximus reſolut.62.volum. 2. Item opinionẽ
84 † contra Theſaurum dicit Faber. C.libr.7.tit. 7.defin 39.Senatum Sabaudiæ magis probare, & de-
85 fin.27.verſ.neque enim. Itaque ad præmiſſam † ſe
daudam controuerſiam frequentius vidimus, ſimile conſtitutum,quo ad tempus mortis collatum eſt,partium conuentione formari,vt per tres
dies ante mortem conſtituat promittens bona
tenere, & poſſidere ita Bologn.conſ.7.n.23.
86 Incapatẽ tamen hæredem † ſtatuti huius beneficio excludi,cum eius diſpoſitio de vero,iuſto
habili,& capace ſucceſſore,& hærede intelligenda, ſit probarunt. Igne in Authentica ex cauſa nu.
9.C.de liber. præter. Alex.conſ.40. libr. 3. Gabr. de
acquirend.poſſeſſ.concluſ.9.n. 9. Boeri in conſuetud.
Bituricenſ.de teſtamen.cap.6.colum.final.Tiraquel.
le mort Saiſit par. 2. declarat. 1. Petr. de Gregor.
de iudic. cauſar. feudal. quæſt. 18. numer. 1. Menoch.conſ.180. num 9. Paſſet.conſil. 140. Marta
vota 198.num.2.Gregorio Lopez.lege 7.tit. 4.part.
4.Giurb.cap.5.gloſ.6.n.21 in fine ad conſuetud.Meſſan.Molin.de primogen. lib.3.cap.13.nu.24. Milan.
deciſ.3.num.29.30.35.lib.1.dec.1.num.50. eod.lib.
2. Hippol.Riminald.conſ.545. a num.27. ad n. 32.
Perſonal.de adipiſcẽd.interdict.quorum bonorum u.
540.545.546.Intrig.de feud.centur.2.art.92.n.20.
87 Verũ † incapacitatis huiuſmodi merita,& exceptio nec in poſſeſſorij ſummariſſimi iudicio cognoſcũtur,& maxime ſi quo quomodo aliquã requirerent indaginem altiorem iuris vel facti,ſed
in hæredem ſcriptum, vel ab inteſtato certum
continuatur poſſeſſio ex lege Regni quamuis de
incapacitate opponatur Ruin. conſ.129.in fin.lib.
2.Milan.deciſ.3.per tot.lib.1.Caualcan.dec.39.ſub n.
2.libr.3.Mobed.dec.8.n.2.de reſtitut.ſpoliator.Men.
conſ.928.num.14.& conſ.180.n.29.& 48 Intrigl.
dec.42.num.4.per tot.& de feud.centur. 2. art. 92.
nu.21.Ponte.dec.40. Bero. conſ. 57.n.29. 30. libr.
2. Giurb.cap.5. gl. 6.num.21. in fine in conſuetud.
Meſſan.Plotus de in litem iurando §.3. nu.40. Corſet.Regens in addition. ad Genitorem conſ.181.per
tot.& nu. 26.& ſequent.Gratian.diſcep.732.nu.47.
48.Barzi.dec.46. num.30.& deciſ.49.num.15.Molina de maioratu diſput.637.num.10.in fine Torus in
compendio deciſ. Neapolitana verbo poſſeſſio feudi, inſequutus Pontem dicta deciſion. 40. vbi in
fine ex Ponte dicta deciſion. 40. aſſerit, Regente in illa cauſa Licudie in ſupremo Italię conſilio
in hoc fuiſſe in pari voto a principio,tamen ſuperueniente alio Regente inclinauit in iſtam partẽ
fauore fœminæ heredis ſcriptę,vt manuteneretur
in poſſeſſione feudi contra maſculum, cui feudi
ſucceſſio ſpectabat; & procedunt adducti infra
num 111.verſ. tamen contraria aduerſus Petri de
88 Gregor. opinionem:Quidquid ſit † in Regnis Hyſpaniarum ex diſpoſitione lege Tauri 45. Molina de
primogen.libr.3.cap.13.n.23.24.Molina Theologus
de

de maioratu. diſput. 637. nu. 11. verſ. illud eſt ob-
ſeruandum.

89 Item ſtatutum, † vbi in hæredem continuat
poſſeſſionem, non continuat in hæredem vſufru-
ctuarij Tiruquell. le mort Saiſit le viſ. par. 3. declar.
1. Hipol. Rimin. conſ. 545. nu. 37. 38. 39. conſ. 44. in
fine Surd. conſ. 491. n. 3. in fine Macabrun. conſ. 62. n.
10. 11. 12. 13. Milan. dec. 3. nu. 246. libr. 1. Sebaſtian.
de Medicis in tractat. de acquir. conſeruand. & ad-
mittend. rer. domin. gl. 1. p. 2. nu. 41 gloſ. 3. num. 233.
Muta dec. 20. nu. 10. Anton. Gabr. de acquirend. poſſ.
concl. 9. n. 16. Menoc. conſ. 139. n. 18. Gob. conſ. 142.
n. 4. 5. lib. 2. Coſtil. Sottomaior. de vſufructu c. 61. n
n. 8. Fontanella de pactis dotal. clauſul. 4. gl. 22. nu.
38. vol. 1. & clauſ. 7. gl. 3. p. 3. nu. 31. 32. vol. 2. The-
ſaur. q. Forenſ. q. 96. n. 6. 7. lib. 2. Cancer. variar. re-
90 ſol. p. 2. c. 7. n. 46. Poſſeſſio tamen defuncti † teſta-
toris, non in hęredē, ſed in vſufructuarium vniuer-
ſalem, ſeu hæredem vſufructuarium continuari,
dixit Hyeron. Fimia. in cauſa inter Matthæum
de Maio cum magnificis Procuratoribus maio-
ris Cathedralis Eccleſiæ Ciuitatis Siraccuſarum,
quo caſu teſtator voluit vxorem eſſe vſufructua-
riam toto tempore ſuæ Vitæ, & poſt eius mor-
tem dictam Eccleſiam ſuccedere debere, & dictũ
fuit nullã poſſeſſionem in Eccleſiam continuatã
91 fuiſſe, ſed in vxorem, licet hæres † inſtitutus à te-
ſtatore poſt mortem vſuſructuarij propria autho-
ritate poſſeſſionem apprehendat, vt poſt omnes
cenſuit Forinac. q. 175. num. 285. & ipſo iure ad
proprietatium etiam ignorantem tranſit Coualc.
deciſ. 35. n. 68. p. 3. Theſaur. q. forenſ. 96. n. 6. libr. 2.
idque ratione conſolidationis in ipſum proprie-
tatium, qui ciuiliter poſſidet Petr. de Greg. de In-
dic. cauſar. feudal. q. 19. num. 5.

92 Nec in ſecundum † hæredem continuatur poſ-
ſeſſio vigore ſtatuti continuantis; ſecundum rece-
ptiorem, quam firmant Alex. conſ. 37. lib. 1. Rub.
Alex. conſ. 121. n. 3. Cotta in verbo decreto Mediol.
Tiroquel. le mort Saiſit. p. 2. declarat. 5. Gabr. de ac-
quirend. poſſeſſ. concluſ. 9. num. 14. vbi contrarium
tenentes in hoc refert Sebaſtian. de Medic. de acqui-
rēd. rer. domin. gl. 1. p. 2. n. 29. licet ipſe contrarium
teneat & gl. 3. in verbo imminuendo n. 232. Perſo-
nal. de edipiſcend. poſſeſſ. tit. de interdict. quorum bo-
norum. n. 542. vbi certo modo limitat Milan. dec.
3. nu. 219. libr. 1. Anton. Faber. C. l. 7. t. 7. defin. 6. n. 2.
in allegatis, qui per illum Senatum teſtatur deci-
ſum Plot. de in litem curand. §. 51. n. 22.

93 Quemadmodũ † defuncti poſſeſſio ſicut, nec Do-
minium, trãſfertur, & cõtinuatur in hæredem cõ-
ditionalem vigore ſtatuti Pute. deciſ. 32. libr. 2. nu-
mer. 1. Alexan. conſ. 82. num. 10. lib. 2. Gregor. Lo-
pez. l. 7. tit. 4. p. 5. verbo poſſeſſion. Pariſ. conſ. 19. libr.
2. Molin. de primogen. Hyſpan. libr. 2. cap. 12. nu. 16.
17. & cap. 14. num. 11. 12. 13. faciunt dicta per Pe-
tram de fideicomm. quæſt. 11. Menoch. de adipiſcēd.
remed. 4. n. 305. q. 39. Tiraq. le mort Saiſit le viſ. p. 2.
declar. 3. in princ. Gabr. de acquirend. poſſeſſ. concl. 9.
n. 7. Guid. Pap. dec. 251. Gugliel. de Benedict. & Bur
gos de Paz in proem. l. Touri per Mol. ſupra Papon.
ſuper conſuetud. Burgund. cap. 299. Mocabrun. conſ.
56. n. 5. 6. 7. Honded. conſ. 86. n. 41. & ſeq. l. 2. Milan.
dec. 1. n. 21. 22. 190. lib. 1.

94 Hæres enim † conditionalis non dicitur pro-
prie hæres leg. ſi quis ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen-
ti. ideo nec ſub ſtatuto continuãte de hærede lo-
quente compræhenditur, quod propriæ, non au-
tem improprie intelligi debet Gabr. de acquir. poſ-
95 ſeſſ. concl. 9. n. 8. Eadem ratione, † nec remedio l.
finalis C. de edict. Diui Adrian. tollend. hæres ſub
conditione iuuatur Cinus in d. l. ſi q. 3. Zucc. n. 224.
Paſſet. conſ. 55. n. 9. Men. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.
4. q. 39. n. 305. Burſ. conſ. 89. n. 22. Milan. dec. 1. nu.
20. libr. 1.

96 Et inſtitutionem † ſuſpendi propter conditio-
nem eſt text. in l. ei qui ita ff. de condit. inſtitut. Paſ-
ſet. d. conſ. 55. num. 9. Torret. conſ. 67. n. 114. 127.
97 conſ. 70. n. 35. l. 2. Ideoq. † propter conditionem in
inſtitutione adiectam hæreditas dicitur interim
iacere Rota Romana dec. 42. num. 5. par. 1. in nouiſ.
Ang. in l. ſi quis inſtituatur §. ſi ſub conditione ff. de
hæred. inſtituend. Cuman. in l. creditore. ff. de bonis
auctorit. iudic. poſſidend. Indubitatum namque eſt
98 † quod teſtator apponēdo ab initio conditionem
in inſtitutione poteſt ne dum actum capiendi
poſſeſſionem ſuſpendere verum etiam, & ciuiliſ-
99 ſimam, † quemadmodum ea eſt, quæ vi ſtatuti
in hæredem continuatur, quam ita Bal. in l. final.
C. de ſacroſancta Eccleſia baptizat. & Canoniſte in
cap. 2. de conſuetudine per Cuſsan. in Conſuetud. Bur-
gund. rubr. 7. verbo le mort. Saiſit ſub num. 5. Dec.
conſil. 41. num. 75. lib. 3. Laderch. conſ. 64. num. 6.
Ponte conſ. 96. num. 23. lib. 1. Milan. dec. 3. n. 8. lib.
1. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 47. n. 17. vt ex Greg.
Lopes l. 7. tit. 4. p. 5. verbo poſſeſſ. ex Pariſ. dixit Mo-
lina de primogen. Hiſpan. libr. 2. cap. 12. num. 16.
17. & cap. 13. num. 11. 13. & Milan. dicta dec. 1. nu-
100 mer. 30. 31. lib. 1. voluit † in hęredem conditio-
nalem non continuari poſſeſſionem, etiam con-
ditione purificata, quia dicit, quod tempus mor-
tis ad continuandam poſſeſſione ex vi ſtatuti ſpe-
ctandum ſit, nec inſpiciēdum quidquid inde eue-
nerit, ad quod dicit facere dicta per Alexand. cõſ.
101 37. lib. 1. Quę procedunt, † ne dum ſi conditio in
inſtitutione fuiſſet appoſita, quę eam indubitan-
ter conditionalem, reddit verum etiam, & ſi cõ-
ditio fuerit reſolutioni inſtitutionis adiecta nam
102 † & ſi cõditio adiecta reſolutioni diſpoſitionis,
non faciat contractum conditionalem, nec etiam
in euentum conditionis ſuſpendat, ſed actus pu-
rus ſit ſub conditione reſoluendus Gloſa in l. 2. ff.
de in diem adiection. Bald. in lege cum mota numer. 3.
in fine C. de tranſaction. Dec. conſ. 279. colum. 1. in fin.
& conſ. 308. col. 3. in princip. Crotus conſ. 138. num.
7. Coguol. in l. electa n. 172. ff. ſi cert. petat. Soccin. &
Iaſon. in l. pecuniam quam in vltimo notabil. ff ſi cer-
tum petatur. Ceſal. conſ. 133. num. 35. libr. 1. Pariſ.
conſil. 41. num. 37. libr. 1. Alba Mandell. conſ. 346.
numer. 31. Natta conſ. 372. num. 8. Coualcan. de tu-
tor numer. 263. Tiraquel. de retract. conſanguinit. &
alij per Surd. conſ. 268. n. 55. 56. & ſequen. conſ. 38.
num. 24. & de alimen. tit. 5. q. 3. n. 20. Mandel. conſ.
347. num. 31. conſ. 455. Menoch conſ. 388. num. 25.
& conſ. 494. Barboſ. in l. ſi conſtante. §. 1. ff. ſolut. ma-
trimon. num. 24. Cardin. Tuſch concl. 579. litter. C.
libr. 2. Fab. de Anna conſ. 39. num. 28. libr. 1. Oſa-
ſc. deciſion. 145. num. 1. Decian. conſ. 8. numer. 71.
volum.

Digitized by Google

volum.1.Cartar.deciſ.49.numer.6.7. ad finem Soc-
cin.conſil.62.numer.3.4. libr.4.Peregrin. de fidei-
103 commiſſ.art. 11.num.129.Secus † tamen eſt in
vltimis voluntatibus in quibus, & ſi conditio e-
tiam in reſolutiuis adijciatur, diſpoſitionem
conditionalem reddit lege quibus diebus §.quidam
Titio ff.de condition.& demonſtration.Bartol.Iaſon.
Decian.& alij per Cagnol.in d.leg. lecta num. 172.
& ſequent.Vbi dat rationem differentiæ inter cõ-
tractus,& vltimas voluntates, quia contractus
ſtatim à conſenſu partium, perfectionem reci-
piunt, proinde reſolutiua conditio potius ha-
bet vim modi, & non eſt potens ad ſuſpenden-
dum, neque ad conditionandum, niſi conſtet
partes contrarium voluiſſe, vt multi dicunt,
quod non ita in vltimis voluntatibus procedere
poteſt, in quibus perfectio reciproci conſen-
ſus deficit, & ideo in his reſolutiua conditio
facit vltimam diſpoſitionem conditionalem Ce-
ſal.conſ.52.numer.6.& ſequent.Menoch.conſ. 77.
num.10.conſ.105.num.39.Zanc.in l.hæredes mei §.
cum ita numer.178.& 329.ff.ad Trebellian. Ol-
drad.Ancharan & alij per Surdum conſ.268.num.
60.Ponte conſ.20.num.48.49.Fab.de Anna conſ.
39.Peregrin. de fideicommiſſ. artic.11. ſub numer.
129.Barboſ.in lege ſi coſtante §.1.num. 24 ff.ſolut.
104 matrimon.Verum id firmandum eſſe cenſeo, †
inſpectis tamen verbis diſpoſitionis, ſeu inſtitu-
tionis.Etenim tunc in vltimis voluntatibus con-
ditio in reſolutiuis poſita conditionalem reddit
diſpoſitionem,quando ea in diſpoſitis ante ius
quæſitum apponeretur, & tunc procederent ſu-
perius citata iura, ſecus ſi ea reſolutiua condi-
tio poſt ius quæſitum apponeretur, cum tunc
diſpoſitio non efficeretur conditionalis, ſed pu-
ra remaneret,ſub conditione reſoluenda nempe
ſi fiat ſimpliciter inſtitutio, & inde in aliquem
euentum adijciatur clauſula conditionalis reſo-
lutiua, videlicet caſu quo, & cætera, vel ſub
conditione tamen,& cætera Surd. late dicto conſ.
268.nu.60.61.ad fin.Ceſal.conſ.52.num.8.16.
Gabr.conſ.90.num.11.& ſequent. libr.1. Hipollit.
Riminald.conſ.244.num.284.& ſequent. Rota Bo-
nonienſ.poſt eum num.43.Honded.conſ.58.numer.
79.libr.1.Cardinal.Tuſcu.concl.585.& nu.4.lit-
ter.C.lib.2.Barboſ.in lege ſi coſtante §.1.ſub num.
24.25.ff.ſoluto matrimon. Ea omnes potiſſimum
105 ratione moti,ex quo poſt † ius quæſitum ex pu-
ra inſtitutione ſemel hęres nõ poteſt deſinere eſ-
ſe hæres,lege & ſi ſine §.ſed quod Papinianus ff. de
minor.Bart.Imola.Cuman.Caſtrenſ. Alexan. Corn.
Soccin.Crauetta.Ceſal.& alij per Surdum conſ.268.
num.57.Menoch.conſ.1030.num.4.libr.11.Anton.
Faber.C.lib.7.tit.7.defin.6.in fine. Quidquid ſit in
106 filijs, † & nepotibus,qui ſub conditione caſual,
vel mixta ſaltem inſtitui nequeunt, & quid de
poteſtatiua,vel quo ad legitimam lege ſuus ff. de
hered.inſtituend.lege ſi pater filium.C.de inſtitut.&
ſubſtitut.Gargiar.Patrocin.99.num.3. Molina de
primogen.libr.2.cap.1.a num.29.& ſequẽt.ad finem
Maluaſ.conſ.24.n.15.Fonte conſ.20.num.42. Fa-
chin.controuer.iuris lib.5.cap.71. Surd.dec.232.
n.14.& ſeq.Peregr.art.36.nu.62.63.& ſeq.Paul.
de Caſtro in d.l.ſi pater filium num.8.Iaſon num.18.
19.& Bart.in d.l.ſuus Angel.conſ.97.n.2. in fine
per Cancer.variar.reſolut.lib.3.ca.21. de tranſmiſſ.
n.13.14.15.

107 Quæ poſſeſſio per ſtatutum † continuas, de-
functo quæſita per conſtitutum,in hęredem tran-
sferri, & continuari prohibentur, ne duo fi-
ctiones concurrant, & ſpecialia multiplicentur
Bald.Barb.Caſſan.& alij per Mil.dec.3.n.114 115.
116.lib.1.contrarium ſentit Molin. de primogen.
Hiſpan.lib.3.cap.12.numer.25.dicens huius articu-
li reſolutionem pendere ab alio articulo, ſi poſ-
ſeſſio,ex vi huiuſmodi ſtatuti, vera ſit, quam ve-
ram firmauit. Idem Mol. dicto loco.n.19.& nos n.
52.ſupra.

108 Non continuatur † in fiſcum, qui non ſucce-
dit,vti hæres,ſed ex confiſcatione, vel aliter Pe-
regr.de iur.fiſc.lib.5.tit.1.n.52.Honded.conſ.42.
numer.39.lib.1.Caualcan.deciſ.3.num.10.lib.2.&
deciſ.39.libr.3.Tiraquel.le mort Saiſit.par.2.de-
109 claration.15.nu.16.& ſeq.Maſtril.infra ſecus †
ſi iure ſucceſſionis fiſcus admittatur, ſicut, &
alij legitimi de iure ſucceſſores. Tiraquell. le
mort Saiſit par 2. declarat.15.per tot.Maſtril.in
addiction.ad Petr. de Greg.de iudic.cauſar.feudal.
q.18.liter.A.

110 Et an hęres,† in quem fuit continuata poſſeſ-
ſio poſſit de facto eijcere alium rei poſſeſſorem,
Peregrin.art.47.n.24.25.26.& ſeq.

Quæſtionis quoque eſt ad materiam capituli
111 prędicti Ferdinandi 43.ſi continuari † debeat
poſſeſſio in eum hæredem, qui de iure verus ſit
ſucceſſor, vel in hęredẽ ſcriptũ, Et quamuis Petr.
de Gregor.de indic.cauſar.feudal.q.17.18. Rinald.
Coſſitel.Cumia,Blaſcus,Lancea,Antonius de Siracu-
ſis in cauſa Comitatus Sancti Marci, Antonius de
Angelo in cauſa Baroniæ Martinorũ.Cumia ritu 38.
n.130.quod in verum ſucceſſorem continuari de-
beat profiteantur,& eiuſdem ſententiæ videtur
fuiſſe Bonior.in cauſa feud.Tamen contraria ſentẽ-
tia eſt verior,& magis probata,vt in hæredẽ ſcri-
ptũ cõtinuetur, etiam quod ad alium pertineat
de iure ſucceſſio,& dominium,ex forma dicti ca-
pituli Milan.deciſ.3.lib.1.in cauſa Marchionatus
Giarratanæ,& dec.1.in cauſa Baroniæ Prizi, & in
cauſa Baroniæ Biſcaris.Pariſ.conſ.41.lib.1.Alciat.
conſ.276.in cauſa Goliſani,in cauſa Mobartæ, & in
cauſa Mazariæ Bolognett.conſ.5.n.20.& 36.& cõſ.
7.num.59.Boniorn.in appoſtil.ad Capitulum Regni
prædictum 43.ſub Ferdinando,vbi dicit ita fuiſſe
deciſũ in cauſa Frigentini Campixiam, & alij no-
ſtrates.quos refert Corſett.conſ.15.nu.13.& 16.
vol.6.in manu ſcriptis,& cõſ.9.n.13.in feudal. Ma-
ſtril.ad Pet.de Gregor.de iudic.cauſ.feudal.q.18.in
fine,& dec.72.n.9.dec.110.n.24.& 25.Hipol.Ri-
minal.conſ.91.n.9.in princip.Honded.cõſ.28.n.28.
lib.1.Couar.variar.reſolut.libr.3.cap.5.nu.6. Dec.
cõſ.47.n.11.lib.3.Peregr.de fideicommiſſ.art.47.n.
20.& ſeq.& conſ.4.n.51.& ſeq.l.1.Cumia in c.ſi
aliquem verb.antiquis n.385.Intriz.de feud.centur.
2.artic.92.n.21.cum præcedentibus Molin.de pri-
mogen.lib.3.c.5.n.41.& c.12.Greg.Lopes.l.7.p.5.
tit.4.plene Corſettus Regens in addiction.ad Patrem
conſ.18.n.27.28.ad finem.Et cum iſta veriore mu-
tauit ſententiam prout prudẽtum eſt, idem Petr.

*de Greg.de conceſs.feud.p.4.queſt.*11.*n.*20. 21.*vbi*
112 *additio*.Quidquid ſit† de iure Hiſpano *ex l.Tau-*
ri.45.per quam in eum hęredem vel ſucceſſorem
bonorum defuncti continuatur poſſeſſio,(*que ſi-*
gun la diſpoſition del Mayorazgo deniere deluceder
113 *en el*)vt diximus latius infra in caſibus tamen †
quibuſdam particularibus non in hæredem ſcri-
ptum,ſed in vere ſucceſſurum continuari poſſeſ-
ſionem diſpoſitum fuiſſe in Regno,vt in cap. Im-
peratoris Caroli 118.204.258.& ſub Rege Phi-
lippo *c.* 18, ponderando capitulum prædictum
258.dicunt *Milan.dec.*3.*num.*247.*lib.*1. *Cumia in*
cap.ſi aliquem verbo antiquis ſub nu. 385.*& Fuſius*
*Corſetus Regens ad patrem conſ.*18.*n.*31. Deficien-
114 te tamen† hærede ſcripto in hæredem ab inte-
ſtato poſſeſſionem continuari diſpoſuit *cap.* 43.
*prædictus Milanenſ.deciſ.*3.*num.*43,52.*libr.*1. cum
præſumptio *lege conficiuntur, de iure Codicillorum*
concurrat *Tiraquell.le mort Saiſit in* 7. *declarat.*
2.*partis Hippolit.Riminal,conſ.* 352.*num.*81. *In-*
*triglıol.ſingular.*145.*lib.*1. *Caualcan.dec.*39. *num.*
2.*libr.*3.

Nec abſolutè verum eſt in materia, quod adeo
ſtatutum in hæredem continuet poſſeſſionem.
115 †vt teſtator non poſſit,nec expreſſe facere,quod
tale ſtatutum non continuet, *vt dixit Faber.in* §.
*alteri col.*4.*Inſtit.de inutil.ſtipulation.per Caſsan.in*
*conſuetud.Burgund.rubr.*7.*verb.le mort.Saiſit.verſ.*
& de hoc n. 5.*Gugliel.de benedict. in c. Rainutius*
verb.mortuo teſtatore il 2. *num.* 72. *de teſtam.per*
*Mil.deciſ.*3.*n.*59.*libr.*1.Quę auctoritates adductæ
fuerunt ab Illuſtre Præſide Hyeronimo de Neapo-
li in dicta cauſa Giarratanę,ad quod poſſet addu-
ci *Caſſan.cōſ.*19. *& alij per Tiraq.le mort Saiſit p.*7.
decl, 3. vbi etiam,ſi a teſtatore pœna adiecta ſit,
& generale eſt, vt non poſſit facere teſtator,quod
leges,& ſtatuta non habeant locum , in ſuo teſta-
mento , *Doctor.in leg. nemo poteſt ff. de leg.* 1.
& in ſpecie iſtius ſtatuti dixit. *Rota apud Mohed.*
*dec.*4.*n.*2.*de teſtamentis alias dec.* 302. Contrariū
116 † alij verius putarunt in Regno procedere , vt
deciſum fuit in M.C.in cauſa Territorij di li Bi-
gini,pro Fabritio Gaffreo,& Ponte,cōtra Franci-
ſcum Blanco,& in cauſa prædicta Giarratanæ, &
illud procedere dicunt de conſuetudine particu-
lari Galliæ,& ita loquuntur præcitati,& etiam
Tiraquellus,& ita in ſpecie dicit *Menoc. de adipi-*
ſcend.poſſeſſ.remed. 5.*ſub n.* 33.allegando *Tiraq. in*
d loco,& ponendo iſtud pro limitatione.Nā alias
de iurę communi non eſſet dubium , vt quemad-
modum poteſt teſtator de cæteris rebus diſpone-
re,ita etiā poſſet diſponere de poſſeſſione in præ-
iudicium hæredis vniuerſalis,transferendo in aliū
cum legis vigorem obtineat teſtatoris diſpoſitio,
117 *ex vulgato* §. *diſponat Auth.de nup.*& in ſpecie,†
quod ſtatutum poſſeſſionem in hæredem conti-
nuans non operetur contra voluntatem teſtato-
ris,alias in cauſis prædictis Giarratanæ,& de li Bi
gini fuit adductus *Menoc. de adipiſcend. poſſeſſ. re-*
*med.*4.*n.* 84.*q.*9.*&* 10. *Ioannes Bexianus in conſue-*
*tud.Aluern.c.*12.*art.* 1.*verſ.primus caſus*,vbi quod
reſpectu poſſeſſionis continuandæ vigore ſtatuti
concurrere debeat præſumptio tacitæ volunta-
tis defuncti *ex l.conficiūtur ff.de iure Codicil Milan.*
*dec.*3.*n.*43.45.52.220.244.*l.*1.*Rim.conſ.*91.*n.*10.
118 *lib.*1.Et de iuris † communis diſpoſitione pro-
cederet contrarium,quando ſimpliciter teſtator
mandaret,quod poſſeſſio nō continuetur in hære-
dem,ponendo poſſeſſionem in pendenti,in ſuſpē-
ſo,& in aere ,ſed cum de poſſeſſione illa diſpone-
ret in alium, vel poneret eam in ſuſpenſo gratia
alterius,tunc non video legem repugnātem,qua-
re teſtator, nō poſſit hoc facere,& ſi ad maiorem
claritatem percurimus per rationes,quæ pro cō-
traria opinione poſſent adduci euidētius appare-
bit, quod id nulla lege teſtatori videatur prohibi-
tum ſi enim adducitur Regula , qua videtur mo-
tus *Faber.& Gugl. de Benedictis in d. loco ex l.nemo*
*poteſt de l.*1.vt non poſſit facere teſtator , quin le-
ges,& ſtatuta in ſuo teſtamento locum habeant.
Reſpondetur quod immo teſtator dando licen-
tiam legatario, vel alio capiendi propria aucto-
ritate non facit quod ſtatutum non cōtinuet poſ-
ſeſſionem in hæredem , nam ex illo ſtatuto illico
poſſeſsio volat,& tanquam Sagitta in hæredem
tranſit,& ſic ſtatutum in illo iſtanti operatum eſt
effectum ſuum quamuis inde detur locus licētiæ
capiendi,quæ à teſtatore fuerit conceſſa , quod,
quo ad actualem rei poſſeſſionem ſine ſcrupulo
credo procedere,pariter ſi pro contraria opinio-
119 ne adduceretur ratio† quod duo inſolidum poſ-
ſidere non poſſunt *Milan.dec.*1.*n.*96.*l.*1.*Surd.conſ.*
179.*n.*27.Reſpondetur quod imò ſtante dicta li-
centia a teſtatore attributa,nō inducitur,nec re-
ſultat iſtud quod duo inſolidum vno eodemque
tempore poſſideāt , ſed hæres ex ſtatuti,vi ſtatim
cōtinuat,& ſolus poſſidet inſolidum,ex inde vero
alternatim,ſi legatarius vel fideicommiſſarius di-
cta licentia vtitur capiēdi auctoritate propria, &
capiat,poſſidebit ipſe legatarius, vel fideicōmiſ-
ſarius ſolus inſolidū,prout antea ſolus hæres poſſi
debat proinde tollitur abſurdū, quod duo inſoli-
dū eodem tēpore poſſideant, ſi vero pro cōtraria
120 opinionē† dicatur quod licentia capiēdi poſſeſ-
ſionem intelligi debeat , ſi ſit vacans non autem
ſi ſit plena,ne ex tali licentia delictū oriatur que-
madmodum ſtante ſtatuto continuante poſſeſſio-
nem poſseſſio nunquam ſit vacans, ſed ſemper ſit
plena quod propterea huiuſmodi licentia nihil
operetur.Reſpōdetur quod id in dubio capiendū
eſt in licētia generaliter & ſimpliciter data capiē-
di poſſeſſionem, quæ de vacanti intelligitur , non
de plena ſeu occupata , ſi vero eſſet data facultas
capiendi poſſeſſionem etiam plenam tunc ceſſat
obiectum, quod procedit in dubio , & cum teſta-
tor,qui ſcit poſſeſſionem in hæredem ex vi ſtatuti
ipſo iure continuatam eſſe , nihilominus dat li-
centiam legatario, vel fideicommiſſario intrandi
poſſeſſionem propria auctoritate , poteſt enim
lex,teſtator,vel iudex ſcienter tribuere licentiam
capiendi propria auctoritate poſſeſſionem etiam
plenam ſic in ſpecie id probatur,cum de iure cer-
tum ſit legatarium non poſse capere poſseſſio-
nem propria auctoritate , & ſi capit incidit in pę-
nam *leg.non dubium Cod.de legat.*quæ lex procedit
hęrede poſſidente vt dicit ibidem *Gloſa,Ruin. &*
*alij per Menoc.de recuperan.poſſeſſ.remed.*5.*num.*31.
Tamē,ſi data ſit facultas legatario capiēdi poſſeſ-

ſionem

Digitized by Google

ſionem auctoritate propria, tunc quamuis poſſeſ-
ſio, ſit plena, quia hæres poſſideat, nihilominus
poterit impune legatarius dicta licentia, vti, &
propria auctoritate poſſeſſionem intrare, nec
erit locus *dicta l. non dubium*, vt poſt multos ſcri-
bit *Menoc. d. remed. 5. n. 33.* Item obiectũ procede-
121 re ſentio, ſi poſſidens † legatario, vel fideicom-
miſſario reſiſteret, qui veniret ad capiendam poſ-
ſeſſionem ex licentia teſtatoris, tunc talis, licen-
tia nõ prodeſt legatario, ſed venire debet aucto-
re Pretore, cum teſtator non poſſit dare licentiã
quod poſſeſſio capiatur contra poſſeſſorẽ reſiſtẽ-
tem, quia hæc violentia non cenſetur ſibi permiſ-
ſa, nec minus occaſio delinquẽdi permitti poteſt
ad text. in l. non eſt ſingulis ff. de regul. iuris, & de-
clarat *Menoc. de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. n. 32. Achill. Perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. n. 406. Graſſ. §. fideicommiſſum q. 43. n. 7. verſ. ſcias etiã.* Et quod
122 fideicommiſſarius † poſſit ex licentia teſtatoris
capere poſſeſſionẽ, etiam plenam, & contra hę-
redem poſſidentem, non autem reſiſtentem *profi-
tentur Caualcan. de vſufruct. n. 12. Plotus Galiaula, & alij per Surd. conſ. 265. nu. 35. Menoch. de adi-
piſcend. poſſeſſ. remed. 2. num. 53. Seraſin. dec. 492. num. 5.*

Cumque ſtatuti huius diſpoſitione in hæredẽ
tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato continue-
tur defuncti poſſeſſio, illa ſuborta eſt difficultas
in Regno circa intelligentiam dicti Capituli an
123 † poſſeſſoriũ huiuſmodi mixtæ naturę, ſit, & nõ
merum cum hæres neceſſe habeat, vt beneficio
ſtatuti iuuetur demõſtrare ſe Hæredẽ eſſe idque
ad ſubſtantiandam poſſeſſionem videtur requi-
ri; & ſic videatur proprietatis cauſam ita inſitam
& annexam habere, vt omnis exceptio, quæ peti-
tionem hæreditatis perimeret, perimere habeat
fictionem, & beneficium ſtatuti, & quidquid pro-
prietati detrahitur, detrahi, videatur poſſeſſio-
ni, ac videatur principaliter, & ſubſtantiue quæ-
ſtionem eſſe ſuper ipſa hæreditate, & iure domi-
nij. Quod cognoſci iuuat, tum ad effectum appel-
lationis poſſeſſorij mixti ſuſpenſiue concedendæ,
tum ad probationes, & latiores inducias indul-
gendas, vt fidẽ faciãt in iuditio petitorio ordina-
rio, tũ ad effectum vt ſententia lata in poſſeſſorio
mixto, exceptionem rei iudicatæ pareat in peti-
torio, tum etiam vt in iuditio prædicto mixti poſ-
ſeſſorij exceptiones proprietatis cauſam atti-
nentes admittantur.

124 In quo verius eſt † eam in hoc capiendam in-
terpretationem, vt ſi probabiliter de hærede vero
non dubitetur veluti ſi ex teſtamento cõſtet pro-
pter eiuſdem apertam, & apparentem fidem, vel
ab inteſtato quem ſucceſſurum compertum ſit
(in quo nempe improbando, ſe hæredem, vt im-
mittatur, nec plenariam cognitionem requiri vt
in mixto poſſeſſorio de iure conſtitutum eſt, ſed
tãtum ſummariam, quæ iudicis experitur officio)
& tũc merum, nõ mixtum iudicandum eſt poſſeſ-
ſoriũ, vt ex pluribus in cauſa Marchionatus Giar-
ratanæ ſenſiſſe Magnam Curiam refert *Milan. de-
ciſ. 3. num. 19. & ſeq. ad n. 33. & per tot. lib. 1. poſt Contard. Bald. Signorol. de Amodeis. Bero.* & alios
125 per eumdem relatos, ſi vero † quis hæres ſit, vel
ſucceſſor, ita ex diſpoſitis per teſtatorẽ, aut ſtatu-
tũ, vel aliter dubium ſit, vt neceſſario de iure do-
minij ad fundandum quis ſit hæres, vel ſucceſſor
diſceptandum principaliter ſit ad cauſam poſſeſ-
ſionis ſubſtantiandã, ita, vt ex cognitione Domi-
nij, ſeu qualitatis, quis verus ſucceſſor ſit reſulta-
re habeat poſſeſſionis continuatio ex beneficio
ſtatuti, & tũc poſſeſſoriũ mixtũ, & nõ merum iu-
126 dicãdum eſſe ſentio, vt ſi id † eueniat ſtatuti di-
ſpoſitione, quemadmodum *ex l. Tauri 45.* Sanci-
tum, eſt vt mortuo vltimo maioratus poſſeſſore
poſſeſſio, ciuilis, & naturalis bonorũ eiuſdẽ ma-
ioratus tranſeat in eum ſucceſſorem, *Que ſegun la diſpoſicion del maiorazgo de viere de ſucceder en el.* Ex quibus verbis compertum ſatis eſt quod
quamuis remedium dictæ legis ſit poſſeſſorium,
eius tamen naturę, & qualitatis eſt, vt habeat ad
mixtã, & inſitã cauſam proprietatis, ad eo, vt in eo
nõ poſſit obtinere niſi ille, qui prius ſe eſſe verũ ip
ſius maioratus ſucceſſorem probauerit, quod ne-
ceſſario proprietatis cauſam contingit, cũ prius
tractandum, ac diſcutiendum ſit de iure Dominij
vtrum is, qui in poſſeſſionem maioratus benefi-
tio legis prædictę in eum translatã eſſe prętendit,
ſit verus ac legitimus eiuſdem maioratus ſucceſ-
ſo, vel non *Palaci Rub. in l. prad. Tauri. n. 2. Greg. Lopes l. 7. tit. 4. par. 5. gloſ. verb. poſſeſſ. Gomes l. Tau-
ri 45. n. 194. in fine Molin. de primogen. Hiſpan. l. 3. c. 13. a n. 9. ad n. 13. Valenz. Velazquez conſ. 97. num. 220. 221. conſ. 69. n. 248. 249. Mol. Theolog. de inſt. & iure diſput. 637. n. 4. 5. 6. 7. 8. Pallaez. de Maio-
ratu t. 1. p. 3. q. 24. n. 4. Criſtouer. de Paz. in ſcolys leg. Stili 251. n. 40. f. 674. Villadiego. in politica in titulo de la forma de libellar de la inſtrucion y de las clau-
ſulas generales de los libellos n. 170. fol. 64. Fontan. de pactis dotal. clauſ. 7. gl. 3. p. 1. n. 50. & p. 4. n. 24. 25. vol. 2. Auendag. in l. Tauri. 45. gl. 7. nu. 2. 3. fol. 190.* qui refert, & ſequitur *Molina. d. cap. 13. Mi-
lan. dec. 3. n. 13. l. 1. Rouit. cõſ. 5. n. 12. & 13.* Vel ſi iu-
127 ditio teſtatoris id † contingat, vt in cauſa prædi-
cta Giarratanę ille Don Garſias teſtator declara-
uit nolle Donnam Belladammã Duciſſam Biſbo-
næ hæredem inſtituere, quia nollebat apud infe-
ros detrudi, & animam ſuam detrimentum pati,
ſed volebat quod bona tranſirent, & peruenirent
ad vocatos ex diſpoſitione ſuorum prędeceſſorũ,
vt refert Milan. dicta dec. 3. n. 45. lib. 1. & in cauſa
Baroniæ Gruttarum ille Don Baldaſſar Monte
aperto Baro vltimo loco defunctus coram teſti-
bus declarauit, quod Baronia vadat ad eum, ad
quem de iure ſpectat, de qua cauſa ſcripſit *Intrig. dec. 42.*

Dic igitur in caſibus prædictis cauſa poſſeſſo-
riam, & continuationis vigore capituli prædicti
Regis Ferdinandi omnino eſſe mixtam ex ſtatuti
diſpoſitione ita forte dictante, vt eſt lex prædicta
Tauri, vel iudicio teſtatoris, & cõditionali diſpo-
ſitione ab origine, & ex natura primordiali iſtius
poſſeſſorij, cum per neceſſarium antecedens co-
gnoſcendũ primo loco ſit quis verus ſit hęres, re-
cognoſcendo formas inueſtiturarũ, priuilegiorũ,
& teſtamentorum quæ omnia ad fundãdũ domi-
nium & petitorium neceſſario tendũt, *Milan. dec.*
128 *3. li. 1. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. & ſeq.* Vbi, † quod quã-

S 2 do

Digitized by Google

do duo ſunt inſtituti conditionaliter, nempe ſi
competit, tunc ſit poſſeſſorium mixtum, ex iuditio
129 teſtatoris, & † in iſto poſſeſſorio ſit mixto ex natu-
ra, & ſubſtantia ipſius iuditio teſtatoris dicũt DD.
quod quidquid detrahitur, vel additur proprieta-
ti detrahitur, vel additur poſſeſſioni, & è conuer-
ſo *Molin. dicto capit. 13, num. 9. 10. & ſequent.* Pro-
inde *Milan.* dicto loco *num.* 14. 15. firmat, quòd
130 † ideo in iſto poſſeſſorio diuerſimodè procedi-
tur, quam in illo ſummariſſimo, ex quo in iſto
cum plena cauſæ cognitione, cum teſtibus parte
citata proceditur, & plenarie cauſa examinatur,
Iaſon. conſ. 54. n. 4. Bald. conſ. 141. 130. lib. 2. Vbi
131 † poſſeſſorium iſtud mixtum, & appellabile ſu-
ſpenſiuum iudicat, ex quo in eo plene diſputan-
dum, & cognoſcendum eſt, ſi qualitas, vel condi-
tio à teſtatore requiſita concurrat in hæredem,
vel non in quem continuari poſſeſſionem vigore
132 ſtatuti prætenderetur, & quoties, † contingit du-
bitari, ſi quis poſſit eſſe, vel non eſſe hæres, intrat
petitorium intitũ ſubſtantiuè in ipſo poſſeſſorio,
ſequendo *Baldum* tradit *Contard. in l. 1. C. ſi de mo-*
133 *mentan. limitat. 2. §. 2. n. 2. 3. 7. 8. & n. 4.* probat †
quod decidẽdo iudex poſſeſſorium, fit tacita de-
claratio in iſto caſu, quod ſit verus hæres, vel per
æquipollens, & ſic ſuper petitorio inſito *& §. 1. d.*
134 *n. 21. a n. 27. fol. 181.* vbi, † quod quando Domi-
nium ſubſtantiat libellum, etiã quod non ſit deci-
ſum, datur appellatio ſuſpenſiua *Bero. conſ. 111. n.*
15. *l. 3.* qui probat, quod iſta quæſtio in huiuſmo-
di poſſeſſorio, etiam à petitorio ſeparato, dicitur
etiam principaliter, & ſubſtantiue tractari ſuper
petitorio & non ſuper poſſeſſorio, tantum, vnde
ratione mixturæ fit appellabile ſuſpenſiuum, ſi
prætenditur continuatio vel filius, vel hæres in tã-
tum quod cui non fouet ius in petitorio, nõ in poſ-
ſeſſorio cũ exceptiones omnes, quæ petitorium
perimunt, perimũt quoque poſſeſſorio, quia ſunt
annexa, Et *Contar. d. lim. 2. 10. 11. f. 168.* iſtam cau-
ſam poſſeſſoriam ita mixtam appellabilem ſu-
ſpenſiuam eſſe concludit eum ſit, quod diſputari
omnino debeat de proprietate, & iure hæredita-
135 rio. Quod ſecus eſt, † cum quis cõditionem ali-
quam hæreditariam, aut filiationis, quæ eundem
ſucceſſibilem redderet probare, non cogeretur, vt
puta ſi ſimpliciter in teſtamento ſcriptus, hæres
reperiretur, cum tunc ſufficiat ſola teſtamenti non
abraſi, non cancellati oſtenſio, & productio,
iuxta text. in l. fi. C. de edicto Diui Adrian. tollend.
& ſic in mero poſſeſſorio, ſimplici, & momen-
taneo, in quo quia ſimpliciter hæres ſcriptus eſ-
136 ſet, & vere, † de titulo probandum non ſit ſub-
ſtantiue, ſed forte titulus opportaretur ad colo-
randum, & confortandum tantummodo, *vt tradit*
Bald. dicto conſ. 330. lib. 1. Menoch. de recuperand.
137 *poſſeſſ. remed. 9. n. 320. 328.* Secus † cum vter-
que eſſet inſtitutus ſub aliqua conditione ſubſtã-
tiua petitorij, quæ fundari opporteret *ex Doctri-*
na Bald. conſ. 141. lib. 1. tradit *Maſtril. dec. 42. n. 3.*
& ſub n. 14. 15. & hanc diſtinctionem maxime,
ſtante ſtatuto, ſequẽdo *Bald. d. conſ. 141.* tradit *Lu-*
douic. Sacc. conſ. 2. n. 126. 127. qui ſequitur *Contar-*
dum, & Beroum ſuperius adductos *Grat. dec. 60. n.*
138 13. 14. & ea inter alias eſt ratio, quod † poſſeſſo-
rium iſtud, quamuis ſeparate decidi, ac terminari
deberet, adeò continet in ſe implicitã cauſã peti-
torij, & meritorum, quod impoſſibile eſt diuidi, &
ſeparari poſſe, proinde taliter mixtum eſſe con-
ſtat, quod ſicut a petitorio ſuſpenſiua conceditur
appellatio, ſic etiã ab iſto ita mixto poſſeſſorio,
quia merita petitorij ab huiuſmodi poſſeſſorio in
pupil. quem omnes alij communiter ſequuntur Paul. de Caſtro in l.Scæuola ff.ad Trebell.Ripa in l.1.n.92. ff.de vulg.Alciat.in l.cohæredi n.7.ff.eod. Zancus in l.hæredes mei §.cum ita n.41.ff.ad Trebell. Paul. de Caſtro conſ.152.lib.1.conſ. 157.col.2.conſ.267.& 422.lib.2.& conſ.163.n.4.in fi. libr. 3. Corn. cōſ. 15.col.fi.lib.2.conſ.298.lib.3.vbi addictio in fine teſtatur ita iudicatum, Alciat.conſ.59.col.fi.conſ. 103.colum.fi.lib.9.vbi ita ſæpius iudicatum dicit conſ.575.nu.1.& conſ.610. Aretin.conſ. 155.n.4. Iaſon conſ.148 dub.1.l.2.Soc.Sen.conſ.52.col.pen.l. 4.Rub. Alexand.conſ.104.in fin.Curt. iun. conſ.83. 135.n.2.Pariſ.conſ.18.n.38.lib.2. Soccin.Iun.conſ. 41.& 101.nu.14.l.1.& conſ.114.eod.lib.conſ.181. n.47.libr.2.conſ.122.n.36.lib.3. Tornol. conſ. 78. dub.3.Menoch.conſ.106.n.390. 391.& ſeq. conſ. 215.n.3.& 5.conſ.325.n.45.conſ.326.nu.34.conſ. 328.n.1.conſ.528.n.3.conſ.532.num.38.conſ. 944. n.38. conſ. 1088.n.9.11.15.& ſeq. conſ. 1082.n. 18.19.conſ.1103.n.13.conſ. 1165. vbi late Gabr. conſ.95.nu.17.18.19.conſ.115.conſ. 117.n.15.& ſeq.lib. 1.Dec.conſ.238.318.& 427.Ripa conſ.11. de ſubſtitut.Ruin.conſ. 83.n.4. conſ.94.in 2.caſu cōſ. 96. n.14.conſ. 99.n.1.conſ.140.dub.4.conſ.185. n. 7.Crauetta conſ.283.col 2.conſ.295.col. 1. Simon. de Prætis de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 3. interpretat. 3. dubit.4.ſolut.2 n.1. & ſol.370.nu. 7.Trentacinq. de ſubſtit.p.4.c.14.n.32. Peregr.conſ. 40.n.6.libr.1.conſ.36.n.25.libr.3.conſ.33.n. 8. & ſeq.l.5.& de fideicom. art.15.n.5.14.& ſeq.n. 22. 35.36.dicens per grauiſſimos viro fuiſſe deciſum Surd.conſ.279.n.10.& ſeq.qui dicit hāc eſſe communem,& ab omnibus approbatam,conſ.236. n. 53.& conſ.347.n.10.Sforz.Odd. conſ. 2.num.4.11. & ſeq.conſ.56.num.5.Ceſal.conſ 620.n.15.& ſeq. Decian.conſ.62.n.11.& conſ.81.lib.2.conſ.91.n.10. ſeq.l.5.Rot.Rom.dec. 374. nu. 1. dec.648.p.1. dec. 332.p.2.& dec.403.nu.11.& ſeq. in recollectis per Farinac.Caſtil. dec.151.n.31.& dec.153.num.60. & ſeq. Anton.Faber.C. de impuber.& alijs ſubſtit. lib.6.tit.8.defin.13.Theſaur. deciſ.86. qui teſtatur per Senatum deciſum Paſc. de viribus patr. poteſt. p.1.c.9.n.54.Fachin. lib. 4.controuer.iuris cap. 46. Ambroſin.dec.44.par.2.Fontanella de pactis dotal. clauſ.5.gl. 10.p.2.ſub n.31.vol.2.Seſſa dec. 50.n.4. 7.8.& ſeq.dicens opinionem Oldradi communiter reprobari,atq. per Senatū Aragoniæ deciſum teſtatur Rota Romana apud Cardinal. Seraſin. dec. 472.num. 13. Surd.dec.144. n. 5. Mantica.de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 6.Gratian. diſcep.747.n. 15.& ſeq.& n. 23. qui ſæpius in Rota Romana deciſum teſtatur Aluar.Velaſc.deciſ.139. n.5.& 17. Fuſar. de fideicommiſſ.quæſt.469.n. 37. Tomingi deciſ.15. Paponi lib. 10. tit. 3. arreſt. 2. Moroci conſ. 31.num. 1. Burſat.conſ.262.num. 31. Bero.conſ.110.n.62.lib. 2. Bertazol. conſ. 61.n.3.in ciuilibus Guid. Papa.dec.550. Caſanat.conſ.2.n.1. & 2.& conſ.3. Marzar. de fideicommiſſ. q. 25. Gomez.variar. reſolution.lib 1. cap.3.n. 10. Illacio.4. & 8.Graſſ.§.ſubſtitutio quæſt.81. num. 5. 6. Fab. de Anna conſ.9.lib.1. Honded.conſ. 49.libr.2. Molin. de primogen.lib. 3.cap.6.num.39.Raudenſ. conſ.37. nu.138.inſpection.3.p. 3.& num. 213. Rota Bononienſ.conſ.vnico impreſs.poſt dec.Barzij n.151.152. & ſeq.Super quo ſane nec per Dominos fundamentum factū fuit cū vere præfata propoſitio accipienda ſit, in fideicōmiſſaria ſubſtitutione de qua iſto caſu nō controuertebatur, ſed de pupillari ſubſtitutionis euentu quamuis in cōpendioſa compræhenſe, ex obitu Don Ioānis hæredis in pupillari, ſed ex contrariorum ponderatione, ac ſigillatim cuiq. reſponſione iſtius opinionis fundamenta, quibus & Domini moti potiſſimum fuerunt paucis aperiam.

Itaque nullam prorſus habet conuenientiam
9 † primum fundamentum ex aduerſo cum terminis caſus noſtri (quamuis aſſumptum ſit in ſe veriſſimum, vt omnes gradus a certa perſona depēdētes deficiant ea defecta) Nam Caterina,& Vincentia teſtatoris ſorores, non Donnæ Franciſcæ primo loco ſubſtitutæ tantum dependenter ſubſtitutæ ſunt, ſed etiam Don Ioanni hæredi ac in eorum defectu, vt ex diſpoſitis per Bartholomæū teſtatorem ſuperius ex facto propoſito certum eſt. Proinde non a certa perſona Donnæ Franciſcę ſubſtitutæ tantum dependebant ſubſtitutæ ſorores teſtatoris, quod ſat eſt.

Nec cōuenit, quod in ſecundo fundamento cōtrario, ex pluribus firmatū eſt, quod ſtāte ſubſtitutionis gradum conexitate, ac catenatione, dependenter continuate, ſeu ſubordinatè primo eiuſdem gradu caducato cæteri ſequentes ruant.

10 Primo quia † verius eſt ſecundum tertium, vel vlteriorem ſubſtitutum venire ex propria perſona, nō autem ex perſona præcedentium ſubſtitutorum, quorum ſubſtitutio, in cauſa caduci effecta, ſit illi enim poſteriores ſubſtituti principaliter,& expreſſe vocati,& ſubſtituti dicūtur, veluti & præcedentes, ſub conditione, tamē ſi ſubſtitutio in perſonam ipſorum præcedentium locum non habebit,& ob id ij poſteriores non dicuntur ipſis præcedentibus caducitatis ſuccedere, nec ab eis accipere, ſed ex eorum perſona,& principaliter ſuccedunt, vel hæredi inſtituto, vel ſubſtituto qui hæreditatem adierat, & ſine filijs deceſſerat. Itaque ſubſtitutiones caducatæ nō dicuntur mediæ, nec dependent vltimæ a primis per inde ac ſi præcedentes ſubſtitutiones factæ non fuiſſent, ac dicitur ab vltima ſubſtitutionem incipere, Bart.in dicta l.quamdiu Paul. de Caſtro conſ. 375. col.2. verſ. Dicet aliquis lib.1. Menoch.conſ.106.n. 362.& conſ.1088.n.10.& ſeq.l.11.& conſ. 1105. nu.12.lib.12.Sforz. Odd. conſ.2.n. 14. Ambroſin. dec.7.Fab. Turret.conſ.70.libr.2. Molin. de primogen.lib.3.c.6.nu. 39 Caſanat.conſ. 20. Crauet. conſ. 677. Gama dec.27. Maſtr.dec. 266. num. 21.22.& ſeq. Franc.dec. 299.Surd.conſ.236. nu. 26. Fuſari. de fideicom.q. 469.nu.40. Rota Rom. dec. 403. nu. 12.p.2.tom.3. in recollectis per Farinac. Peregr. de fideicommiſſ.art.15.num.35.& 36.Gabr.conſ. 125. & 117.libr.1. Gratian.diſcep.747. num.15.& fi n. 16.id controuerſum putet Velaſc. dec.139. n. 6. Dec. conſ.1.n.83.lib.1.Bero.conſ.102. n.30.l.2.Ceſal. conſ.620.n.17.& ſeq.

11 Secundo, Nam † ſubſtitutæ per Bartholomeū teſtatorem ſecundo loco, non ſunt ſubſtitutæ Dōnę Franciſcæ quæ Don Ioannis hęredi fuit primo loco ſubſtituta,& ad dictum primum gradum il-

lati-

Digitized by Google

latinè, vel dependentet, ſed ſeparatè vocatę ſunt ad ſucceſſionem etiam Don Ioannis Inſtituti per differentem, & ſeparatam diſpoſitionem, in alio ſubſtitutionis capite æque principali, licet continuatę, idque in defectu omnium tam Donnæ Franciſcæ ſubſtitutę, quam Don Ioannis inſtituti & eorundem filiorum. Proinde non minus ſubſtitutæ Donnę Franciſcæ, quam Don Ioanni cenſentur Batholomæus enim teſtator Don Ioanni filio in caſu mortis ſine filijs ſubſtituit Donnam Franciſcam eiuſque filios (ecce primum ſubſtitutionis caput) inde in eorū defectu proprias ſorores ſubſtitui per vocationem eorū, qui de iure ſuccedere debent, vt alias fuſius dictum eſt *reſol.* 10. (ecce ſecundū ſeparatū caput) ideo non ob premorientiam Donnæ Franciſcæ primo loco ſubſtitutę, & caducationem primę ſubſtitutionis gradus, ad caducationem iſtius ſecundi gradus rectè infertur, in quo teſtatoris ſorores in alio ſubſtitutionis capite, nempe in defectu omnium vocate ſunt cum ſecundus iſte ſubſtitutionis gradus non à primo tantum, nec abſolute, vel à certa perſona Donnæ Franciſcæ dependeat, ſed ab alio ſeparato ſubſtitutionis capite nempe in vtriuſque defectu ſine filijs, quo fit vt defecta prima ſubſtitutione ſequentes ſeparatę non deficiant *Pariſ. conſ.* 18. *n.* 44. *lib.* 2. *Rota Romana deciſ.* 568. *num.* 9. *p.* 1. *in nouiſſ. Ceſal. conſ.* 283. *nu.* 30. *Caſtill. Sotomaior. controuerſ. iuris l.* 3. *c.* 15. *n.* 58. *Caſtil. dec.* 151. *n.* 28. 29. *ad n.* 33. *dec.* 153. *n.* 35. *& 36. ſentit Fontan. de pactis dotal. clauſ.* 5. *gl.* 10. *par.* 2. *n.* 17. *vol.* 2. *Menoch. conſ.* 1137. *nu.* 70. 71. *& 72. Petra de fideicommiſſ. quaſt.* 11. *num.* 575. *Peregr. conſ.* 33. *nu.* 21. *lib.* 3. *& de fideicommiſſ. artic.* 15. *num.* 29. vbi bene dicit ſubſtitutionem iſto modo conceptam in defectu omnium penitus a prima diſtare, ac ſeparatā eſſe tamquam ſub diuerſa conditione formatam, quam prima, & cæteros antiquiores poſt *Pariſium* refert.

Obiectum quoque, ſiue tertium fundamentum, contrarium de pretenſa ſubſtitutione nominatim
11 facta Donnæ Franciſcæ, nec procedit, nam † illud accipiendum eſt, quando ſecūdus fuerit ſubſtitutus primo nominatim, dumtaxat per fideicommiſſariam ſecus vero cum ſecundus ſubſtitutus potuerit per vulgarem intrare in locum primi ſubſtituti, & ſi eidem nominatim ſubſtitutus ſit tūc enim ſemper per vulgare admittitur, quantumcumque ſecundus fuerit primo nominatim ſubſtitutus, ac ſemper heres huiuſmodi, vltimo ſubſtituto reſtituere grauatus cenſeretur, quemadmodum ſi per cōpendioſam, pro vt in caſu noſtro, ex mentione morte, & ſine filijs in qua vulgaris continetur ſecūdus ſubſtitutus ſit. *Idque ex Doctr. Bartoli in d. l. quandiu n.* 10. *verſic. item facit,* quam ibidem ſequūtur *Ang. Imola, & alij Alex. conſ.* 1. *nu.* 1. 2. *libr.* 1. *Iaſon in l.* 1. *nu.* 28. *& ſeq. ff. de vulg. & conſ.* 132. *n.* 5. *lib.* 1. hanc dicit communem, hac receptam plures pro ea addu cendo *Soccin. Iun. conſ.* 94. *n.* 41. *dub.* 3. *libr.* 1. *Gabr. conſ.* 115. *n.* 12. *libr.* 1. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 15. *num.* 14 ex quibus ita fuit reſolutū in Rota Romana coram Manſanedo *dec.* 332. *n.* 9. 10. *p.* 2. *tomo* 3. *in recollectis per Farinac. & dec.* 403. *n.* 5. 6. *& ſeq. eod.* Secun-
12 do ad idem etiam perpendendum eſt † vt nec nominatim iſto caſu dici poſſet factam eſſe ſubſtitutionem Donnę Franciſcę primo ſubſtitutę, cuius ſubſtitutionis gradus caducatus fuit, eſto quod teſtator dixiſſet cui Donnę Franciſcę decedenti ſine filii ſubſtituo ſorores meas, ex quibus quidem verbis nec dicendum eſſet fideicommiſſum ab ipſa D. Franciſca nominatim fuiſſe relictum, ſed tunc demū nominatim relictum cenſendum eſſet ſi cum teſtator ſubſtituendo D. Franciſcam illā nomine proprio deſignando rogaſſet, hæreditatem ſororibus, vel deinceps ſubſtitutis reſtituere, & in his terminis procedit concluſio *in d. lege celſus §. penultimo, & final. ff. de legat.* 1. *ita Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 15. *num.* 26. 27 *Decian. conſ.* 91. *num.* 16. *libr.* 5. *Rota Romana deciſ.* 403. *num.* 7. 8. *& ſequent. par.* 2. *tom.* 3. *in recollectis per Farinacius* quod penitus ceſſat in tematę propoſitę dubitationis caſus cum Donna Frāciſca non fuerit nominatim grauata de reſtituēdo ſororibus Bartholomei teſtatoris.

14 Nec quidam mouet † deciſio, in cauſa Pitali relata per *Maſtrill.* 266. *libr.* 3. *quę*, & ſi ex ſupra deductis appateat in ſatis diuerſo caſu procedere tamen ad maiorem delucidationem ex primis principijs, vna cum noſtris iuris prudentię interpetribus maxime cum *Bartholo magiſtro* ad huiuſcę materię caducationis ex magis communiter probatis propoſitionibus, declaranda, ita
15 eſt ex † Theorica *Bartholi in lege qui habebat ff. de vulgar. & pupillar. n.* 2. vbi tradit, quod quoties ſecundo loco ſubſtituti in euentum alicuius conditionis vocati eſſent in perſonā primo loco ſubſtituti adimplendę, tunc eſpirante ſeu defecta cōditione primo loco ſubſtituti non poſſunt ſubſtituti ſecundo loco ſuccedere, inſtituto & ſic ſecūdum *Barth.* vere procedit dictus textus *in dicta lege qui habebat*, in hęc verba. *Qui habebat filium, & filia impuberes inſtituto filio hærede filia exheredauit, & ſi filius intra pubertatem deceſſerit filiam eidem ſubſtituit, ſed filiæ ſi antequam nuberet deceſſiſſet vxorem ſuam, item ſororem ſuam ſubſtituit* (ecce ſecūdus gradus ſubſtitutionis cōditionatus) *quare eum filia pubes prior deceſſerit* (& ſic cōditio, ſub qua vltimo loco ſubſtituti erant vocati deficit) *deinde frater eius impubes an filij hæreditas ad vxorem, & ſororem teſtatoris iure ſubſtitutionis pertineat, reſpondi ſecundum ea quæ proponuntur, non pertinere.* Et ita procedere *textum in dicta lege qui habebat* nempe quia fuit defecta conditio, & filia ſubſtituta pubes deceſſerat declarat *Bartholus* vbi dicit eſſe bene aduertendum *Menoch. conſ.* 106. *num.* 373. 374. 379. *& ſequent. & num.* 390. *Boeri. deciſ.* 38. *num.* 21. *verſic.* 3. *Peregrin. de fideicommiſſ. articol.* 15. *num.* 14. *&* 18. *Ceſal. conſ.* 620. *num.* 23. 29. 30. *Seſſa deciſ.* 50. *num.* 15. *Burſat. conſ.* 1. *n.* 5. *lib.* 1. *Bero. conſ.* 98. *ſub nu.* 5. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 279. *ſub n.* 10. *lib.* 2. *Fuſar. de fideicommiſſ. quaſt.* 469. *nu.* 24. *&* 30.

16 Ex quo etiam, † vniuerſalis quoque fuit propoſito indiſtinte recepta, vt dū fuerit defecta cōditio quo ad primum ſubſtitutus, nec ei ob defectū conditionis fuerit aperta, via ſequenti cuicunque ſubſtitutioni locus non eſt cuius conditionis

T defe-

Digitized by Google

defectu caducatione ſequentium ſubſtitutionum decenſiuus ordo labitur, corruit omnino, cum per defectum conditionis res pœnes hæredem abſque onere reſtituendi remaneat, ex eo quod nunquam onus radicem ſundamenti habuerit, quam in conditionis adimplemento fundati debuiſſe conſtat ideoque veluti pro nō ſcripta tunc ſubſtitutio reſtat, *l ſi mater §.1.& d. l. qui habebat vbi Bar. Angel.& Imola Paul.de Caſtro conſ.152. col.3.in fine vol.2.Pariſ.conſ.87.n.37.lib.2.Oldrad. conſ.177. Fulgoſ.conſ.14.Bald.conſ. 162. & conſ. 176.vol.1. Alex.conſ.139.verſic.& ſic deficit conditio l.6.conſ.1.n.12.l. 1. Iaſon.conſ.228.vol 2.Dec. conſ.218.n.13. Socc.cōſ. 116.col.6.vol.1.Ruin.cōſ. 153.n.5.vol.2,Ceſal. conſ.17.n.10.1 1.conſ. 620.n. 32.& ſequent. & num.39.conſ. 269.num. 31. 32. conſ.268.num.14. conſ. 49.num.15.conſ.482.num. 34. Cranett. conſ.283.Zancus in l.hæredes mei §.cū ita p.2.n.67. Mandell. conſ.170.n.4.Cacheran. cōſ. 74.n.16.Simon.de Pratis.cōſ.169.n.4.l.1.& de interpetr. vltimar. voluntat.lib.3.dubit. 6.ſolution. 4. n. 1.Surd.conſ.170.n.10.conſ.545.n.1.conſ.403.n. 75.conſ.279.n.10.& ſeq.conſ.448.num.10.& dec. 144.n.14.Burſ.cōſ.1.n.5.conſ.97.n. 7.Alciat.conſ. 492.n. 28,conſ.494.n.11.conſ.543.n.3,conſ.779.n. 1.Natta conſ.678.n.19.20.Gab.cōſ.117.& conſ.95. n.24.l.1. Dec.conſ.91.n. 11 l.5.Honded.conſ.49. d n.42.ad n.46.l.2.* vbi quod iſta opinio eſt veriſſima *Caſanat.conſ.2.*qui *n.3.*plures affert in cauſa illa Baroniæ de Quinto,qua Conteſina de funes grauata deceſſerat,cum filijs,licet,inde filij defecerint,& ſic deficit conditio *Seſſa dec.50.n. 8.29. & 30.lib.1.Bero.conſ.98.n.3.lib.2.Marta de ſucceſſ. legal. p.2.q.4.art. 9.n.8.& par.3.q.7. art. 2. nu.2. Franciſc. Molin.de ritu nuptiar.l.3.q. 23.n. 31.& 36.Pereg.cōſ.40.n.7.l.1.conſ. 36.n.23.& ſeq. & n. 38.lib.3.conſ.33.n.10.verſ.quare lib.5.& de fideicommiſſ.art.15.n.7.28.29.Maſtrill.deciſ. 266.n.9. & ſeq. Bertazol.conſ.61. ante n. 3. in ciuilibus Gratian.diſcept.571.n.37.diſcept.774.nu.9. & diſcept. 747.a n.18.& ſeq.*vbi quod eſt omnino communis quæ abſque difficultate procedit,*Theſaur.dec.86. in fine Fuſar.de fideicommiſſ.q.459.n. 79. Menoch. conſ.1088.conſ.99. numer. 204. 205.Rota Roman. dec. 519.num. 3.part. 1.tom.2.in Recollectis per Farinac.*

17 Er iuſta† præſatam *Bart.*teoricam ad textum communiter receptam,procedi,& iuſtificatur illa deciſio Cōſiſtorij facta in cauſa fit aliæ,de qua *per Maſtril. in d.dec. 266.* (licet ipſe dictum textum,& ibidem Bartolum non alleger)ibi enim ſecundum eum Bartholomæus Caluello inſtituit hæredem vniuerſale Lauriam eius filiam, & poſt eius mortem in bonis feudalibus vocauit eius primogenitum,ſed in territorio Fitaliæ vocauit filium eiuſdem Lauriæ ſecundogenitum,qui proximus erit natus primogenito,eoque mortuo ſuccederent alij filij, & cætera,& deficientibus filijs ſuccederet Tertiogenitus,& poſt modum quartogenitus,& ſic deinceps euenit quod ex Lauria hærede,vt ſupra,orti fuerūt Bartolomæus primogenitus,& Mathæus,ſecūdogenitus,eoſque tempore mortis dictæ Lauriæ,in humanis nō extitiſſe,ſed præmortuos fuiſſe,exiſtēte tātum Michaele filio vnigenito dicti Matthæi, a quo per intermediam perſonam Don Blaſci eius filij ſucceſſerunt Don Michael Marchio Giaratanæ,Don Rogerius conuentus,& Don Carolus, quo Don Michaele eiuſque filio,Don Blaſco mortuo, ſucceſſit in dicto Marchionatu Don Rogerius, contra quem vti poſſeſſorem Firaliæ petijt Don Carolus frater vti ſecundogenitus ad ſucceſſionem dicti territorij admitti, & inter alia capita ob caducationem fideicommiſſi ſuccubuit,& quidem decidendi ratio clariſſima fuit, quia poſt mortem Lauriæ hæredis vniuerſalis inſtitutæ in territotio Fitaliæ fuerat ei primo loco ſubſtitutus ſecundogenitus, ex ea,qui proximus erit natu primogenito, & poſtea ſubſequutæ fuerunt cæteri ſubſtitutionis gradus,& vocationes ob defectum filiorum ſecundogeniti in perſonas tertiogeniti, quartogeniti,& aliorum ſequentium, ſed cum tēpore mortis Lauriæ primo loco inſtitutæ defecerant primogenitus,& ſecundogenitus,& non erāt inhumanis, & ſic illo tempore non reperiebatur aliquis, qui vere potuiſſet dici ſecundogenitus, nec terriogenitus,& cætera, & ſic fuit defecta cōditio poſita in primo gradu ſubſtitutionis, ſub qua alij ordine ſucceſſiuo vocabantur,pro vt erat in dicto textu *l.qui habebat* quo loco Mater,& Soror teſtatoris erant vocatæ in caſu, quo filia primo loco ſubſtituta pupillo inſtituto deceſſiſſet impubes, vnde cum poſtea filia pubes deceſſit hinc mortuo poſtea pupillo hæredi inſtituto non poterunt mater,& ſoror, ei ſuccedere,quia conditio in primo gradu ſubſtitutionis, ſub qua ipſe fuerant ſubſtitutæ, defecerat per mortem filiæ iam pubefactæ, ſic in dicto caſu Fitaliæ defecerat enim primus gradus ſubſtitutionis conditionatus,nempe ſecundogenitus Lauriȩ, qui eſſet proximus natu filio primogenito,cum neque primogenitus, neque ſecundogenitus extiterint tēpore mortis Lauriæ inſtitutæ & per neceſſe duo fratres ex vi dictȩ ſubſtitutionis debuerant tēpore obitus Lauriæ reperiri, alter qui locum primogeniti obtineret,alter vero ſecundogeniti, vel tertiogeniti,ſeu vlterioris gradus,ſed tantū ſuperſtes fuit filius vnicus ex ſecūdogenito nepos ex Lauria,qui vt ſuccedens in locum primogeniti in omnibus,& feudalibus, & allodialibus ſucceſſit. Et cum toto hoc, quod ex illo nepote deinde tractu temporis fuerint procreati tres filij, ex quibus ſecundogenitus Don Carolus prætendebat admitti in territorio Fitaliȩ fuit recte deciſum, eum fuiſſe pœnitus excluſum,quia alij ſubſtituti ſcilicet ſecundogenitus,tertiogenitus, & alij erāt vocati, & ſubſtituti in caſu, quo mortua Lauria filia reperirentur primogenitus,& ſecūdogenitus ex ea,& cum hæc conditio in primo gradu ſubſtitutionis poſita defecerit mirum non fuit,ſi omnes alij caducatione,ſubſtituti defecerint, quoniam eatenus locū habebant,quatenus dabatur principium,& conditio verificabatur, quod ſcilicet tēpore mortis,Lauriæ ad fuiſſent primogenitus,& ſecūdogenitus, vel tertiogenitus,ſeu alius, qui eſſet proximus natu primogenito, & iſta eſt vera, & genuina intelligentia,ac iuſtificatio deciſionis factæ in cauſa Fitaliæ poſitæ *per Maſtr. in*

dicta

Digitized by Google

d.dec.266. qui ita declarat, licet alijs verbis, & nõ prout nos eam concordauimus cum vera deciſione, & theorica *textus dict. l. qui habebat.* & aurea *Bartbol.* ibidem doctrina dicit enim ibi *Maſtr. ſub n.2.* iſtec verba *ob id ſiue Michael Nepos Lauriæ fuerit primogenitus actor D.Carolus ue dum erat vocatus, verum expreſſe, & pænitus exelуſus, neque verificatam extitiſſe conditionem adductam per Bartholomæum in ſuo teſtamẽto, ſub qua fuerat vocatus ſecundogenitus Lauriæ cum ſua primogenitura, & conſequenter cæteras ſubſtitutiones, ab ipſa dependentes, caducatas, & extinctas fuiſſe, cum non dato principio non detur medium, neque finis* allegans *textum in l. quamdiu ff. de acq. hæredit.* cum alijs per eum ibidẽ congeſtis, & vltra eñ eandem firmat concluſionẽ *Caſtil.dec.153.* Caſus antem in quo verſamur ab iſto longe diſtat, etenim Bartholomeus de Maio per ſuum teſtamentum, vt ſæpius repetitum eſt, hæredem vniuerſalem inſtitoi Don Ioannem eius filiũ, & voluit, quod in caſu Mortis dicti D. Ioannis ſine filijs ſuccedat Donna Franciſca de Maio etiam filia, & in eius defectu eius filij, & in eorum defectu, illi, qui de iure ſuccedere debent, in tantum, quod ſorores Bartholomæi teſtatoris vocatę, & ſubſtitutæ expreſſe per dictã ſubſtitutionem (& in eorum defectu ſuccedant, qui de iure ſuccedere debent) non fuerunt ſubſtitutæ Donnæ Franciſcæ, eiuſque filijs cum conditione aliqua quę deboerat forte verificari io perſonam Donnæ Franciſcæ, & ſuorum procedunt vere *l. qui habebat* & caſus *Maſtrill. dec.266.* Sed fuerunt per compendioſam ſubſtitutionem (ſic importante claoſula, & in eorum defectu) tantum abſque conditionis implemento vocatæ, ergo non obſtat *Maſtril. dict. dec. 266.* & ſi in terminis ſuis recte procedat.

18 Hijs ita conſtitutis, nec †demum obſtat *textus in l. qui habebat Soccin. & alij* conſtituentes in pupillari ſubſtitutione caducatione primi gradus, omnes deinceps ſubſtitutionum, gradus ruere, quibus clarius reſpõdendo ſatisfit, Nam ſupponimus teſtatoris Sorores in caſu noſtro, & ſi per pupillarem vocatas, & ſecundo loco ſubſtitutas, tamen id eſt ex pupillari in compendioſa compræhenſa, ſub qua vulgarem quoque contineri, nec dubitatur dictamque Donnam Franciſcam primo loco ſubſtitutam in ſantiline dum in Impuberi ætate defeciſſe, ex quo abſolute ſequitur, quod non obſtante præmorientia Donnæ Franciſcæ, & caducatione eius gradus ſubſtitutionis, Teſtatoris ſorores, ſecundo loco, compendioſè ſubſtitutæ ad ſucceſſionem ex vulgari in ea compendioſa contenta admittantur, ſicuti eodem modo ſi pupillariter expreſſe, & nõ ſub compendioſa vocatæ fuiſſent, ex vulgari tacita in pupillari expreſſa contẽta, ante aditam per primum ſubſtitutum hæreditatem, admitti deberent itaque in caſu noſtro Sorores teſtatoris ex compendioſa vocatas omnino admittendas eſſe dicendum eſt, quæ reſpectu Donnæ Franciſcæ primo loco ſubſtitutæ per vulgarem ſuccedunt reſpectu Don Ioannis pupilli vltimo loco defuncti per pupillare *lege quamdiu la terza ff. de acquirenda hæreditate vbi Bal. Ang. Imola, Caſtrenſ. & Alij, & ibidem Bartolus magiſtraliter quærit numer.* 10. dicens *Teſtator filium hæredem inſtituit, & ei pupillariter ſubſtituit Titium quandocumque deceſſerit Titius ſine liberis et ſubſtituit Sẽpronium, contingit quod Titius ante pupillum mortuus eſt demum moritur pupillus, quæro an Sempronius ei poſſit ſuccedere ex vigore pupillari ſubſtitutionis,* & reſpondet quod hic eſt caſus, quod ſic, deinde rationem redens huius deciſionis ſubdit *Bartol.* quod *Iſte ſubſtitutus fuit compendioſè, qua ſubſtitutio continet vulgarem, vt dixi in lege centurio videtur ergo dictus Titius pupillariter ſubſtitutus, & ſi Titius hæres non erit Sempronium ſubſtituo, & videtur ſecundus gradus ſubſtitutionis lege pater. ff. de vulgar. & pupillar. qui ſecundus gradus quo ad Titium eſt vulgaris, & quoad pupillum eſt pupillaris,* hæc *Bartolus, & Bartolum* magis communiter ſequuti ſunt *Iaſon. in lege 1. numer. 28. & ſequent. ff. de vulgariter Zancus in lege mei §. cum ita numer. 35. ff. ad Trebellianicam qui de communi teſtatur, Paulus de Caſtro conſil. 152. columna 2. libr. 1. Alexandr. conſil. 1. libr. 1. Iaſ. conſ. 114. dub. 1. libr. 2. conſil. 132. column. 3. libr. 1. Cornel. conſ. 298. num. 2. verſic. tertius caſus libr. 3. Riminald. Senior. conſ. 106. per totum Decian. conſ. 1. dub. 1. libr. 1. conſil. 81. numer. 4. verſic. tertius caſus libr. 2. Gabriel. conſ. 115. colum. 2. libr. 1. late Soccinus Iunior. conſil. 94. dub. 3. libr. 1. Pariſ. conſ. 73. libr. 3. Curt. Iunior. conſil. 83. numer. 4. conſ. 135. colum. 2. Guid. Pap. dec. 550. Soccin. Sen. conſ. 52. ſub num. 14. lib. 1. Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. libr. 11. tit. 6. in princ. Alciat. conſ. 575. numer. 1. & conſ. 610. Simon. de Pratis de interpret. vltimar. voluntat. lib. 3. interpetration. 3. dubitat. 4. ſolution. 2 num. 1. & fol. 162. nu. 56.* vbi de communi *Caſanate conſ. 2. nu. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. articol. 15. num. 14. 21. & conſ. 40. per totum libr. 1. Ceſal. conſ. 620. num. 19. 20. Bardellon. conſ. 16. numer. 9. Fuſar. de fideicommiſſ. quæſt. 469. n. 32 Intrigliol. de ſubſtitution. centur. 3. quæſt. 42. num. 4. 5. Menoch. conſ. 106. num. 375. & 386. & 390. &*
19 *conſ. 880. num. 18.* quia idem iudicatur † de vulgari ſub compendioſa contenta, quod de ſimplici vulgari, & ſecundus ſubſtitutus per vulgarem in locum primi ſuccedit, & vti ſubrogatus in locum primi pupillo inſtituto ſuccedit, ſicut ſuccederet primus ſubſtitutus, *Menoch. dict. conſil. 106. numer. 375. & 386. Fuſari. dicta quæſt. 469. numer. 14. & 32. in fine, & alij*
20 *ſupracitati.* Et †hanc ſententiam ex alijs probat *Caſtill. deciſ. 153. numer. 34. & ſequent. & numer. 38.* qui conſiderat, quando teſtator ad aliam ſubſtitutionem progreſſus fuit dicens, quod deficientibus omnibus hæreditas ſua ad alium perueniat, prout in caſu noſtro dictum fuit (& in eorum defectu ſuccedant, qui de iure ſuccedere debeant) quò caſu caducationem excludi firmat, quandocumque cõſtat primos ſubſtitutos defeciſſe, & ſic in dicta cauſa, non obſtante quod medio loco ſubſtituti deceſſerint ante alios primo loco ſubſtitutos, nihilominus vltimo loco ſubſtituta, quæ fuit Iuſtina Mater ſpectabilis Antonij Scirotta Regij Conſiliarij fuit indubitanter admiſſa, quia, ex vi compendioſa per vulgarem ſucceſſit.

Perpendendum quoque eſt pro reſpõſione ad
textum *in dicta l. qui habebat* quod in caſu textus
prædicti, vltra quod vtraque ſubſtitutio tam pri-
ma, quam ſecunda fuit pupillaris, & non com-
pendioſa, vt in caſu noſtro, fœmina ibi primo lo-
co ſubſtituta deceſſit pubes, & ſic ne dum fuit de-
fecta conditio, vt ſupra plenius in reſponſione
21 *ad Maſtrillum deciſ.* 266. dictum eſt ſed etiam †
quia pubes deceſſit eſpirauit ſubſtitutio vulga-
ris, quæ erat compræhenſa ſub pupillari, quæ
pupillaris quoque defecta fuit per pubertatem,
illud autem dubium non recipit, quod ſi primus
ſubſtitutus deceſſit pubes, ſecundus ad pupil-
li vltimi morientis ſucceſſionem non admitta-
tur, quia non poteſt ſuccedere, vti ſubſtitutus ei,
quia non fuit illi ſubſtitutus non ex traſmiſſione,
quia ſpes pupillaris ſubſtitutionis non tranſmitti-
tur non etiam ex tacita vulgari compræhenſa
in ſecunda pupillari, quia illa eſpirauit per pu-
bertatem primi ſubſtituti prædefuncti, ſicuti
eſpirauit pupillaris, & hic eſt caſus *dicta l. qui ha-
bebat vbi Bartolus* bene aduertendum dicit *in ſuo
conſilio incipiente Minarellus, Imola in l. quamdium
ff. de acquirend. hæredit. Zancus in l. hæredes mei §.
cum ita n. 29. 57. 69. & 70. Corn. conſ. 298. colum. 2.
lib. 3. Menoc. conſ. 106. num. 378. 379. ſeq 390. Boeri.
dec. 38. n. 21. bene Pereg. de fideicomm. art. 15. n. 14.
& 18. Bero. conſ. 98. n. 5. lib. 2. Fuſar. de fideicomm.
q. 469. n. 24. & 30. Surd. conſ. 279. ſub n. 10 Ceſal.
conſ. 620. n. 23. & 29.* Quæ ceſſant in caſu, de quo
agimus, cum D. Franciſca primo loco ſubſtituta
22 deceſſerit infans, & cum † teſtator vni impuberi
ſubſtituit pupillariter alium impuberem, & huic
ſubſtituti Titium pupillariter quod ſi Titius ſuc-
ceſſerit ſecundo per pupillarem vltimo defuncto,
is quoque ſuccedit primo ex mente teſtatoris,
qui putauit ſecundum ſubſtitutum ſuccedere,
& Titium ſuccedentem ſecundo habiturum
vtriuſque pupilli hæreditatem, cum ſubſtitutus
ſuccedat per pupillarem vltimo tantum, in cuius
hæreditate reperitur hæreditas pupilli primo lo-
co ſubſtituti in pupillari ætate prædefuncti *Anch.
conſ. 27. in 3. dubio Caſtr. conſ. 152. col. 1. lib. 2. Alex.
conſ. 175. colum. 4. verſ. ſed quando lib. 5. Zancus in l.
heredes mei §. cum ita n. 580. & 585. ff. ad Trebell.
Ceſal. conſ. 620. n. 19 Bene Peregr. de fideicommiſſ.
artic. 15. numer. 18. Fuſarius de fideicommiſſ. quaeſt.
469. num. 22.* Vnde Teſtatoris ſorores ſucce-
dendo Don Ioanni pupillo ex pupillari, licet
ſub compendioſa, quoque Donnæ Franciſcæ pri-
mo loco eodem modo ſubſtitutæ ſuccedunt per
vulgarem ex mente teſtatoris, cum prædeceſſerit
impubes Donna Franciſca Don Ioanni hæredi
ita M.C. die 14. Februarij 1622. in cauſa prædicta
pro Donna Vincentia Monteleone, & Caterina
de Blaſio contra Donnam Heliſabettam Gam-
bacorta, & de Maio.

SVMMARIVM.

1 *Solutio & debiti extinctio inducitur per contrapoſi-
tionem partitarum in libro per Creditorem ad no-
men debitoris per modum ſolutionis appoſitarũ.*
2 *Compenſatio, & extinctio debiti an dicatur facta per
contrapoſitionem partitarum ad nomem debitoris
per creditorem ad notatarum, non per modum ſo-
lutionis, ſed conſtituendo in eis debitorem ſoluẽ-
tem vti creditorem per modum vt vulgariter di-
cimus dare, & hauere, & n. 3.*
3 *Mercatores ſolent annotare partitas ſolutionum
factarum per ſuos debitores, non per modum ſolu-
tionis, & extinctionis torum debitorum, ſed per
modum crediti ad nomen debitoris videlicet, Ha-
uere & cætera.*
4 *Compenſatio an admittatur, quando partita, & sũ-
ma quæ petitur compenſari eſt minor debito.*
5 *Retentio fit pro rata.*
6 *Reconuentio pro rata admittitur.*

ARGVMENTVM.

Contrapoſitio partitarum ad creditum debitoris a creditore in libro eiuſdem ſcripta an inducat compẽſationem debiti contrapoſiti eiuſdemque extinctionem, & quid ſi ſumma non correſpõdat.

RESOLVTIO XXXXI.

EXtinctionem debiti inductam eſſe di-
1 cimus † per contrapoſitionem par-
titarum pro ſolutionem appoſitarũ
per creditorẽ in proprio libro ratio-
num, quia ſolutio facta cenſetur ad compotum,
& extinctionem partitæ crediti contrapoſiti per
modum ſolutionis, *Bar. in l. creditor colum. penul.
ff. de ſolution. Soccin. conſ. 65. n. 5. verſ. non ex tali l. 4.
Alex. conſ. 85. n. 4. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 85. n. 6. vol. 2.
Afflict. dec. 381. n. 4 Maſcard. concl. 1319. n. 5. Ca-
ualc. dec. 1. n. 26. libr. 1. Gratia. dec. 47. n. 23. Pluries
deciſum in Rota Rom. teſtatur. Ludouiſ. dec. 366. n. 3.
& n. 8. coram Orauo Pamphileo Caualerio Sacrato.
& Marquemoncio.*

In materia vero compẽſationis diuerſum eſſe
2 dubitatur † ſi in libro per creditorem contrapo-
ſitę ſint partitę ad nomen debitoris, non per mo-
dum ſolutionis, & extinctionis debiti, cui cõtra-
ponuntur, ſed per modum crediti nempe ſcriben-
do debitorem pro creditore in partitis contrapo-
ſitis, & deſcritis per modum *dare, & hauere*, vt
vulgariter dicimus, quia tunc cum partita contra-
poſita ſcripta non ſit ad nomẽ debitoris ad diſſo-
lutionem debiti, iſta contrapoſitio non inducit
compenſationem, & debiti contrapoſiti extin-
ctionem, vnde dicendum videretur, eſſe in facul-
tate, & voluntate debitoris, qui in partitis con-
trapoſitis pro creditore ſcriptus eſt, quandocum-
que compenſare cum eo credito, quod ſibi magis
placet, quia compenſatio regulariter non fit
ipſo iure in vnam cauſam, magis, quam in aliam,
ſed debitore opponente, ſeu allegante, & ſic in il-
lam cauſam, in quam elegit debitor velle compẽ-
ſare, & non in duriorem, vel antiquiorem, quia
per cõpẽſationem oppoſitam a debitore, eiuſdẽ-
que creditore prima electio penes eum adhuc
reſidet

reſidet, ceſſante diſpoſitione *l. 1. 2. de ſolution. Ita Io. de Imola in l. 1. ff. de ſolution. & in l. cum ex pluribus l. prima cod. tit. Alex. conſ. 85. nu. 2. 3. lib. 3. Dec. conſ. 308. n. 9. in fi. Card. Alban. ad Bart. in l. 1. n. 2. ff. de ſolut. Soec. conſ. 17. n. 7. l. 3. Meno. conſ. 121. nu. 43. libr. 2. Maſcard. de probat. concl. 1319. nu. 6. Stracca de mercatur. p. 2. n. 57. in fine Surd. dec. 186. n. 7. 8. Corn. conſ. 111. lib. 4. Mag. dec. 39. n. 9. in Florentin. Grat. diſcept. 224. n. 21. qui teſtatur deciſum in Rota Romana coram de Penia Cardinal. Tuſc. concl. 493. liter. C. n. 32. 33.*

Domini de Conſiſtorio concluſionem prædi-
ctam non admiſerunt inter Ioannem Pulti, & Ste-
fanum Mazucco, cum Antonia Campani, Nam
3 † inter mercatores, & iuxta ſtilum negotiantium,
quamuis debitores ſoluant ad extinctionem ſuo-
rum debitorum non ita per modum ſolutionis à
creditoribus in proprijs libris contra ſcribuntur
partitæ, ſed per modum crediti, in pagella hauere,
& ſic nunquam poſſet practicari concluſio veriſſi-
ma extinctionis debiti per modum ſolutionis,
quod aduertit, *Oliuerius Beltraminus in addit. ad
Ludouiſ dec. 366. num. 8. in fi. lit. B.* cum intentio
ipſius debitoris ſoluentis inſpicienda à principio
ſit, quę non fuiſſe præſumitur velle creditum de
nouo contrahere, ſed debitum proprium potius
extinguere, maxime ſine noua cauſa.

Pariter in eadem cauſa reiectum fuit obiectum
4 quod fiebat † compenſationem non debere ad-
mitti, quia partitę ſolutę non ęquiualebant debi-
to, cum quo petebatur compenſatio, *ex Doctrina
Imola in l. 1. in fine principij num. 9. verſ. quod di-
xi de compenſatione ff. de ſolutionibus*, qui vult tunc
debitorem eligere, quando partitæ ſolutè æqui-
ualent debito, cum quo vult compenſare, & ean-
dem, vel maiorem capiunt quantitatem non au-
tem quando eſt minor niſi reſiduo oblato ea ra-
tione, quia ficta ſolutio non debet plus operare,
quam vera at creditor non cogitur recipere ſolu-
tionem in minutam, & quę totum non extinguat
debitum *l. tutor. §. Lucius ff. de vſur. cum vulgatis*,
particularis enim ſolutio multa affert incommo-
da *lege plane ff. famil. erciſcund.* ergo neque fictam
per compenſationem *Imolam ſequuntur. Luderch.
Imol. conſ. 164. n. 10. Gratian. diſceptat. 515. nu. 45.
46. 47. lib. 3.*

Nam contraria opinio de iure magis communiter probatur quam paſſim ſeruatam, vidimus vt etiam ſi ſumma, non æquiualens ſit, in compẽſationem, pro concurrenti quantitate admittatur licet non ita in ſolutione procedat, quę diminuta reluctante creditore non admittitur, quaſi compenſatio vim habeat ſolutionis iam factæ, & ſic poſtquam creditor receperit, non autem quę fieri deberet *l. etiam vbi Bart. C. de compenſation. Iaſon. in lege quidam extimauerunt in 6. limitation. ff. ſi certum petatur Auctor. damnatus Pariſienſ. de cõmerc. & vſur. quaſt. 43. nu. 323. Zangher. de except. par. 3. cap. 6. Surd. dec. 186. num. 9. Gabr. conſ. 48. ſub num. 3. volum. 2. Peregrin. conſ. 107. num. 5. lib. 2.* dicens hanc de iure eſſe certiſſimam reſolutionem *Coſta de ratione Rata quaſt. 61. Cardinal. Tuſc. concluſ. 492. num. 3. littera C. volum. 1. Rota Genua deciſ. 8. num. 16. in fine* veriorem *dicit Gratian. diſcept. 224. num. 24. & diſcept. 749. num. 6. Intrigl. conſ. 8. n. 9. lib. 1. Grat. except. 16. num. 79. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 18. n. 10. Anchar. Iun qu. 2. ſub n. 1. l. 1. Aldonia. conſ. 70. n. 140. 141. Medices de compenſat. p. 1. q. 41. Giurba in conſuetud. Meſſan. c. 9. gl. 9. p. 1. n. 7. fol. 603.*

5 Tũ quia ſic in † retentione ſeruatur, vt pro ra-
ta fiat, quæ ſimilis compenſationi, eſt cum per re-
tentionẽ compenſamus, quod nobis debetur *Pa-
riſ. conſ. 100. nu. 34. vol. 2. Carroc. dec. 21. n. 36.* Tum
6 etiam, quia † & reconuentio, quæ compenſatio-
nis eſt ſpecies pro rata tantum admittitur. *Pariſ.
d. loco n. 32. Lacius Coſta de ratione ratæ q. 61. nu. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Prætium ſiue ſortem cenſus fuiſſe ſolutam an emptori, & ſubiugatario probare ſpectet, quando venditor, vel ſubiugans prætium relatiue per partitam tabulæ, vel aliud inſtrumentum habuiſſe confiteatur, vel onus ſubiuganti ſpectet tunc probare negatiuam prætium ſcilicet non fuiſſe ſolutum, & n. 3. 9. 17.*

Quid in tertio poſſeſſore, vel ſi debitor reditus longo tempore perſoluerit. n. 6. & 7.

2 *Confeſſio ſimplex prætij recepti in contractu cenſuali an probet numerationem.*

4 *Relatum ſi non appareat, referens nihil ex ſe probat, declar. n. 12. 13. 14.*

5 *Confeſſio relata ad aliud inſtrumentum, ſi de relato non conſtet, non nocet.*

8 *Obſeruantia actus inter partes ad eiuſdem interpetrationem valde iuuat.*

10 *Confeſſio recepti pretij transfert onus probandi negatiuam in ipſum confitentem.*

11 *Confeſſio quamuis iurata ex errore infringitur.*

13 *Relatum ſi non appareat, referens probat, & ſubſtinetur, quando certam continet diſpoſitionem, & partes poſſunt diſponere.*

14 *Referens modificatur, & reſtringitur ad terminos diſpoſitionis, relate quando de ea conſtat etiam ſi referens diſpoſitio certa ſit, & ab habente facultatem diſponendi facta.*

Declara nu. 15. 16.

18 *Negatiua qualiter probetur.*

Quid in antiquis nu. 19.

20 *Prætium, ſiue ſors cenſus ſi non appareat incontinenti ſoluta, ſed poſt aliquos dies an contractus ſit nullus, & nu. 22. 23.*

21 *Solutum ex cauſa indebita cedere debet in cauſam debitam, & quid in contractu cenſuali, an cedat in extinctionem ſortis.*

ARGVMENTVM.

Ex relatiua prætij confeſſione ad partitam tabulę, vel banci, à cenſus venditore facta, an emptor cenſus fundatam habeat intentionem, ſi de ſolutione relata non conſtet, ità vt onus negatiuam probandi in venditorem translatum ſit, & quid ſi incontinenti prætium ſolutum non appareat.

Digitized by Google

RESOLVTIO XXXXII.

Irca reſolutionem propoſiti articuli
1 Regni praxis indiſtinctè † opinionẽ
contra emptorem cẽſus approbaue-
rat,& ita pluries pronuntiatum vidi-
mus,vt in confeſſione pretij per ſub-
iugatarium,& cenſus venditorem facta relata ad
aliud inſtrumentum,& debitũ ex alia cauſa,vel ad
partitam tabulæ,vel bãci,oppoſita quandocunq.
per venditorem cenſus pretii nõ ſoluti exceptio-
ne,probandi ſolutionem onus in ipſum emptorẽ
translatum eſſet,cum confeſſio ita relatiua nul-
2 latenus regulis ſimplicis † confeſſionis iuratè in
inſtrumẽto comparetur,quæ pleniſſimè numera-
tionem pretij cenſus probare ſolet leg. pecuniæ C.
de ſolut. vbi Bal.& Doctores omnes l.ſi.ff. de inſtitut.
action. Foller. de cenſ. in verſ. quæ quidem exequu-
tio num.46.& 50.Maſtril.de cenſibus quæſt.5 num.
181 & 182.Maſcar. de probation.concluſ.361.&
1116.Burſat. conſ. 214.nu.1.Tiraquel. de retract.
conſanguin.§.1.Gloſ.18.num.83.& de retract. con-
uen.§.4.gl.6.n.8.Rota Roman. dec. 145.nu.3.apud
Ceſar.de Graſſ. Bart.in l.poſt dotem ff. ſoluto matri-
mon.n.3.Alex.n.14.Iaſon. n. 85.Bolognet.nu. 174.
Barboſ.num.26. Menoch.conſ.97.n.8.& libr.3.præ-
ſump.18. Fontanella de pactis dotal.clauſ.4. Gl. 18.
p.2.n.15.vol.1.Parlador.rerum quotidian. lib. 2.c.
fi.p 5.§.11.nu.52.Caſanat.conſ.9.n.38.39.Mil.dec.
6.n.22.23.lib 2.Intrigl.dec.5.n.20.21.& ſi ab iſta
diſſenſerit,Ball.ad Pragmat. Regis Alfonſi de cenſi-
bus q.18.Roder.de ann.redit.lib.1.q.13.n.4.verſ.ex
quo etiam infertur.Et onus in emptorem transfer-
3 ri.Ita † firmant Ferdinand. Boniorn. ſuper bulla,
verbo pretij,n. 25.Pancald.ſuper ead. bulla ex Caſ-
ſan.conſ.63. num. 19.20.in ſecundo dubio quintæ
partis Pariſ.conſ. 75.libr.4. Decian.conſ.421.num.
12.13. Milan. dec. 6. numer. 20. & 21.lib.2.Graſſ.
exception. 13.num. 23. ex Maſcard. de probation.
conſ. 385. Maſtril. de cenſibus quæſt. 5. numer.
179.& 180.qui teſtatur quoque deciſum.Et cum
4 relatum † in referente eſſe dicatur, vt ita de refe-
rente cõſtare certum ſit, quatenus de relato ap-
pareat.l. aſſe tota ff.de hæred.inſtituen.Auth. ſi quis
in aliquo. C.de edend. Alex. conſ.66.in princ. lib.1.
Maſcar.concl.385.de probat.& concl.1218.n.21.
vbi quod ſolutio non probatur per ſcripturam,
quæ ad libros rationum ſe refert,niſi quatenus ex
ipſis libris appareat,ex Bal.in l.2.verſ.vlterius no-
ta num.4. C. de error. aduocator. Ceuall. commun.
contra comm.q.44.n.3.4. Macerat.var.reſolut. li-
br.1.reſol.64.n.7. Eugen.conſ.59.n.51. Bardel.conſ.
21.n.56.Ceſal.cõſ. 156.n.42.Graſſ.except.13.num.
23.25.Fontanel. de pactis dotal.clauſ.4.gl.18. p. 2.
n.22.23.vol.1.Roman. conſ.294. Peregr. de fidei-
comm.artic.16.ſub n.111.in 2.& 3.caſu Dec. conſ.
63.num.3.& ſeq.& conſ.350. poſt n.4. Celſ. Vgon.
conſ.42.n.7.in fi. Pariſ. conſ. 7.nu.5.Rota Romana
dec.40.par.2. Fab.de Anna conſ.51.num. 6. Seba-
ſtian.de Medic. de reg. iur. regul. 10. circa princip.
Cancer. var.reſol.lib.3.cap.3.de priuileg. num. 227.
228.Grammat.dec.59.n.9.Dec.conſ.35.num.25.&
29.& cõſ. 113.n.16.vol.3.Farin.dec.1.n.6.& dec.
403.p.1.t.1.Carter.dec.66.n.20.Surd.dec.114.n.
14.& dec.291.n.17.& conſ. 419. Caualcan. dec.
38.n.4.5.& dec. 41.n. 23.lib.3. Farin. q.81.cap.
9.nu. 351.Ponte conſ. 2.a num. 26.& ſeq.l.1.Grat.
deciſ.103.num. 9.& ſeq. & diſcep. 289.& diſcep.
501.num.16.17.& diſcep.690.num.1.Magon. dec.
Lucenſ.25.n. 52.Card. Tuſc.concl. 126.n. 18.liter.
R.& concluſ. 128.& concl. 390. littera C. Turret.
conſ 17.num.9.conſ. 29.nu.25.27.Suarez. de legi-
bus lib. 8.c.15.nu.6.& 7. Amat. dec. 49.num. 11.
Caſtil.dec.64.n. 26.Bec.conſ.5.n.5.& conſ.56.n.30.
5 Intrigl.de ſingul. 23.nu.2. l. 2.quorum † nonnulli
in confeſſione ad aliud inſtrumentum relata id
profitentur procedere.

Hoc quod dictum eſt,communiter declaratur
6 nõ procedere.Primo in† tertio rei ſubiugatæ poſ-
ſeſſore,vel aliter ad rem venditam ab emptore
conuento,cui emptori,oppoſita exceptione pre-
tij nõ ſoluti per huiuſmodi tertium poſſeſſorem,
de ſolutione relatiua docere emptor non ad-
ſtringitur,quinimo onus negatiuam probandi in
ipſum tertium translatum eſſe dixit Bart. ita di-
ſtinguens in lege in illa ſtipulatione ff. de verb.oblig.
quem ſequuti ſunt Maſcard. de probation. concluſ.
1318.num.4.Lapus alleg. 94.colum. 2. Bero. conſ.
152.n.1.& 2. vol.1.Ceſal. conſ. 47.n. 5.Raimun-
dus Raimundet.ſuper bulla in verbo Recept. Milan.
deciſ.6.nu. 24.lib.2. Maſtril. ad Petr. de Greg. de
cenſibus,q 5.n. 183.

7 Secundo,niſi † debitor longo tempore reditũ
vel aliquibus annis ſponte creditori per ſoluiſſet,
& aliæ fraudis coniecturę non extarent,quia tũc
præſumeretur ſors reditus debitori ſoluta a prin-
cipio ſi quidem veri ſimilitudini ſatis congruit,
reditus debitorem ob id ſoluiſſe cum ſortem re-
cepiſſe credendum ſit Crauett.de antiquitat. temp.
par.3.§. vidimus in genere n.26.Roder.de ann.redit.
lib.1.q.13 ſub n.4.verſ.Hoc autem. Burgoſ. de Paz.
conſ. 15.nu.28.Maſtrill.de cenſibus q.5 num.183.
verſ. Ampliatur. Muta dec. 67. nu. 20. ex Burſat.
conſ.15.n.28.Ceſal.conſ.271.n.5.& 37.Surd. deciſ.
8 231.Vazquez.& Menoch.Magna enim † reputa-
tur in iure vis interpretratiua reſultans ex ob-
ſeruantia actus inter partes ſubſequuta ad actus
ſubſiſtentiã, & declarationẽ Ioſeph Lud. concl.38.
per tot.Menoc.cõſ.800.n.39.cõſ.1047.n.20.21.conſ.
1166.n.14. & conſ.845.n.28.vbi maxime de quo
partes diſponere poſſunt Dec.cõſ.123.n.41 l.3.vbi
quod magis eſt obſeruantia, quam verbis oſten-
dere Fontanel.de pact.dotal.clauſ.1.n.33.34. Surd.
conſ.245.n.26.conſ.262.n.46.conſ.275.nu.12.conſ.
370.n.19.& conſil.362.n.10.vbi quod regina in-
terpetrationum obſeruantia ſit Honded.conſ.6.n.
32.lib.1. Moroc conſ.14.nu. 8.& ſeq. Grat.dec.24.
n.8.& dec.43.n.15.16.& 17.vbi quod fidem cõ-
proba inſtrumenti.Molfeſ. in conſuetud. Neap. t.I.
p.4.q.65.n.55.

9 Recentioribus ab hinc temporibus † prædictũ
inſtitutum varie quãdoque intellectum vidimus,
& plerique deciſum ſecundum diuerſam opinio-
nem à præfata omninò contrariam.Quinimo cõ-
feſſionem recepti pretij venditori, ac ſubiugan-
ti ita nocere quamuis ad partitam tabulæ, ban-

ci,

Digitized by Google

ci, vel alterius inſtrumenti, & cauſæ relatam, pro vt ſi confeſſio, ipſa recepti pretij abſolutè facta fuiſſet, proinde vt negatiuam probare, nempè pretium ſolutum, non fuiſſe, ipſi venditori, & debitori ſpectet, *ita doctiſſimus Font. de pact. dotal. clauſ. 4. Glo. 18. p. 2. à n. 25. & ſeq. lib. 1. Cancer. var. reſol. libr. 3. c. 3. de priuileg. à n. 224. & ſeq. Muta dec. 67.*

10 *n. 19.* Creditor enim† tũc dicitur ex illa confeſſione iurata ſubiugantis fundatam habere intentionem quamuis poſt perfectam confeſſionem, & certam diſpoſitionem cauſatiue ad partitam tabule, vel diuerſum inſtrumentum per confitentem relatio habeatur, quod fundari dicũr auctoritate *l. aduerſus, & l. Generaliter C. de non numerata pecunia*, quaſi ſuis confeſſionibus venditor, & debitor acquieſcere debeat, *Facchin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 84. verſ. quibus rationibus Theſaur. deciſ. 109. num. 8.*

11 Et ſi in caſu prædicto non ambigendum ſit, † poſſe confitentem negatiuam ſuæ confeſſionis, quamuis iuratæ, (pretium in tabula, vel banco nõ fuiſſe ſolutum) probare, quaſi id ex errore confeſſum ſit cuius prætextu confeſſio quamtumuis iurata infringeretur *Cancer. dicto c. 3. n. 226. verſ. & ſic conſuluit, Fontancl. dicta Glo. 18. p. 2. nu. 27. Theſaur. dec. 109. ſub n. 8. Pariſ. conſ. 89. n. 24 lib. 1. Farinac. q. 81. cap. 9. a n. 315. & ſeq. Maceratenſ. variar. reſol. l. 3. reſol. 21. Triuiſan. dec. 5. n. 11. lib. 1. Dec. conſ. 10. n. 80. conſ. 104. nu. 26. & conſ. 129. n. 63. lib. 3. Surd. cõſ. 5. n. 43. 44. Raudenſ. dec. 12. n. 50. Tiraq. de conſtit. amplia. 2. n. 4. 5. Maſcard. de probat. concl. 7. n. 19. & ſeq. Moroc. conſ. 29. n. 34. conſ. 46. n. 33. Burgoſ de Paz. conſi. 43. n. 42. Velanzol. conſ. 27. Crau. conſ. 157. Ferrett. conſ. 101. n. 20. Bertazol. conſ. 53. num. 2. 3. Magon. deciſ. 2. num. 26. in Florentin. Gregor. Lopes l. 5. tit. 13. par. 3. Glo. 4. Simaneas in Enchiridion. indic. violat. Religion. tit. 29. num. 6.*

Declinatur itaque fundamentum pro contra-
12 ria opinione adductum† de confeſſione relatiua, quod ſi de relato non conſtet, referens non ſubſtineatur cum tanta, & talis eſſe ſoleat virtus, & potentia in termino referente, quanta, & qualis in termino ad quem fit relatio *ad text. in d. l. aſſe tota ff. de hered. inſtituen.* Quod procedere dicimus quando referens nihil in ſe certũ, perfectumque diſponit, ſed abſque declaratione eius, quod in relato continetur ad illud ſe abſolute referret. Se-
13 cùs, † vero, quãdo referens habens facultatem diſponendi ita, & taliter diſponat, vel confiteatur, vt certificatum ſit de intentione diſponentis, ſiue confitentis, ita vt pro certa diſpoſitione eruenda, ad id recurrendum non ſit, ad quod fit relatio; nã diſpoſitiue diceretur tunc contrahentem loquutũ fuiſſe, & certitudinaliter, & relatio inde facta ad partitam tabulæ, vel aliud non reſtrictiue, & relatiue facta dicitur, ſe tantum cauſatiuè, & demonſtratiuè, ita vt actus diſponens eo modo ex ſe ſubſtineatur, etiam non docto de relato. Inde fit, quod aliàs non docto de contrario, vel de errore per eum, qui contratium confeſſionis prætẽderet non poſſet huiuſmodi diſpoſitio, vel confeſſio retractari, prout ita ad rẽ noſtrã eſſet, ſi (prout ſolet) ſubiugans & vendẽs, pretiũ, vel ſortem habuiſſe, & recepiſſe, confiteatur, licet relatiue per bancum, vel tabulam, id enim importat referens perfectè fuiſſe prolatum, & diſpoſitiuè ab habente facultatem diſponendi, & de nouo contrahendi inter eaſdem partes, vt, de per ſe, abſque eo quod de relato cõſtet, perfecte operetur *l. ſi ſic §. 1. ff. de leg. 1. vbi Bart. Bene loquens Fel. in c. 2. n. 10. de reſcr. Bar. in l. eum qui §. Iulian. ff. de conſt. pecunia Iaſ. in l. admonendi numer. 29. cum ſeq ff. de iure iurand. Paul. de Caſtro conſ. 17. par. 2. Celſus Vgon. conſ. 120. numer. 21. ad finem Bertazol. clauſul. 21. Gloſ. 26. Ferret. conſ. 86. numer. 6. libr. 1. Aretin. conſ. 76. diligenter viſis col. 3. Grammat. dec. 59. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 111. Mattienſ. lib. 5. tit. 4. de teſtam. l. 2. Gloſ. 9. a num. 11. Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 4. Gloſ. 18. par. 2. num. 28. Caſſan. conſ. 43. n 90. & 91. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 3. de priuileg. num. 222. 223. & ſeq. Crauet. conſ. 157. num. 16. Fab. de Anna conſ. 51. n. 6. Alex. conſ. 46. n. 9. vol. 1. Rota Romana dec. 709. lib. 3. Dec. conſ. 350. poſt num. 4. verſ. Nam quando fit diſpoſitio fuſe Ceruantes in l. 1. Tau. n. 30. 31. Mieres collat. 10. p. 2. tit. de nouis official. non creand. n. 6. Suarez. de legibus l. 8. cap. 15. n. 7. Caualcan. dec. 27. n. 37. & dec. 16. n. 40. 53. libr. 3. Hypol. Rimin. conſ. 42. nu. 9. Afflict. dec. 273. Surd. conſ. 241. n. 1. conſ. 402. num. 31. cõſ. 419. n. 24. conſ. 423. n. 2. conſ. 140. n. 6. & dec. 291. n. 17. Grat. dec. 544. n. 24. 25. & diſcept. 289. num 23. diſceptat. 501. num. 17. diſceptat. 508. num. 34. 35. & diſcept. 693. n. 2. 3. 4. Parlador. rerum quotidian. lib. 2. cap. fi. p. 1. §. 12. limitat. 3. num. 24. Guttier. conſ. 25. n. 1. Rebuff. ad Regias conſtitut. tit. de Chirograf. & cedul. recogn. in præfat. n. 65. Menoch. conſ. 391. n. 32. lib. 4. Dec. conſ. 58. n. 61. libr. 2. Facchin. controuer. iuris libr. 12. c. 3 Scrader. conſ. 9. n. 38. Sforz. Odo conſ. 64. n. 77. Amat. dec. 49. nu. 11. Botta conſ. 5. n. 29. Garſia de nobilitat. Gl. 41. Cenal. commun. contra commun. q. 44. n. 5. Galles ad form. Camer. oblig. p. 3. tit. de præambol. ipſius proceſſus verſ. amplius nota. n. 1. Natta conſ. 40. in fine Caball. conſ. 133. n. 49. lib. 2. Lanar. conſ. 76. n. 14.* vbi, quod tunc dicitur facta relatio per modum cauſæ fiendi non per modum cauſæ eſſendi *Bertaz. conſ. 147. n. 16. Roſſental. de feud. c. 6. concluſ. 24. t. 1. n. 5. Maſcard. de probat. conſ. 923. n. 6. Giurb. dec. 10. ſub nu. 15. verſ. Aut ſecundum inſtrumentum. Seraſin. deciſ. 1083. n. 2. & 7. Oliuer. Beltramin. ad Ludouiſium dec. 439. litt. A. Pute. dec. 360. n. 2. lib. 2. Carroc. additio. ad Decium conſ. 25. n. 14. Card. Tuſch. concl. 128. n. 18. ſeq. liter. R.*

Rurſus aduertendum eſt, ſane prædicta pro-
14 cedere, quando† de relato penitus non cõſtaret, cum tunc vere diſpoſitioni perfectè referenti ab habente poteſtatem contrahendi, & inter eaſdẽ partes ſtandum ſit quamuis de relato nõ conſtet. At vbi appareret diſpoſitio, & ſcriptura relata quantumuis diſpoſitio referens certa ſit, & ab habente facultatẽ pro lata, tamẽ modificatur, & reſtringitur ad terminos relatæ, cum relatum inferente de quo conſtat eſſe intelligatur, & per errorem præſumatur aliter facta relatio *Dec. conſ. 63. n. 6. & in Authen. ſi quis in aliquo nu. 40. verſ. ſecũdo reſtringitur, & ibi Purpurat. nu. 42. C. de edendo Dec. in l. edicta actio nu. 86. verſ. ſecus ſi reperitur.*

Rimin.

28 diſpoſitio *d.l.1.* quando adeſt pactum quod non poſſit pignus,& res pro alio credito retineri,quia tunc ſuam, & certam legem ab initio habuit ius actionis pignorantiæ, nec retinendo recuſare creditor poteſt,quo minus legẽ in pignore adiectam ſeruet,pignus reſtituendo debitori ſoluenti debitum,pro quo datum fuit , *ita Bald.in d.l. 1.ex d.l per retemptionem,& Salicet.num.3.per l.ſolutum §.ſed in ſorte ff.de pignorat. action.* & ita fuiſſe deciſum in Senatu Sabaudiæ teſtatur doctiſſimus *Ant. Faber. in C. eod. tit. l. 8.tit.16.defin 3.* qui de prædictis non meminit.Sed in caſu,quo pignus ex iudiciali diſtractione pro vno credito creditori adiudicatur,cum ex pacto adiecto in decreto iuſta formam ritus detur , & remaneat debitori, terminus ad redimendum infra quatrimeſtre pro conſimili pretio eſt hoc proculdubio dicitur renunciatum retentioni pro alijs ſummis,vel oneratis , vel poſtea ſolutis, eſto , quod habuerit creditor iura ceſſa:Et certe non eſt aſſentiendum *Bald. in dicto conſ.303. lib. 1.* relato *per Boer. Peram.& alios*, dum dicit,quod dum creditor ſoluit debita debitoris,gerit negotium ipſius,ideoque ex hoe efficitur creditor *iuxta text.in l.ſoluendo ff.de negotior. geſtor.*& quod dicitur melioratio, Nam tit.de negotijs geſtis,procedit , quando negotium geritur vtiliter , non aliter, & pro vt ille cuius negotium geritur, geſſiſset ,ſed non videtur, quæ vtilitas afferatur a creditore debitori , dum per creditorem curantur ſolui omnia debita tollendo debitori remedia ſaltim dilatoria,maxime ſi creditores non vrgeant,& multo magis, quia hoc ex creditoris artificio procedere ſolet, vt debitor molæ æris alieni preſſus cum priuilegio diſcurſus nequeat amplius diſtractum pignus recuperare . Poſſet tamen aliquis reſpectus haberi, quando creditores illi Vrgentes voluiſſent cogere ipſum creditorem poſſidentem pignus, vel ſaltem , quando cum cogere potuiſſent , maxime via exequutiua, vt ſunt redituales creditores ex forma Regiæ Pragmaticæ , quia tunc non dicitur ſponte facere , qui cogi poteſt , de quo infra verſi Cæterum diſcutiam *numer.30.*

29 Declaratur etiam† multipliciter non procedere diſpoſitionem *dictæ l.1.C.etiam ob chirograf.* Primò,

mò quãdo creditor vult pignus retinere pro vſuris decurſis alterius,& diuerſi cõtractus *Salicet. in dict. d. l. 1. n. 3. per text. in l. per retentionem ff. de vſuris V iu. dec. 317. ſub n. 7. verſ. fallit primo.*

Secundo *d. l. 1.* eiuſque ratio procedit, & locum habere poteſt, quãdo debitum, pro quo vult creditor pignus retinere erat antiquum, de quo non erat plene cautum creditori, ideo permiſſa eſt retemptio per viam exceptionis, pignus enim fuit traditum creditori ob tutelam ipſius, & non fuit viſum honeſtum legiſlatori, quod debitor detractet ſoluere etiam debitum antiquum, de quo non erat plene cautum creditori, ita explicat *Neguſ.* hanc rationem quæ eſt anima legis eamque limitat. *d. membr. 4. p. 5. n. 2. poſt Salic. in l. 2. C. commodat,*

Tertio non procedit *d. l. 1. C. etiam ob chirograf.* quando maxima ex pignore fuiſſet percepta fructum quantitas *Muta ritu 112. ſub num. 86. ex Gl. Pariſiens,* quam propter eius damnatam memoriam non euenit videri poſſe.

30 Cæterũ quamuis † in aliquo caſu inſtari poſſe videatur, vt pro alio credito, pro quo nõ fuit immiſſus poſſit creditor pignus retinere, quando creditor infra quatrimeſtre coactè, vel quia cogi poterat, ſoluiſſet aliquid ſuper re, & pignore debitum, Puta quia contra eum fuiſſet cauſata aliqua exequutio ex cauſa bullatis cenſus, vel aliter vexatus per aliquem creditorem ſui debitoris opportuerit ſoluere creditor immiſſus ad redimendam propriam vexationem, iuſtum, æquumque videtur quod debitor, qui vult redimẽte infra quatrimeſtre, debeat ſoluere etiam iſtud debitum, & quod creditori pro eo detur retemptio, Tamen recte intuendo in contrarium conſiderari poſſe videtur, vt etiam in eum caſum, poſſit denegari retemptio, creditori. Aut enim exequutio cauſatur, contra eum, vti detemptorẽ rei, & pignoris durante quatrimeſtre contra eius perſonã, & bona propria vigore bullæ ſeu Regię Pragmaticæ, & tunc ipſe creditor dicitur ſoluere debitum proprium, & quando Ingreſſus fuit poſſeſſionem rei adiudicatæ, hoc debuit, & potuit præuidere, ideoque tertius detemptor quando moleſtatur, ex priuilegio bullæ in perſona, vel in bonis proprijs non poteſt opponere exceptionem cedendarum, & cogere debitorem inuitum ad ſibi cedendum iura, ſecundum veriorem opinionem de iure quam latius ſequutus ſum *in reſol. 37. n. 19. 20. & ſeq.* Quia ipſe tertius nõ eſt ingreſſus poſſeſſionem eo animo, & mente, vt iura ſibi cederentur quidquid quandoque aliqui ſenſerint, ſecuti ęquitatem & adhærentes, opinioni *Dec. cõſ. 104.* & aliorum eum inſequentium, vt dixi dicto loco. Et quidquid ſit de veritate, & practica iſtius opinionis, dico quod creditor coactus in bonis proprijs, vel perſona ſoluit, quia cũ voluerit detinere videtur ſe obligaſſe ad ſoluendum, & ad omnia contenta in cõtractu ſubiugatorio, *vt ex Blaſe. Lanzea, Ioan. Philipp. de Paternion. Petr. de Gregorio ſcribit Milan. deciſ. 7. num. 34. deciſ. 9. num. 57. deciſ. 11. n. 5. lib. 2.* & ex pluribus alijs diximus *in dicta reſol. 37. num. 22.* Ergo creditor ſic moleſtatus non debet poſſe retinere, ſed agat contra debitorem de euictione, & moleſtia, ſtantibus clauſulis euictionis adiectis in ſecundo decreto, vbi res fuit adiudicata franca, & libera, vel ſi ipſe creditor ſoluẽs creditori cogẽti recuperauerit ab eo volente iuriũ ceſſionem agat ex iure ceſſo, & ſic erit conſultũ vtriq. parti, & ſatisfit æquitati ſupra cõſiderate: Nec dicatur, quod cui damus actionẽ multo magis exceptionem, ſeu retentionem, quia hoc vetat vis conſiſtens, in iure luẽdi, ſeu redimendi, & aliæ rationes ſupra adductæ ad fauorẽ debitoris luentis infra terminum quatuor Menſiũ; Aut vero creditor non moleſtatur in perſona, aut bonis proprijs, ſed ſuper ipſamet re adiudicata durãte quatrimeſtri, & tũc caſus magis de plano procedit, & prędicta fortius locum habent, quia res non poteſt adiudicari à poſse ipſius creditoris tãtum, ſed opportet conuenire debitorem, qui cum adhuc habeat ius luendi ad rem ipſam, rem habere videtur.

31 Patet igitur † ex prælibatis, quam diminutè ſcripſerit *Maſtril. in d. dec. 88.* vbi principaliter de hoc dubitabatur. Et quatenus *Maſtrillus* referat, quod in practica apparebat opinio diuerſimode recepta, ſed quod conſiſtorium habuit opinionẽ, quod detur retentio, pro veriori in puncto iuris, certè ex ſuperius firmatis apparet quatenus dicta per *Maſtrillum* ſubſtineantur.

32 Veritas ergo eſt, † in qua omnes ſuperius adducti magis communiter cõueniunt circa iſtud; Quod retentio non competat creditori pro alio debito, vel cauſa contra debitorem luentem pignus infra terminum ad redimendum, & ita ſeruamus.

33 Praxis etiam † paſſim circa iſtud approbat limitationem ad ſuperius firmatam concluſionem, quod quãdo pro alio credito fuiſſet data quindena debitori, ſeu pro debito liquido, & vero, aduerſus quod nihil per debitorem excipi poſſet, tunc competit retentio, ſecundum quam diſtinctione, ſeu limitationem, cenſuiſſe Conſiſtorium dixit *Maſtril. deciſ. 88.*

34 Quod dictum † licet habeat rationabile fundamentum (in quo ego, nec diſcrepo) Tamen non tędet aduertere, quod id ſine auctoritate ſubſiſtit. Nemo enim ex Doctoribus hinc inde citatis pro vtraque opinione ponũt limitationem iſtam, ſeu diſtinctionem, ſed ea eſt capitinea, dicunt enim
35 † aliqui DD. quod pro debito in liquido non datur retemptio vt tangit *Maſtril. dict. dec. 88. num. 4. poſt Neguſant. Surd. & Añ im.* etiam multi dicunt contrarium, vt videri poteſt apud *Capic. dec. 11. & 17. Surd. dec. 46. & cõ. 180. n. 15. cõſ. 248. n. 15. Turret. conſ. 33. num. 24. conſ. 73. n. 22. V iu. dec. 317. Franc. deciſ. 112. Burſat. conſ. 184. numer. 53. Gail. libr. 2. obſeruat. 12. in fine, & alios ex more affert. Giurb. in conſuetud. Meſſan. cap. 15. Gloſ. 11. n. 11. & ſeq.* Sed non conſtat perpetuo, quod ſi ſumma debiti eſt liquida ergo competit retentio, quia ſecundum varios caſus quandoque competit, quãdoque non, pro vt caſu iſto non competere pro alio debito ſupra demoſtratum eſt ex auctoritate *Bald.* & ſequacium, etiam noſtratum, qui cum non diſtinguant inter debitum liquidum, vel in liquidum, vel ſi ſit capta quindena, vel nõ,

non

Digitized by Google

non deberemus nos, diſtinguere *leg. de pretio ff. de public.* Imò oporteret intelligere quod *Bald. & ſequaces.* loquuti ſint de themate, & caſu magis dubitabili ſecūdū notata *in l. ſi quis in ambiguis ff. de rebus dubijs.* Videlicet in caſu, quo debitum erat liquidum, quia ſi erat in liquidū in dubium erat, ſeu minus dubium quod retemptio nō competeret ſecundum opnionem illorum ex præcitatis, qui tenent quod retentio non detur pro debito in liquido circa quod etiam ponderāda ſunt verba *Palaez. de Maiorat. p. 3. q. 24. n. 2. ſ. 10. p. 1. f. 453.* dū dicit, quod creditor nō poteſt retinere ex quacūque vrgēti cauſa, ergo intelligitur etiam pro cauſa, & debito liquido, ſi enim eſſet in liquidum vrgere non poſſet, quia exequutio non datur niſi pro debito liquido *Noſtrates in Ritu 101.* Et dum *Maſtrill.* loquitur de capta quindena, immo etiam, quod eſſet deciſum reijciantur, non ex hoc debitori non poteſt eſſe conſultum de alijs remedijs, nam vltra quod interloquutoria reijciantur non facit rē deciſam, poteſt fieri proſequutio in cauſa oppoſitoria, item poteſt agi conditione indebiti, vltra quod competunt remedia appellationis reuiſionis contrarij Imperij, Reſtitutionis in integrum, & nullitatis.

36 Quintus eſt caſus, † quādo non agitur de redimendo pignus infra quatrimeſtre, ſed ſtāte remedio gratioſo aduerſus decretum cum enormiſſima læſione procedens per recurſum, & Relationem ad Principem, ſi ſit facta prouiſio, & decretatio (pro vt in dies) Quod ſoluto debito vna cū legitimo intereſſe ad rationē de tot pro cētenario reſtituatur poſſeſſio vna cum fructibus. An poſſit creditor rem adiudicatam retinere, vel à debitore petere non tantum ſummam oblatam pro pretio, & debito pro quo proceſſerat diſtractio ſed etiam omnes ſummas oneratas, & in decreto accollatas, vel inde ſolutas. Et videretur affirmatiue reſpondendum, ex quo omnes dictæ ſummæ oneratæ, accollatæ, & ſolutæ per creditorem dicuntur, ei debitæ, & ideo ſub prouiſione ſoluto debito, videntur comprænhenſæ.

Verius tamē eſt non deberi per debitorem, niſi ſummā pro qua proceſſerat diſtractio rei adiudicatæ. Quia hæc prouiſione Viceregiæ ſemper fuerunt ſic interpetratæ, & intellectæ, quod iſte caſus aſſimiletur caſui redemptionis infra quatrimeſtre. Et dum prouiſio Viceregia dicit (ſoluto debito) intelligitur, ſcilicet ſoluto pretio oblato in diſtractione quod quidem pretium eſt debitum principalius, & potentius, & verba ſententię debēt intelligi in potentiori ſignificatu, item, vt referātur potius ad id quod ſtat principaliter, quā ad id, quod ſtat acceſſoriè: Tanto magis ceſſaret omnis difficultas, quando ex eadē prouiſione Viceregia dictum fuiſſet, quod omnes cēſus, & aliæ quæcumque pecuniæ legitimè ſolutæ compenſentur cum fructibus, prout alias fuit facta prouiſio ad relationem Illuſtriū Præſidum de Celeſti, & Scirotta pro Don Petro, ſeu Donna Maria de Vigintimileis, contra Donnam Helenam de Vigintimileis ſuper reſtitutione Baroniæ Santi Stefani, quæ inde fuit exequuta ſtante noua commiſſione, & relatione, per ſupremos Iudices de Blaſchis, & Veglia, ac Illuſtrem conſultorem E. S. Quo caſu vt detur inſtātia dictis verbis, & vt habeāt Miniſteriū operādi, oportet intelligere quod dū prouiſio dicit (ſoluto debito) loquatur de pretio oblato, & non de ſummis accollatis. Quia vult quod omnes cenſus, & aliæ quæcumque pecuniæ compenſentur cum fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Contra maritum, pro debito contracto ab vxore ante matrimonium, an agi poſſit via exequutiua, num. 5. 8. & ſequent. num. 11. 19. 20. 21. 22. 23 ſequent.*

2 *Mulier quod æris alieni eſt ſuper bonis ſuis non cenſetur in dotem dare marito, ſed tanto minus, quantum creditoribus mulieris deberetur cenſetur dotare & n. 20.*

3 *Creditoris conditio deterior fieri non poteſt per dotem.*

4 *Onus rei annexium ſequitur eiuſdem rei poſſeſſorem.*

5 *Creditores vxoris ante contractam matrimonium via exequutiua agunt in ſubſidium, contra maritum cui omnia bona mulier in dotem apportauit contra n. 8. ſeq.*

6 *Diſceſſio facienda an ſit a creditoribus vxoris cōtra bona propria vxoris, antequam via exequutiua agant contra maritum.*

7 *Mulieres ſolent in dotibus aliquid proprium ſibi reſeruare pro recamera, maxime quando ſecundo loco nubuat.*

8 *Via exequutiua, per ritum vigore inſtrumenti datur contra debitorem eiuſque hæredem.*

9 *Via exequutiua ex inſtrumento habente exequutionem paratam, vigore ſtatuti, nunquam datur contra tertium in inſtrumento non nominatum, niſi id expreſſe in ſtatuto dicatur.*

10 *Pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate non poteſt exequi contra tertiam non citatum.*

12 *Sententia lata contra vxorem in actione perſonali an poſſit exequi contra maritum ſine nouo proceſſu.*

13 *Sententia non poteſt exequi contra Tertiū poſſeſſorem qui rem acquiſierit niſi eo citato.*

14 *Sententia lata contra vxorem, marito ſciente, & patiente litem cum Vxore agitari, an poſſit contra maritum in bonis dotalibus exequi, & n. 15.*

16 *Maritus tenetur ad refectionem expenſarum vxore ſuccumbente, & in expenſi condemnata ſi maritus ſcierit, & paſſus fuerit litem cum vxore agitari.*

Sententia an noceat vel poſſit exequi contra tertium poſſeſſorem ſcientem litem contra principalem agitari n. 14. 15. 16.

17 *Sententia an ex vitio litigioſi poſſit exequi contra maritum, ſi iuditio pendente cum vxore fuerint bona dotata abſque noua mariti citatione, & num. 18.*

18 *Litigioſi vitium non contrahitur, quando lite pendente rex ex cauſa dotis alienatur.*

21 *Via exequutiua non datur contra maritum pro debito ad vxore contracto ante matrimonium, etiam*

Digitized by Google

quod vxor in dotatione expreſſe ęs alienum reſeruaſſet,& maritus reſeruationi conſenſiſſet.

12 *Maritus, via exequutiua non tenetur pro debitis ab vxore ante matrimonium contratis, etiam ſi cum expreſſa onere creditorium ſint bona per vxorem dotata, & maritus onera ſibi accollauerit, niſi expreſſe creditoribus præſentibus, vel abſentibus, cum ſtipulatiane Notarij ſe obligauerit.*

Accollans numquam via exequutiua tenetur, niſi expreſſe ſoluere promiſerit, & ſe obligauerit, creditoribus præſentibus, vel abſentibus cum ſtipulatione notarij. n. 22.

23 *Maritus cui bona omnia per vxorem dotata ſunt Franca, & libera non tenetur via exequutiua creditoribus ante matrimonium per vxorem contractis.*

24 *Maritus non tenetur via exequutiua pro Ere alieno ab vxore contracto poſt matrimonium.*

Quid in debito communi viri, & vxoris n. 25:

ARGVMENTVM

Inſtrumenti exequutio pro alieno ęre ante nuptias ab vxore contracto quando contra maritum in dotalibus rebus deneganda ſit ad intellectum Ritus 103.

RESOLVTIO XXXXV.

PRęſentem articulum vàrie in noſtris Tribunalibus deciſum oſſeruauimus, in quo, & ſi latè à multis ſcriptum ſit, quorū aliquos ex profeſſo pertractaſſe viderim, pro exequutione cōtra maritū ſuper dotalibus rebus ſentientes, cū opinione tamē mul-
1 torum non pertrāſeam, licet † pro parte iſta affirmante, ſtēt authoritates *Bertran. conſ. 9. li. 1. Capic. allegari ſolitus dec. 128. vbi Maſull. n. 1. Cartar. dec. 34. Vincent. de Franch. deciſ. 636. libr. 4. Aſin. in praxi §. 31. limit. 43. Tomo 4. commun. opinion. loco 11. tit. 13. cap. 32. Caſtill. dec. 97. Borell. conſ. 54. Anna allegat. 33. num. 12. 13. ſequen. Gama deciſ. 200. Alberic. de ſtatut. p. 1. q. 48. Palaci. Rubric. in c. per veſtras verſ. opperatur alium, & tertium, n. 2. de donat. inter virum, & vxorem. Lancel. Galli. conſ. 29 per totum Guid. Pap. dec. 447. Pinel. in l. 1. p. 2. n. 72. C. de bonis mater. Amat. dec. 48. Pereg. de iure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 118. Muta in conſuetud. Panorm. 41. num. 5. 6. Coſta ſubſidiar. remed. 44. Papon. lib. 18. tit. 5. arreſt. 44. Baeza de debitore inop. cap. 15. num. 23. Prouizal. in l. dote ancillam C. de reuendicatione Rebell. de obligation. inſt. par. 2. lib. 5. q. 8. a num. 9. Giurb. dec. 69. n. 2. & in conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſ. 7. n. 6. Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 8. ne vxor pro marito definit. 1. & lib. 5. titul. de iure dotium defin. 6. Cancer. var. reſolut. p. 1. cap. 13. de emption. & vendit. num. 57. 58. Garſia de Gironda de priuilegiorum, & exemptionū explicatione q. 241. c. 29. a n. 1293. Hieron. di Leo. dec. Valen. 50. per totā Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. in rubr. de decretis collateralis conſilijs ſuper obligatione. &c. num. 2. Torus in compendio deciſ. verbo creditor mulieris Ricci collectan. 1533.* dicentes maritum pro debitis vxoris ante dotis conſtitutionem contractis poſſe via exequutiua in bonis dotatis conueniri, ſi in dotem, bona omnia vxoris recipit, vel ſi non expreſſe, & collectiue omnia bona in dotem recipiat, aliunde coſtaret vltra bona dotata nil aliud proprium mulierem poſſidere, quia tunc quo ad effectum idem eſſet ac ſi bona omnia marito dotis nomine conſtituiſſet, vt dixit *Capic. dict. deciſ. 128. ſub num. 4 Aponte ſupra ſub dicto nu. 2.* & quod non prębet impedimērum, qui huiuſmodi mulieris creditores ex illis bonis in dotem datis, ſua credita ante matrimonium contracta via
2 exequutiua conſequantur: Nam quando † mulier ſua bona marito in dotem, dat illud quod eris alieni eſt nō cenſetur per eam in bonis dotatū, ſed ab ea tanto minus doti ademptum videtur, cum bona dicantur quæ ere alieno deducto ſuperſunt, *leg. mulier. bona omnia ff. de iure dotiū l. ſubſignatū §. bona ff. de verb. ſignific. Guid. Pap. dec. 447. Capic. dec. 128. Cartar. dec. 34. Ant. Faber. in C. lib 4. tit. 8. ne vxor pro marito diffin. 1. & lib. 5. tit. 7. de iure dotiū difinit. 6. Cancer. variar. reſol. p. 1. c. 13. de empt. & vend. num. 57. 58. Borell. conſ. 54. Gironda de priuilegi. & exempt. explicat. q. 241. cap. 29. ex nu. 1293. cū ſeq. Hieron. de Leo. dec. 50. Giurba dec. 69. n. 2. & in conſuet. Meſſan. c. 9. gloſ. 7. ſub num. 6. Guttierez. practicar. quaeſt. 26. num. 9 Coſta ſubſidiar. remed. 44. Papon. lib. 18. tit. 5. arreſt. 44. Baez de inop. debitoris ca. 15. n 23. Prouinzal. in l. dote ancillam. C. de reuendicatio. Lancellott. Gallia conſ. 29. num. 8. 26. 27. Rebell. de obligat. Iuſt. p. 2. libr. 5. q. 8. à nu. 9. Vincent. de Franch. dec. 636. n. 1. lib. 4. Vincent. de Anna alleg. 33. n. 12. 13. Mut. in conſuet. Panhor. 41. n. 5. Caſtill. dec. 97. Amat. dec. 48. num. 4. 5. Gabr. Pereira de Caſtro in deciſ. Supremi Senatus Portugall. 86. num. 1.*

3 Conditio † enim creditorum per dotem deterior fieri non poteſt, *l. debitorem. 15. C. de pign.* Et
4 onus † rei affixum ſequitur rei poſſeſſorem *lege tradditio C. de acquirend. rer. domin. Anton. Faber. Cod. ne vxor pro marito definition. 1. Ricci collectan. 1533.*

5 Eo magis, † ſi creditoribus ſuper alijs bonis mulieris cōſultum eſſe non poſſet, quia omnia in dotem dederit, tunc enim in ſubſidium exequutio contra virum pro dotalibus bonis proceder, *Capic. dec. 128. n. 4. Lancellot. Gallia conſ. 29. n. 8. Anna Alleg. 33. nu. 114. Caſta ſubſidiar. remed. 44. num. 1. Giurb. in conſuetud. Meſſan. c. 9. gloſ. 7. n. 7. Guid. Pap. dec. 447. n. 3.* vbi ſi ſuper paraſrenalibus poſſet creditori ſatisfieri *Iuxta gloſa in l. iſta ff. de iure dotium Caſtil. dec. 97. ſub n. 9. 12. Lancellot. de attentat. p. 1. c. 3. ſub n. 26. Franch. dec. 636. lib. 4. Card. Tuſch. concl. 759. n. 13. littera. D. Baptiſta de Santo Blaſio de dote priuilegio 285.*

6 Itaquè † diſcuſſionem in eum caſum per creditorem fiendam pręcedere debere contra vxorem eiuſdemquè bona, ante exequutionem contra vi-

Digitized by Google

virum quãdo bona omnina viro in dotem conſtituta non ſunt dixerunt *Guid. Papa dicta dec* 447. *& Capic.dec.*128.*Franch.dec.*636.*nu.*4.*lib.* 4. *Caſtil.dec.*97.*n.*7.*Fontanella de pactis dotal.clauſul.*6.
7 *gl.*1.*par.* 3.*num.*46.*vol.* 2.*f.*363. poſſunt † Nãq. vxores parafrenalia extra dotalia,vel alia vltra dotata bona habere immo mulieres vt plurimum ſibi aliquam quantitatem ab initio matrimonij contracti reſeruant,maxime quando ſecundo nubunt,quam reſeruationem pro recamera vulgariter factam eſſe appellamus, vt inter magnates præcipue conſueuit in Regno ſeruari , vt dicunt *Franc.& Caſtil. in locis prædictis in fine.*

At ſi propriã licet in hoc proferre ſententiam,
8 fateor,† vnquam cum prædictis ſenſiſſe quorum opinionem nullo iure fundari poſſe video,quo ad exequutionem contra maritum in dotalibus ad inſtantiam creditoris ante nuptias per vxorem contracti fiẽdam . Nam Ritus Noſter c.103.exequutionem contra debitorem eiuſque hæredem tantum concedit,& contra tertium : & in inſtru-
9 mento non nominatum denegat , numquam † enim huiuſmodi inſtrumenta tertium afficiunt nec contra eum vim habẽt, nec ſtatuta huiuſmodi paratam exequutionem inſtrumentis tribuẽtia,quicquam contra Tertium operantur ,nec diſponunt,niſi id expreſſe in ſtatuto dicatur,*Crauet. conſ.*201,*num.*8.*Dec.conſil.*88.*col. fin. Macerat.variar.reſolution.lib.*2.*reſolution.* 60.*caſu.*46.*Iaſon.in l.iuriſgentium.§. Pretor ait ex n.*9.*ff.de pactis Aſini in praxi.* §.31.*c.*2.*limitation.*25. *Marta voto* 65. *& de clauſ.clauſ.*11.*ex n.*3.*Graſ. de except. in prælud.num.*157.*ſeq. Duenna regul.*365.*limit.*6.*Menoch. de adipiſcend.poſſeſſ. remed.*4.*num.* 848.*Gratian. deciſ.*138.*num.*1.*& dec.* 122.*Cancer. variar. reſol. lib.*1.*cap.*17.*de appellat. num.*25. *Fontanella de pactis dotalib.clauſ.*3.*gloſ.*2.*num* 51 .*volum.* 1.*Seſſa de inhibition.cap.*12 *per tot.Parlador. rerum quotid.l.*2 *c.fin. p.*4.§.1. *& §.*5. *per tot. Suarez in l.poſt rem iudicatam in principio limit. legis Regię Muſcatel.in pract. p.*3.*gloſ.ſeruata nu.* 73.*Verſil.deciſ.*145. *Gramatic.conſ. Ciuil.*49.*Maſſa de form.Camer.obligat. par.*2.*q.* 1. *per tot. Gabellin. Milleloquio* 633. *Amat.dec.*48.*n.*7.*Caualcan. dec.*77.*n.*84.*p.*2.*Hippol.Riminald.conſ.*39.*num.*64.66.*Milanenſ. dec.* 2. *n.*1.*dec.*8.*n.*1.47.*lib.* 2.*Roderic. de ann. redit.lib.*2. *q.*9.*ſub n.*61.

10 Sic de pacto † exequutiuo ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate,& ſi in inſtrumento quomodolibet guarentigiato apponatur contra Tertium non citatum non exequi,dixerunt *Cancer.variar.reſolut.li.*3.*c.*7.*de pactis num.*218.219. *Amat.dec.* 48. *Theſaur.q.foren.* 96. *num.*3. *in fin. lib.*2. ad quod videndi ſunt.*Felician. de cenſibus l.* 1.*cap.*10.*num.* 3.*Auendagn.de cenſib. cap.*96.*Aſini.in praxi* §. 31. *limit.*31. *nu.*4.*Seraphin.dec.*492. *Afflict.in conſtitution. pacis cultum ,& deciſ.* 326. 386.*Gabr. conſ* 141.*n.*8.*Farinac.dec.*59.*p.*2. *Barz deciſ.*14.*n.* 12.13.*Menoch. de adipiſcend. remed.* 5. *Anton.Faber.in C.vnde vi. lib.*8.*tit.* 3. *defin.*34. *Fontanel.de pactis dotal.clauſul.*4.*gl.*27.*n.*32.33.*& clauſul.*6.*gloſ.*1.*par.*3.*num.* 19.20. *Viui. dec.*177. *Cartar. deciſ.* 12. *Gabr. de acquirend. vel ammittend. poſſeſſ. concluſ.* 8. *Roderic. de ann. red-*
11 *dit.li.*2.*q.*7.*nu.*18.*q.*9.*num.*57.58.Hinc † contra maritum cui omnia mulieris bona in dotes apportarentur,à creditoribus,exequutiue quaſi hæredẽ inepte ageretur dixi *Cardinal Mant. de tacitis,& ambiguis conuentionib.lib.*12.*tit.*11.*nu.*11. *Be-*
12 *ro.conſ.*41.*n.*10.*l.*1. Eadẽque † ratione idem cõcludit *Capic.deciſ.*128. dum quæſtionem poſuit ſi contra maritum poſſit exequutioni mãdari ſententia lata cõtra vxorẽ in actione perſonali ſuper bonis in dotem datis lite pendẽte ſine nouo proceſſu,& dicit ,*n.*12. 13.Sacrum Conſilium votaſſe quod ſuper inibi petita exequutione ,vocaretur hac citaretur maritus poſſeſſor bonorum ſuper quibus petebatur exequutio , idemque ſeutiettunt *Franch. deciſion.* 636. *lib.* 4. *Caſtil.deciſ.* 97. *num.* 5. 6. *Fontanella de pactis dotalib. clauſul.*6.*gl.*1 *p.*3.*num.*26.27 28.*volum.*2.*Trentacinq. variar.reſolut. libr.*2.*reſolut.*2.*de arbitris num.* 17. *Girond.de priuileg.& exemptionum explicatione q.* 241.*cap.*29.*n.*1303.*Ricc.collecta.*1533.*in fine.*Nã
13 † eum poſſeſſorem citari oportet cõtra quem peteretur exequtio ſententiæ,ſuper re quã tertius ipſe acquiſierit ſiue in perſonali,ſiue in reali actione fieret exequtio *Aſin.in prax.§.*31.*c.*4.*in principio,& in primo.& *2.*ampliation.& limit.*5.*Hond. conſ.*20.*n.*43.44.45.*lib.*1.*Amat dec.*48.*num.*7 8. *Ceual.conuent.contra comm.q.*820.*n.*24.*Surd. conſ.* 189.*n.*47.48.*ſeq.conſ* 334.*& conſ.* 405 . *Ludouic. concluſ.*16.*illatio.* 27.*Franch.dec.*199. *Duenna regul.*277.*limitation.* 4.*Monald.conſ.*49. *Suarez.in l. poſt rem iudicatam Trẽtacinq.variar.reſolut.lib.*3. *de empt.& vend.reſolut.* 20.*ſub n.*22. *Crauett. conſ.* 592.*n.*128.*conſ.*978.*n.*18.*Gail.l.*1.*obſeru.* 118. *n.* 1. *Cartari.dec.* 55.*n.*8.*Viui dec.*327.*n.*2. 3. 4.*ſeq. Coſta de re integra diſtinction.*95.*nu.*15. *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ.remed.*5.*n.*142.*Rota Genue deciſ.* 111.*n.*12.*Caualcan.dec.*5.*n.*7.15.*p.*1.*Maſul.ad Capiec.dec.*20.*n.*5.*Mariſcott. lib.*2.*reſol.*121.*nu.* 2.5. *Botta conſ.*37.*num.* 4.*Couarru.practicar. q.cap.* 16. *num.* 4. *Giurba dec* 91. *Oſaſc.dec.* 38.*& dec.*157. *Dec.conſ.* 109.*n.*7.*volum.*2.

14 Quamuis iſto caſu dubium orire poſſet, quid† ſi ſententia ſit lata contra vxorem marito ſciente; & patiente litẽ cum vxore agitari an iſta ſcientia ita viro obſit,vt contra eum, & bona dotata ſententiæ huiuſmodi exequutio fieri poſſet ,& affirmatiua in hoc opinio fundatur, authoritate *Bartholi,Alciat. Iaſon.ac communiter Doctorum in l. de die.§.qui mulierem ff. qui ſatiſdare cogantur. Rota Romana apud Cardinal. Seraphin.deciſ.*891.*n.* 10. *Bellamer. dec.*711.*Franciſc.Marc.dec.*272. *vol.* 1. *Ioſeph.Ludouic.dec.Peruſin.*26.*n.*6.*ſeq.* quam opinionem habere optimum fundamentũ *in lege ſæpe ff. de re iudicata,* & pro ea refert pluries deciſum *Font.de pactis dotalib.clauſ.*6.*gl.*1.*p.*3. *n.*30.31.32. *Rom.conſ.*342 *Put. deciſ.* 12.*n.* 14.*lib.* 1.*dec.*155. *lib.*2.

15 Sed viriliter † negatiuam opinionem idemquẽ *Fontanella* defendit *dicto loco a n.*33. *& ſeq.* authoritate *Seraphini,Bertrand.conſ.*129.*n.*4.5. *vol.* 6.*Innocẽt.& Abbas in c.cũ ſuper de re iudicata,& in c.Veniens verſic.quandoque tertius nõ appellat.de re iudicata,& Bertrand.n.*5. ait non obſtare mariti conſenſum,quia aliud eſt litiganti in cauſa

Digitized by Google

conſentire, aliud eſt litigare,& ſuccumbere,que-
madmodum aliud eſt donare, aliud donanti cō-
ſentire,& *Bertrand. doctrinam* per Rotam Roma-
nam ponderātam in hoc oſſeruauimus in deciſio-
ne prædicta *Seraphin.*891.*num.* 10. vbi poſtquam
dixit de ſcientia, & patientia mariti, poſtea ſub-
dit quod licet forte poſſet pati difficultatē ſi eſſe-
mus in ſimplici ſcientia, & patientia, ex ijs quæ
tradit *Bertr. in conſ.*129.*n.*4. *& catera. Idē Ioann.
Battiſta Laderch. conſ.*180 & quamuis *Bellamera
in dec.*711.inclinet in contrariam ſententia tamē
vt ipſemet refert alij domini de Rota ei aduerſa-
bantur, *& Felin. in c. cum ſuper de re iudicata* te-
ſtatur Rotā Romanam iudicaſſe contra *Bellame-
ram*,& extat deciſio *Achill. de Graſſ.*334.*vel* 218.
ſub titul. de ſenten. & re iudicata,& præter alias ra-
tiones *Fontanella n.*39.40.addit quod cum is qui
agit ſit in culpa,quia ſcire debuit virū poſſidere,
& de eo in cauſa meminere,& pariter vir in cul-
pa quadam quia neglexerit litē, viro potius erit
ſuccurrendum,veluti tractanti de damno vitan-
do,quam rationem conſiderat in ſimili *Rota Ro-
mana apud Achil. de Graſſ. dec.* 220. & in Senatu
Cathalonie obtinuiſſe pro iſta opinione teſtatur
16 *Fōtanella dicto loco n.*45.pręiuditium † vero attu-
lit viro ſcientia iuditij cum vxore agitati eo cō-
ſentiente,& authorizāte,vt ad eiuſdem expenſas
ſuper dotalibus exequutiue teneatur vxore ſuc-
cumbente, eademque ad expenſarum refectio-
nem condemnata argumento earumque de Pa-
tre authoritatem in iuditio filio pręſtante tractat
Bozri. dec. 7. *nu.* 17. *ex Bald. in l. fin. colum.* 2. *C. de
vſur. rei iudicat. Anton. Faber. C. de iure dotium lib.*
5.*tit.*7.*defin.*6.*n.*2.*in allegatis* & teſtatur deciſum
*Fontanella de pactis dotalibus clauſ.*6.*gl.* 1.*p.* 3. *n.*
47.& fuiſſe reſolutum in *Rota Romana Seraphin.
deciſion.*891.

17 Et etiam † ſi pendente lite ſuper re cum mu-
liere,eandem rem marito in dotem dederit, nec
ſententia poſtea lata recta via abſque citatione
viri exequi poſſe contra eum poteſt pretendi tā-
quam contra rem vitio litigioſi affectam *Iuxta l.*
2.*& l. fin. C. de litigioſ. Capic. dec.* 128.*num.*6. *Hippo-
lit. Rimin. conſ.*100.*num.*4.*lib.* 1.*Cancer. variar. re-
ſolut. l.* 2.*c.*12.*Parlador. rerum quotidianarum li.*2.
*cap. fin. p.*4.*§.*5.*num.* 6. *Intrigliol. ſingul.* 59.*lib.* 1.
*Menoch. conſ.*1187.*num.*8.*libr.*12.*Oſaſc. dec.* 114.
*Honded. conſ.*20.*lib.*1.*Surd. conſ.*334.

18 Nam cum † ratione neceſſitatis alienationis
dotis cauſa ſit vitium litigioſi non contrahitur
*l. fin. C. de litigioſ. Capic. dec.*128.*n.* 7.*Dec. conſ.*109.
*num.*10.*lib.* 3. *Natta conſ.*401.*ſub n.* 1. *Cancer. va-
riar. reſol. lib.* 2.*cap.*12.*num.*45. *Lancellot. de atten-
tat. c.*4.*in præfat. n.* 448.465.549.550.*Intrigl. ſin-
gul.* 81.*num.*1.*lib.*2. *Boeri dec.*23.*nu.*33.*Menoch. li.*
2.*præſumpt.* 97.*num.*34.38.*Afflict. ſuper conſtitut.
rubr.*41.*lib.*2.*num.*1.*Caſtil. dec.*110. *num.* 3.4.*ſeq.
libr.*2.*Ita in puncto reſoluit Fontanel. de pactis dotal.
clauſul.*6.*gl.*1.*p.*3.*n.*48. 49.*volu.*2.*Capic. dec.* 128.
*num.*7. *Amat. dec.*48.*numero.*25.26.

Præmiſſa etiam cōprobantur exemplo ex ma-
19 ioritate rationis,quod ſi non datur † via exequu-
tiua contra donatarium omnium bonorum, qui
recipit bona ex titulo lucratiuo in quo facilius
ſolet fraus euenire,*iuxta Textum,in leg. omnes* §.
Primo verſ. vniuerſa bona ff. quem in fraudē creditor.
adeo quod in Regno ſuper hoc fuit opus, prag-
maticali decreto Proregijs Marci Antonij Colū-
na,vt alias fuſius meminimus,quanto minus erit
danda via exequutiua contra maritum,(licet do-
tatarium omnium bonorum) cui bona ſunt trā-
slata non titulo hęreditario,nec minus titulo lu-
cratiuo donationis, ſed titulo ponderoſiſſimo
matrimonij proinde,quo ad viam exequutiuam
cōtra maritum ita reſoluendum puto contra prę-
dictorum opinionem,& nouiſſime pro iſta opi-
nione deciſum bis teſtatur in Senatu Cathalonie
poſt lōgum examen Anno 1609.& 1615.*Font. de
pactis dotal. clauſ.*6.*glo.*1.*par.*3.*num.*22.*ſeq. vol.* 1.
qui contrarium tenentibus reſpondet etiam re-
centioribus autoribus dicendo quod in illis cau-
ſis licet in Senatu magnum Rumorem feciſſent
aliqui ex Doctoribus ſupra pro cōtraria opinio-
ne adductis tamen contra eos fuit mature reſo-
lutum,& *Gironda de priuilegiorum, & exemptionum
explicatione q.*241.*cap.*29.*num.* 1303.dicit quod
numquam potuit obtinere pro opinionem contra
maritum.

20 Nec † textus *in l. mulier bona, ſua omnia ff. de iure
dotium* quo commouentur contrarij,qui errorem
ſequuntur ad rem facit,reſpectu modi procedē-
di via exequutiua,ſed bene facit, vt via ſua ma-
ritus non poſſit creditores vxoris repellere, quia
iuris interpretatione,videtur, mulierem dotaſſe
id quod ſupereſt deducto ere alieno,ſupponit er-
go iuris conſultus iuris interpretratione bona nō
eſſe in virum translata quatenus capit es alie-
num vxori,ſed in primo reſpōſo negat creditori-
bus teneri ſi bona ſunt penes virum translata, &
negat conueniri poſſe maritum,quia text. loqui-
tur de creditoribus, ex actione perſonali quibus
non datur actio contra Tertium,& poſſunt a ma-
rito vti tertio totaliter repelli,nec loquitur de hy
pothecaria,quia eſſet textus ſuper re indubitabi-
li contra iuris regulas,& in omni caſu textus nū-
quā ſomniauit modū procedendi via exequutiua,
ſed ordinaria, quia dicit cōueniri poſſe,ſed nō eſt
ſubaudiendum via exequutiua, vbi ergo conſtat
quod poſſeſſio bonorū eſt penes maritum ceſſat
præſumptio huius textus.

Item ſi vere poſſeſſio eſt penes maritum,etiam
21 † facta reſeruatione expreſſa per vxorem eris a-
lienis conſequēs erit quo maritus creditores mu-
lieris,non excludat, quia oneribus conſentijt cō-
ſentiendo reſeruationi eris alieni, ſicut quando
non exprimitur es alienum cenſetur in dotatione
vniuerſali reſeruatū, & dotatum quod ſuper eſt,
ſed non ex hoc dabitur exequutio contra mari-
tum de qua loquitur Ritus, quia non ex hoc in-
ſurgit obligatio mariti præſens,& expreſſa à Ritu
requiſita quicquid *ex Ber. Bene perpenſo conſ.*41.
*num.*9.10.*libr.*1.*ſenſerit Caſtil. dec.*97.*num.*11.*l.*1.

22 In fortiori caſu hinc dicendū videtur,quod † licet
bona eſſent dotata cū expreſſo onere,& accolla-
ctione,ſi maritus expreſſe non ſe obligat ad ſolu
tionē onerū creditoribus pręſentibus,vel abſenti-
bus cū ſtipulatione, Notarij nullatenus cogi poſ-
ſet via exequutiua,ſed tantū via ordinaria, quod
ex

ex iuris communis diſpoſitione ac Ritus forma eſt innegabile, ex text.in l.2. ibi quamuis enim ea lege emerit.C.de hæreditat.vel action.vendit.Crauet. conſ.12.num.6.Franch.dec.273.Gratian. diſceptat. 49 num.10.Bal. in Pragmatica de cenſibus q.1.nu. 12.Stracca de decoctor.p.1.num.9.Cancer. variar. reſolut.libr.3.c.1.de action.& obligat.n. 29.ſequen. & cap.7.de pactis n.259.264. Franciſc.Marc. dec. 615.p.1. Barzi dec.26.Giurb.dec.62.numer.24.27. 31.ſeq.Maſcard.de probat.cõcl. 280.n.2.Guid.Papa dec.272. Foller.de cenſibus gloſ.huiuſmodi n.87.Bolognet. conſ.12.& 32.Tiraquel.de retract. lignager. §.1.Gloſ.14.num. 116. Bald.conſ.305.libr.3. Soce. conſ.276.lib.2.

23 Tanto minus dubitari poterit † in caſu quo vxor dotat bona franca, & libera ab omni onere obligatione hypotheca, & cætera, nam in claris ceſsãt coniecturæ quia tunc nõ poteſt præſumi aliquid reſeruatum ratione æris alieni vbi ex pacto expreſse ex alienũ excluditur quo ad mẽtem contrahentium, & ſic ceſsat dicta iuris interpretatio Caſtil.deciſ.97.n.12.

24 Pro Ære alieno † tamen ab vxore contracto poſt matrimonium, & dotis cõſtitutionem abſq. mariti interuentu, contra virum non fit exequutio in bonis dotalibus niſi in caſibus exceptis per Gloſa magnam in l. quinque legibus.in fine ff. de bon.damnator Guid.Pap.dec.447.Capic.dec.128.n. 2.vbi dicit ita intelligi Gloſam prædictam Cartar. dec.34.num.2.5.6.9.Bellacom.commun.opinion.lib. 7.tit. 15.de exequut. rei iudicat.num. 56.Petr. Rauen. ſingul.163.facit l.Titia 62.in fine ff.de iure dotium Caſtil.deciſ.97.n.1. 4. Anton. Faber. C.ne vxor pro marito lib.4.titul.8.deſin.1.& de iure dotium l. 5.tit.7.definition 6.& in allegatis numer.1.Vincen. de Franch.dec.636.num.2.3.lib.4. Peregrin. de iure fiſci libr.5.tit.1.n.118. Surd.de aliment.tit.8. priuileg. 65.num.14.15.Ricc.Collectan. 386. Barboſ. in leg 1. par.1.num.38.ff. ſolut. matrim. Trentacinq. variar. reſol.lib.2.tit.de arbitr. reſol.2.ſub nu. 17.

25 Sed quid † pro debito communi viri, & vxoris Bald.in l.ob maritorũ in fin.C.ne vxor pro marito,& Salic.n.5.Capic.dec.128.n.3. Cartar.dec.34. n.3.4. 6.Bal.Nouel.de dote p.7.priuil.18. Aſin.in praxi.§. 31.limit.43.n.1.2.Caſtill.dec.97.ſub n.9.Gama dec. 200.ſub n.1. Amat.dec.86.n.5.Paleot.de dote n.4. Boſches de nuptijs lib.6.n.31.tom.9.tractat.Intrigl. ſingul.89. num 96.lib.3.

SVMMARIVM.

1 Tutela finitur legitima excuſatione.

2 Excuſatio per tutorem propoſita, ex falſa, vel in legitima cauſa ei non prodeſt nec liberata periculo adminiſtrationis tutelæ.

3 Miles excuſatur à tutela, ita vt nec volens admittatur, & n.12.

4 Milites noſtri temporis vtuntur priuilegijs antiquæ militiæ.

5 Excuſationis tutelæ cauſa affectata non excuſat tutorem.

6 Impedimentum Præuentio ignorantia, abſentia officium, titulus ebrietas præceptum ſuperioris, clericatus, vel paupertas affectata non proſunt.

7 Euictio affectata per emptorem non nocet venditori.

8 Fideiuſſor de repræſentando, non excuſatur ſi affectauerit præſentandum ab alio carcerari, vel impediri.

9 Affectata proſunt, quando cauſa eſt vera.

10 Excuſationis cauſa oppoſita, & ſuperueniens poſt ſuſceptam tutelam non excuſat.

11 Militia excuſat à tutela etiam ſuſcepta, & nu. 12. 13.14.15.

12 Militia prorſus tollit onus tutelæ.

13 Primipilus excuſatur a tutela etiam ſuſcepta Primipilus quis ſit.

14 Abſens cauſa reipublicæ excuſatur à tutela etiam ſuſcepta.

15 Miles dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ.

16 Clericus excuſatur a tutela iam ſuſcepta per clericatum ſuperuenientem.

17 Mutus, Surdus, vel furioſus excuſantur, a tutela etiam ſuſcepta.

18 Infirmus per ſuperueniente infirmitatem excuſatur à tutela iam ſuſcepta.

19 Tutor legitime excuſatus, an teneatur petere tutorem pupillo, alias à periculo adminiſtrationis tutelæ non liberetur, & n.20.21.22.23.24.25.26. 27.& 28.

21 Dictio qualitercumque, omnes caſus comprehendit.

22 Tutor debet per Magiſtratum dari pupillo tutore excuſato, & Iudicis eſt onus.

23 Mater ſi adſit tenetur petere alium tutorem filio pupillo loco tutoris excuſati.

24 Intellectus ad lege tutores §.curator ff. de admin. tutor. & n.26.27.28.31.

25 Doctor, qui duas poſuit opiniones, in dubio cenſetur concurrere cum ſecunda, & vltima.

29 Inculpa dicitur, qui ſe imiſcuit rei ad ſe non pertinenti.

30 Tutor, qui ſe pro tutore geſſerat errore comperto tenetur cerciorare coniunctos pupilli, vt tutorem petant.

32 Mater & auia debent petere tutorem pupillo alias ei non ſuccedunt.

33 Tutor, qui pro tempore eſt abſuturus cauſa Reipublicæ tenetur interim petere pupillus curatorem.

ARGVMENTVM.

Tutor, qui ex legitima cauſa ab adminiſtratione tutelæ, ſe excuſauerit, an teneatur petere, quod de alio tutore pupillo prouideatur, vt tutelæ euitet periculum.

RESOLVTIO XXXXVI.

DVo in hoc videntur inter ſe pugnare, iura nempè textus in l.Tutores §.curator verſ.qui ſe ff.de adminiſtrat. tutor. & in lege qui qualitercumque ff.qui petant, tutor. quæ quaſi indiſsolubilem videntur continere

antinomiam,nam.vtraquè lex videtur caſum ter-
minare,ſed cum contrarietate, In facti tamen cō-
tingentia ab impetitione facta per Barbaram de
aſſenſo ſuper reditione computi tutelæ fuerunt
Franciſcus,& Alexander de aſſenſo abſoluti per
Tribunal Conſiſtorij.Die xxi. Ottobris 1617.re-
uocando ſententiam Magnæ Regiæ Curiæ , quæ
ſententia Tribunalis conſiſtorij fuit in hoc inde
confirmatam per Magnam Regiam Curiam ſe-
dis Criminalis , & cauſarum delegatarum de
menſe Maij 1618. iuxta quam fuit inde exequu-
tum,

Excipiebant Franciſcus,& Alexander tutores,
1 quod † eorum tutela ſuerat, legitima excuſatio-
ne finita *ex §.deſinunt,Inſtit. quibus modis tutel. fi-
neat.*fuit enim excuſatio propoſita ex iuſta , & le-
2 gitimacauſa,(nō† autē ex falſa cauſa,vel in legiti-
ma, quæ tutoribus ſe excuſantibus prodeſse non
ſolet, nec eos liberat ab adminiſtratione, & peri-
culo tutelæ , cū ſit nulla ne tutores ex ſua impro-
bitate commodum cōſequantur. *§. ſi quis autem
Inſtit.de excuſat.tutor.leg.1.C.ſi tutor. vel curator,
Montan, de tutel.cap.35.de excuſation.tutor. regul.
4.nu.1.& ſeq.fol.165.Vegius conſ.38.num.14. Ro-
3 man.conſ.235.Mandel.conſ.580.vol.3.)* Nēpe† eo-
rum excuſatio proceſserat ex cauſa de maiori-
bus quæ in iure dentur ad tutores excuſandos à
tutelarū munere,cum fuerint poſt ſuſceptam tu-
telam per Tribunal Regij Patrimonij electi mili-
tes æqueſtres pro noua Regni Militia, qui vti ta-
les excuſantur à tutela,ne dum de iure Regni ex
particularibus militaribus inſtructionibus,ſed e-
tiam de iure communi, ita vt etiam volentes mi-
lites non admittantur ad tutelam,nè à Militari ,
& Regio ſeruitio retrahātur inuigilando pupilla-
ribus negocijs,*ad teſtum in § idem eſt in milite In-
ſtit. de excuſ.tutor.& in leg.militia.C.qui dari tutor.
poſſ. Mont. de tutel. c.35.n.184.Mol. de iuſt. & iure
diſp.221.n.15.tom.1.Maſtril.dec. 76.nu.7. verſ.ſed
4 bis,& nu.31.vol.1.*Quod † non dubitamus proce-
dere etiam in militibus noſtri temporis ,*ſecundū
Doctores in l. centurio ff. de vulg.& pupill. Alex. n.
23.Soccin.Sen.num.2. Alciat. num. 6,Iaſon.nu.19.
Ripa num.10. Galiaul.n.7.Soccin.Iun. nu. 77. Bolo-
gneit. num. 30.& ſeq.& num.32.verſ.ſecundus ca-
ſus eſt Aldobrandin.in §. Item inſtitut. de excuſat.
tutor.num.27.Theſaur.dec.111.n.5. Viu. deciſion.
491.num.1. Alexandr Tentacinq.de ſubſtitut. p.4.
cap. 8.num.6.verſic.ſecundus caſus eſt Oddo Sforz.in
tractat.de compendioſa par.5.in 3.præmiſſo n.21.&
de reſtit.qu.6. art.6.n.18.Manuca de coniectur. vl-
timar.volunt.lib.6.tit.1.poſt nu.2.Aufrer. ad Cap-
pel.Tholoſan.dec.141.Maſtr.dicta dec.76. num. 9.
Bero.conſ.124.nu.13. Mauric. de reſtitut. in integr.
cap.334. Boſſi.de indic.ad tortur. nu. 108. Roman.
conſ.506.num.3. Alciat.conſ.331.ſeu conſ. 311.n.
2.Gratian, diſcept. 186.lib.1.Gabr.conſ.100. nu. 2.
vol.1.Ponte de poteſta.Proreg.in tit.de aſſenſ.Regi.
§.7.num.11.Caſtil.dec.105.num.12.13.lib.1. Hon-
ded. conſ.83.n.96.& ſeq.volum. 1.Brun.de ceſſion.
bonor.in 4.p.principal.qu.11.n. 2. Belluga in ſpecul.
Princip.rubr. 20.§.quia poſt Eccleſiam per tot. Fa-
rin.conſ.95.num.1. & ſeq. Bonadill. in ſua Pollitica
libr.4.cap.1.n.14.Ronit.in Pragmatic.1.de Militib.
n.3.& in nouiſſima eddition. ſuper eadem Pragmat.
num.6.*

Et licet ex parte actricis primo loco replica-
5 retur † quod dicta excuſatio fuerit per prædictos
tutores affectata , & procurata , & tamquam
affectata non teleuaret eis , nec à periculo ad-
miniſtrationis tutelę liberaret. *§. Item tria one-
ra vbi Aldobrand.n.9.& ſeq.Inſtit.de excuſ. tutor.
Guttier, de tutel.p.1.cap.21.num.8. Graſſ. de effect.
6 Clericat.effect. 16.nu.13.*Vt de† impedimento do-
lo affectato,præuentiore ignorantia,abſentia,of-
ficio,titulo,ebrietate,præcepto ſuperioris,Cleri-
catu,lite,vel paupertate dixerunt.*Becc.conſ.69.n.
7.8.conſ.104.n.5.6.in fine Farin.q.7.nu.64.q. 93.
num. 21.q.94.n. 40 & ſequen.& quæſt.99.p.2.nu.
296. Surd. conſ. 32.num.3.conſ.251.num.2. conſ.
299.n.6.conſ.371.num.97.98.conſ. 377. num. 48.
dec.203.num.15.& de alimēt.tit.7.q.16.num. 97.
98.99.100.& ſeq.Peruſin.dec.36.num. 3. Maſcar.
de probat.concluſ.6.num 3. Viui dec. 139. num. 1.
& ſeq.Decian.conſ.18.num.266.l. 1. Craſſ.de effect.
clericat. effect. 16.nu.12.Barzi.dec. 130. num. 48.
Sforz. de reſtitut.in integr.q.27. art. 1.2.3. & ſeq.
Cancer.var.reſol.libr. 3.cap.2. de inuentario.nu.29.
30.Menoc.de arbit.caſu.182.nu. 35.& ſeq.Coſta de
iuris,& facti ignoran.inſpection. 20.num. 3. fol. 42.
Serafin.de iuram priuil.4.nu.102.cum ſeq.Gabr.cōſ.
7 45.num.18.21. volum.1.*Idem dicimus † de eui-
ctione affectata per emptorem , quæ non obligat
venditorem *Surd.conſ.32.num.5.& ſeq.per tot. Ca-
ballin.de euiction.§ 2.nu.9.& ſeq. Serafin. de iuram.
priuil.4.num.108.& priuil.49.nu.49.& n.51.*dicit.
8 Ideo † non excuſari fideiuſſorem de repreſentan -
do ſi dolo procurauerit preſentādum ab alio car-
cerati,vel impediri.

Tamen non ſufficienter , & concludenter fuit
per actricē probata doloſa affectatio excuſatio-
nis,& militiæ,imo ad excludendam affectationē,
& dolum multa vrgentiſſima concurrebant in
9 facto pro dictis tutoribus. Et tamen† quia cauſa
excuſationis fuit vera , & de iure ſuſſiſtens , & ad
militiā coacti fuerint tutores,perperā opponeba-
tur de affectatione *Marc.dec.506.Rum.cōſ.213. n.
10.11 libr.1.Cranet. conſ.710.num.5.& n. 19.lib.
4.Simon de Pretis conſ.120.num.63.Honded. conſ.
41.lib.2.Roderic. de ann.redit.li.1.quæſt.18.col.fin.
Peregrin. de fideicommiſſ.articol.45.num.29.47.&
num 96.*

10 Secundo opponebatur ex parte actricis† excu-
ſationem prædictam tutoribus non prodeſſe ,
tamquam oppoſitam,& ſuperuenietem poſt ſu-
ſceptam tutelam , & iam inceptam adminiſtra-
tionem , *ad text. in leg. propter Magiſtratum, &
l.adminiſtrantes ff.de excuſa.tutor.leg.2. vbi Gloſa
in verbo manifeſtum. Cod.ſi tutor.vel curator. falſ.
allegat. Montan. de tutel.cap.35. regul. 1. num. 38.
& 40.leg. non tantum §. vacare ff. de excuſ. tutor.
Ioan. Faber. Angel. & Platea in §. Diuus Marcus
Inſtitut.de excuſ.tutor Machel.patrocin.3.num.9.10.
Maſtril. deciſ.76.n.7.Caualc.de tutor. n.193. Docto-
res in l. 1. ff.de admin.tutor.Curt. Iun.conſ.29.n.6.
Tiagia de tutore q.10.*

11 Quod pariter fuit reiectum † nè dum ex in-
ſtructionibus militaribus , & ſtatuto in Regno ,
quo

quo milites à tutela etiam ſuſcepta excuſantur
nam ſtatutum prædictum generaliter loquitur,
& indiſtinctè, & ità generaliter, & indiſtinctè
procedit, & fuiſſe deciſum teſtatur *Maſtrill. deciſ.*
76. ex dicto ſtatuto, ſed etiam de iure communi
milites excuſantur, etiam à tutela iam ſuſcepta.
Maſtrill. dicto loco l. milites, vbi Doctores C. qui dari
tutor poſſ. Craſſ. de effect. Clericat. effect. 16. num. 9.
poſt Montan. 1. & Caroc. per eum relatos.

12 Fundatur vlterius primò dicta opinio, † quia
Militia prorſus tollit onus tutelæ, nam nec volens
miles ad tutelam eſt admittendus, quidquid ſit in
alijs excuſationum cauſis, *§. idem in milite, Inſtit.*
de excuſ. tutor. ergo ſi prorſus tollit onus tutelæ,
quis rectè dubitabit, quin etiam à ſuſcepta ex-
cuſet militia, cum verba ſint ipſo iure operan-
tia.

Secundò, *per textum in l. non ſolum, §. qui Pri-*
13 *mipilum, ff. de excuſat. tutor.* † vbi quod Primipi-
lus excuſatur etiam à tutela, iam ſuſcepta, & Pri-
mipilus eſt belli Capitaneus de primis, ſecundum
Calepinum, Titum Liuium, Sabellicum, & alios au-
ctores, & Hiſtoricos, quos affert *Camillus de la*
Ratba conſ. 80. n. 9. 10. & ſeq. & latius per *Munoz.*
de Eſcobar. de ratiocin. admin. c. 39. n. 10. ergo mi-
les non eſt dubium, quod etiam à ſuſcepta tutela
excuſetur.

14 Tertiò, † nam qui cauſa Reipublicæ abeſt, ex-
cuſatur etiam à tutela ſuſcepta, *§. qui Reipublicæ,*
Inſti. de excuſ. tutor. l. in omnem, ff. de tutor. & curat.
dat. ab ijs, Montan. de tutel. de excuſat. cap. 35. n. 88.
& num. 96. Goffred. in annotat. ad l. 2. C. ſi tut. vel
curat. falſ. allegat. expreſsè ſentit Io. de Platea in §.
Item Diuus, ſub n. 8. verſ. ſed à tutelis, Inſtit. de ex-
cuſat. tutor. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 21. ſub n. 5.
Carol. Camuſius de excuſ. tutor. tit. de abſent. in princ.
15 *num. 7. & fol. 79. n. 8.* & iam de iure † miles dici-
tur cauſa reipublicæ abeſſe, ergo, & à ſuſcepta
excuſatur, *l. milites, & l. qui mittuntur, & l. penult.*
ff. ex quibus cauſ. maior. Montan. dicto loco nu. 184.
l. non ſolum, ff. de excuſ. tutor. Carolus Camuſius de
excuſ. tutor d. tit. de abſen. n. 10.

16 Eodemque modo dicimus, † Clericatum ſu-
peruenientem excuſare à tutela iam ſuſcepta,
cap. 1. iuxta Gloſa de obligat. ad ratiocin. Io. Pelſ. in
tract. proceſſ. iudiciar. tit. de tutor. & curat. tit. 5. n. 9.
fol. 85. Mancin. de tutel. quæſt. 7. princ. n. 28. fol. 58.
Caualcan. dec. 19. num. 15. Carroc. deciſ. 17. n. 20. per
Craſſ. de effect. clericat. effect. 16. n. 7. Montan. de tu-
17 *tel. cap. 35. nu. 199.* Similiter † in Muto, Ceco, Sur-
do, vel furioſo, qui à ſuſcepta quoque tutela ex-
cuſantur, *l. poſt ſuſceptam, ff. de excuſ. tutor. l. vnica,*
C. qui morb. ſe excuſ. Socein. Iun. conſ. 25. lib. 2. Mon-
tan. de tutel. cap. 35. num. 153.

18 Idemque eſt in eo, † cui ſuperuenit infirmitas,
qui excuſatur à tutela, quamprius adminiſtrare
inceperat, *l. non tantum, & l. poſt ſuſceptam, ff. de ex-*
cuſ. tutor. l. 2. §. his illud, C. quando mul. tutel. offic.
fung. poſſ. l. non ſolum, §. fin. ff. de excuſ. tut. & tot. tit.
C. qui morb. ſe excuſ. Aldobrand. in §. Item propter,
num. 1. Inſtit. de excuſ. tut. Montan. de tutel. cap. 35.
regul. 1. n. 152. Craſſ. de effect. Clericat. effect. 16. n. 8.
Magon. dec. 43. n. 6. in Florentin.

Denique dicebatur per Barbaram actricem,
19 quod ſaltem poſt † excuſationem prædictam à
tutela ex cauſa militiæ prædictæ tenebantur dicti
tutores petere quod alius decerneretur tutor nè
pupilli remanerent tutoris auxilio deſtituti, alias
à periculo adminiſtrationis tutelæ non cenſentur
liberati, *per textum in l. tutores, §. Curator, verſ. qui*
ſe, ff. de admin. tut. Corn. conſ. 132. nu. 11. lib. 2. Gut-
tier. de tutel. cap. 16. num. 40. 41. 42. & ſeq. par. 1.
Bim. conſ. 238. n. 69. 70. lib. 3.

Et vere ab iſto capite pendebat principalis
20 cauſæ reſolutio, ſed † in contrarium eſt indiui-
dualis textus in *l. qui qualitercumque, ff. qui petan.*
tutor. cuius ſunt verba: *Qui qualitercumque dimiſſi*
ſunt per excuſationem à tutela neceſſe non habent pe-
tere pupillis tutorem, vt ait Seueri. & Antonini con-
ſtituto; Idem ſentit clarè *Bart. in l. 2. n. 3. ff. eod.* vbi
dicit, quod currit annus matri, & ſucceſſoribus ab
inteſtato pupilli ad petendum tutelam à die, quo
tutor ſe excuſauit, ergo onus non eſt tutoris, *Gut-*
tier. de tutel. cap. 16. num. 42. verſ. vnde. Tanto ma-
21 gis † quia textus loquitur per verbum qualiter-
cumque, quod eſt ampliſſimum, & omnes caſus
comprehendens *Crauett. conſ. 88. num. 10. Bertaz.*
de clauſul. cap. 21. n. 1. Volpell. de propoſit. in verbo
qualitercumque, Dec. conſ. 599. n. 3. Gozadin. conſil.
14. n. 22. Menoch. conſ. 335. nu. 22. lib. 4. Barboſa de
dictionibus, dictione 252. Cephal. conſ. 121. num. 1.
conſ. 451. num. 220. Muta deciſ. 3. n. 12. Ioſeph. Lu-
douic. deciſ. 21. Peruſin. n. 8. Surd. conſ. 445. num. 3.
lib. 3. conſ. 103. n. 9. lib. 1. Caualcan. dec. 19 num. 85.
lib. 3. Milan. deciſ. 12. n. 17. 25. 26. 27. 38. lib. 2. Ge-
nuenſ. in prax Archiepiſcop. Neapol. cap. 120. Mol-
feſ. ſuper conſuetud. Neap. tom. 1. par. 4. de renunciat.
quæſt. 14. n. 15. 16. Grat. dec. 51. n. 25. 26. Maſtrill.
dec. 238. n. 98. lib. 3. Et *Cuiacius in dicta l. qui quali-*
tercumque indiſtinctè probat, quod qualitercũque
tutores excuſentur, non tenentur alios petere, &
22 ratio manifeſta eſt, quia † per alias leges hoc
onus petendi, & dandi tutorem tribuitur Magi-
ſtratui, & Iudici, quãdo tutor per legitimam ex-
cuſationem tutelam dimiſerit, *per text. in l. 1. §.*
magiſtratui, ff. de magiſtrat. conueniend. l. 2. §. ſi ma-
ter, ff. ad Tertullian. l. ius dandi, ff. de tutor. & curat.
Bart. expreſſe in l. 4. §. hæc autem, ff. de damno infecto
23 *Montan. de tutel. tit. de ſatiſdat. n. 53.* Vel ſi † adeſt
mater ipſa tenetur petere tutorem in loco tuto-
ris excuſati, vt erat Barbara actrix *per textum in*
l. 2. §. ſi mater, ff. ad Tertull. l. credendum & l. diuus,
ff. qui petant tutor. & in matre loquuntur *Corn. cõſ.*
132. num. 11. lib. 2. & Guttier. de tutel. cap. 16. num.
42. Onus igitur petendi tutorem, cum detur
magiſtratui, vel matri non datur tutori ſe excu-
ſanti.

24 Non obſtat textus † *in l. tutores, § curator, verſ.*
qui ſe, ff. de adminiſt. tutor. vbi habetur quod tutor
non ritè datus, ſi ſe in negotijs pupilli immiſcuit,
debet à Prætore tutorem petere, nè forte ſi rem
cœptam deſerverit fraudis, vel culpæ cauſa, con-
demnetur. Nam *Gloſa ibi in verbo culpæ,* dicit hoc
procedere, ſiue alius erat geſſurus omnia, vel ſi
non certiorauerit neceſſarios pupilli, & allegat
textum in *l. 1. §. fin. ff. de eo qui pro tutor.* vbi in tex-
tu dicitur, *Sed ſi cognito, quod tutor non abſtinuiſſet*
ab adminiſtratione videamus, an teneatur ſi neceſ-
ſarios

Digitized by Google

ſarios pupilli non certiorauerit, vt ei tutorem petat, quod verius eſt, vbi *Gloſa* dicit, ergo ſi certiorauerit non tenetur, & *Gloſa in d. l. qui qualitercumque* ſumpto argumento ex *dicto* §. *curator*, quod vbi tutor ſe immiſcuit tenetur petere tuturem, ſi deſerat tutelam, ſoluit, ibi *Gloſa* duobus modis. Primo ibi geſſit (ſi licet in dicto §. *Curator*) hic non, ſecundo ſoluit ibi non erat tutor, ſed pro tutore ſe geſſit (ſcilicet in dicto §. *Curator.*) Hic erat, ſed excuſationem habebat, & qui contrarium dicebant, ſumebant argumentum ex dicta prima ſolutione, *Gloſæ in d. l. qui qualitercumque*, & *ex dicto* §. *Curator* dicendo, quod quoties tutor ſe in geſſit, & adminiſtrauit, ſi ſe abſtinuit ab adminiſtratione tutelæ, tenetur tutorem petere, vt in *d.* §. *Curator.*

Vnde reſpondetur Primo; quod *Gloſa in dicta l. qui qualitercumque* non reſidet in illa prima ſolutione, ex qua ſumitur ex aduerſo fundamentum, ſed tranſit ad ſecundam ſolutionem diuerſam à prima, & ideo prima cenſetur reuocata, quia poſteriora derugant prima, quando ea ſunt diuerſa, & incompatibilia cum primis, *ad text. in l. pacta nouiſſima, C. de pactis.* Item præſumitur dicta *Gloſ.*
25 magis reſidere cum ſecunda ſolutione, quia † Doctor duas ponens opiniones dicitur in dubio reſidere potius cum ſecunda, & vltima in ordine, *Bartol. in l. bona fides, ff. depoſiti, Oſaſc. dec. 8. num. 6. Franc. deciſ. 221. Surd. conſ. 269. n. 32.* ergo à prima ſolutione in qua Gloſa nun reſidet, non poteſt rectè ſumi fundamentum contrarium.

Secundo reſpondetur, quod tanto magis ſtandum eſt ſecundæ ſolutioni Gloſæ, & non primæ (ſcilicet quod *in dicto* §. *curator* non erat tutor in *dicta l. qui qualitercumque* erat tutor, ſed excuſationem habebat.) Nam ſecunda ſolutio eſt comprobata *ex alia Gloſa in leg. ſancimus la ſeconda*, §. *perſonis, verſ. ſua ſubſtantia, C. de adminiſt. tutor.*

Tertio ſtandum eſt ſecundæ ſolutioni Gloſæ, quia eſt conformis text. in *d. l. qui qualitercumque.*

26 Quarto comprobatur † ſecunda ſolutio Gloſę ex *Bartoli auctoritate in dicto* §. *curator num.* 2. qui ponendo exemplum quando tutor teneatur petere tuturem, ponit in tutore erroneo, *vt in dicto* §. *curator*, & in eo tutore qui ſe ex errore immiſcuit, & dicit quod de facto habuit, non autem in tutore legitimo à principio, cui iuſta ſuperuenit excuſationis cauſa, *iux. tex. in d. l. qui qualitercũq.*

Quinto non obſtat Prima ſolutio Gloſæ, nam
27 mouetur, † ex quo in *d.* §. *curator* tutor geſſit, ergo debet intelligi iuxta textum, quem allegat videlicet, provt eſt caſus *in d.* §. *curator*, ſi geſſit ex errore ſe immiſcendo, & ſic bene loquitur, quod non ita, ſi bene à principio, & valide tutor geſſit, licet poſtea excuſetur, vt in ſecunda ſolutione, quia tunc non procedit diſpoſitio *dicti* §. *Curator*, & nõ tenetur tutorem petere, ſed procedit diſpoſitio *dict. l. qui qualitercumque.*

28 Sexto reſpondetur, † quod eſt manifeſta ratio diuerſitatis inter diſpoſitionem *d.* §. *curator.* & dictam *l. qui qualitercumque*, quia quando tutor ſe excuſat iuxta dictam *l. qui qualitercumque*, dimittit tutelam auctoritate Iudicis, & Magiſtratus excuſantis, vnde Iudex tunc remanet certioratus, quod pupillus tutore caret merito Iudex iſto caſu cum ſit certioratus, & ad eius officium ſpectet, vt diximus, tenetur pupillum de tutore prouidere.

Quandu vero tutor non dimittit tutelam Iudicis auctoritate, veluti per legitimam propoſitam excuſationem, ſed propria auctoritate dimittit deſiſtẽdo à ſemetipſo ab adminiſtratione, ex quo cognoſcit reuera non eſſe tutorem, vt eſt caſus in *dicto* §. *curator*, & tunc, quia Iudex, vel coniuncti pupilli non ſunt certiorati, & ignorant, quod pupillus remanet ſine tutore, merito tenetur tutor, qui iſto modo deſiſtit, & deſijt vel petere à Prætore tutorem, vel neceſſarios, & coniunctos pupilli certiorare, vt ipſi petant, nam quando deſinit lege permittente, & author. Prætore, pœnam nõ meretur, nec tenetur poſt excuſationem ad periculum adminiſtrationis tutelæ. Sed quando pro-
29 pria † auctoritate ſe immiſcuit, cum non eſſet tutor, dicitur in culpa ſe immiſcendo rei ad ſe
30 non pertinenti, *l. culpa eſt, ff. de reg. iur.* Vnde † poſt ſuſceptam tutelam in dolo eſt, comperto errore immixtionis non petendo tutorem, & deſerendo pupillum auxilio deſtitutum, vel nõ vocatis coniunctis, eiſque certioratis, quod pupillo tutorem petant, *Montan. de tutel. cap.* 18. *n.* 25.

31 Septimo reſpondetur, † quod diſpoſitio textus *in dicto* §. *curator*, procedit tantum de conſilio, & non de neceſſitate, vt dicit *Gotofred. in dict. l. qui qualitercumque*, & clarum eſt, quod conſilium non inducit neceſſitatem, ſed eum inſequit volens.

Nec reſiſtit *Corn. conſ.* 132. *n.* 11. *lib.* 2. *& Guttier. de tutel. cap.* 16. *n* 41. 42. *& ſeq. par.* 1. quia iſti lo-
32 quuntur in matre, † quo ad effectum ſucceſſionis, vt ſcilicet pupillo ſuccedat, ſicut & auia tenentur petere tutorem cum effectu pupillo, & nõ aliter, & idem dixit *Marian. Soccin. conſ.* 16. *n.* 28. *Bal. conſ.* 489. *lib.* 5. *Montan. de tutel. cap.* 18 *n.* 13. 14. 15. *Surd. conſ.* 175. *n.* 8. *& deciſ.* 48. *Molfeſ. ſuper conſuet. Neapol. tom.* 1. *p.* 3. *de ſucceſſ. ex teſtamen. q.* 26. *n.* 2. *Grat. dec.* 177. *& diſcept.* 72. *vol.* 1.

Cęterum reſpondetur *Bimio conſ.* 234. *n.* 69. 70. *lib.* 3. qui mouetur *ex Aretino in* §. *Item qui publi-*
33 *cè, Inſtit. de excuſ. tutor.* loquente in tutore, † qui pro tempore erat abſuturus cauſa Reipublicè, & dicit, quod tunc tenetur interim petere pupillo curatorem, & ſic non obſtat, quia loquitur quando tutor eſt abſuturus cauſa Reipublicæ, & nunquando per legitimam excuſationem à tutela fuerit dimiſſus, prout in terminis propoſitis. Item non dicit, quod tenetur petere tuturem, ſed curatorem, item tunc tutor deſerit tutelam auctoritate propria, & non Magiſtratus decreto, ergo non militat.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Cambij, ſi ante earum ſolutionem fueriat deperditæ, an detur repetitio pecuniarum contra priorem campſorem ſcribentem, & n. ſeq.* 3. 4. 5.

2 *Litteras cambij ſi ſimulatè dixerit amiſiſſe campſarius, non repetit pecunias à mercatore, qui litteras cambij ſcripſerat.*

5 *Campſor loco deperditarum litterarum cambij tenetur eidem campſario alias literas ſcribere eiuſdem*

dem tĕnoris, limita. vt num. 8.

6 *Litterarum cambij non datur determinatus numerus, & vſus introduxit tres fieri, & quandoque ſolent vlterioris numeri fieri.*

7 *Litterarum cambij pluralitas non nocet ſcribenti, quia vna litera præſentata cæteræ remanent inefficaces.*

8 *Campſor loco deperditarum literarum cambij, non poteſt alias ſcribere, quando campſor, vel Mercator, cui dirigebantur literæ deperditæ, interim fuerit conditione mutatus, decoctus, vel domicilium mutaſſet.*

9 *Cambij contractus eſt nominatus, ſaltem de conſuetudine, & num. 17.*

Pœnitentia non datur in contractu cambij n. 9. 10.

10 *Pœnitentia non datur in contractu cambij, etiam in eius accidentalibus, & n. 9.*

11 *Cambij contractus quis contractus ſit, an mutuum, an permutatio, an emptio, & venditio, & num. 12. 14. 16.*

12 *Cambium ſatis differt à mutuo.*

13 *Cambij contractus an ſit innominatus, do vt des.*

14 *Cambium an ſit permutationis contractus.*

15 *Permutatio æquipollet venditioni, quando datur res æſtimata pro re æſtimata.*

16 *Cambium eſt contractus emptionis & venditionis pecuniarum.*

17 *Cambium ſemper reducitur ad contractum emptionis, & venditionis pecuniarum, ſiue dicamus, quod ſit permutatio, ſiue emptio.*

18 *Cambium dicitur factum in credito, & non importat ſolutionem factam, quando in literis dicitur per totidem cambiatis, ſecus ſi dicatur pro totidem ſolutis, vel pro valuta habita.*

19 *Pœnitentia fortiùs non datur in cambio, quando literæ fuiſſent acceptatæ.*

20 *Literis cambij acceptatis per acceptantem non poteſt recuſari earum ſolutio, quamuis is, qui ſcripſerat, decoxerit.*

Quid ſi ſcribens litteras tempore acceptationis erat decoctus, vide n. 21. 22. 23.

22 *Decoctor propter ruptam fidem habetur pro mortuo, & ei prohibetur commercium tamquam infami.*

23 *Soluere alius poteſt pro decocto.*

24 *Literas cambij acceptans, ſi poſt acceptationem mercator, qui ſcripſit literas, moriatur, an acceptans ſit liberatus.*

25 *Literis cambij acceptatis, ſi acceptans inde decoxerit, an periculum earum ſpectet creditori cambij, ita vt ſcribens ſit liberatus, vel non, & num. 26. 27. & ſeq. & n. 33. 34. 35.*

26 *Delegatio, & nouatio dicitur facta acceptata apodixa, ſeu litera cambij, vel partita per mercatorem, vel campſorem.*

Quid de mercatore, vel campſore de proximo decocturo, num. 28.

27 *Delegatio eſt debiti ſolutio, & debitorem liberat.*

29 *Delegatio non fit, quando delegatus non eſt debitor, contrarium num. 30.*

Declara, num. 31. 32.

35 *Literas cambij acceptans tenetur ad earum ſolutionem, tamquam fideiuſſor, & ſcribens vti principalis.*

36 *Literarum cambij forma quæ ſit, ex quibus probetur campſorem correſpondentem eſſe debitorem ſcribentis, vel non.*

37 *Literarum cambij acceptatio qualiter fiat tempore nūdinarum per lineam ex tranſuerſo ſuper literis.*

38 *Literarum cambij acceptatio expreſsè facta dicitur, quando mercator propria ſua manu appoſuit acceptatam ſuper literis, vel per publicum inſtrumentum promiſerit ſoluere.*

39 *Literarum cambij acceptatio probari poteſt per teſtes, licet literæ penes præſentantem remanſerint.*

40 *Literarum cambij acceptatio dicitur tacitè facta per mercatorem, quando penes ſe retinet literas: Quæ retentio literarum etiam teſtibus probari poteſt.*

41 *Literarum cambij acceptatio non dicitur facta, ſi per mercatorem fuerint receptæ literæ de auiſo.*

42 *Literas cambij cum proteſtatione acceptans non tenetur ad earum ſolutionem.*

ARGVMENTVM.

Litteræ cambij, ſi ante pecuniarum exactionem ammittantur, an ſit locus repetitioni à priori nummulario, & mercatore, qui ſcripſerat, & an detur pœnitentia in contractu cambij, & litteræ acceptatæ cuius periculo ſtent decocto mercatore, ſcribente, & quid decocto litteras acceptante poſt acceptationem an ſcribens liberetur, & quando dicantur acceptatæ,

RESOLVTIO XXXXVII.

VAriæ fuerunt Doctorum ſententiæ circa reſolutionem propoſitæ controuerſiæ; Nam alij in eam aſſentie-
1 runt opinionem, † vt ammiſſis litteris cambij ante ſequutam earum ſolutionem, vel acceptationem, liceret, creditori cambij petere ſibi pecunias reſtitui per campſorem; qui literas ſcripſerat, dummodo per publicum inſtrumentum ſcribentem a literis liberet, creditor cambij, & caueatur, ſcribenti de eius indemnitate in caſu, quo literæ reperirentur, etiā per alium, & pecuniæ earum vigore exburſarentur ab eo mercatore, cui literæ deperditæ dirigebantur, *Bal. in l. inſtrumenta in fine, C. de fideicomm. vbi Iaſon. & in l. huiuſmodi 86. §. ſi ita, ff. delegat. 1. num. 12. verſ. ſecundo idem, Iaſon. in l. admonendi ſub num. 153. verſ. quid autem ſi depoſui, ff. de iureiurand. in 2. repetit. Io. de Anania in cap. nauiganti ſub num. 46. de vſur. Benintend. deciſ. 58. in princip. Burſ. conſ. 39. n. 12. lib. 1. Cotta in Memoral. in verbo Mercator fecit mihi literas, Gail. lib. 2. obſerv. 37. n. 8 Maranta in ſpeculo par. 6. actu. 6. n. 48. verſ. vlterius quæro, Scac. de commer. & cābijs §. 2. Gloſ. 5. n. 348. 349. fol. 573. & prius num. 344. verſ. Primo ex eo, Intrigl. ſing. 70. lib. 2. & ſingul. 228. lib. 1. Gama deciſ.*

*ciſ.336.num.1. Maſcar. de probat. concl.630 nu.8.
lib.2. & concl.989.num.3. Pacian.de probat.concl.
63.n.139. lib. 1. Philipp. Paſchal. de viribus patr.
poteſt.par.1.cap.8.n.74.75. Vincen.de Franc.deciſ.*
498. qui dicit,quod cum eſſet Commiſſarius Ge-
neralis Sacri Montis Pietatis, & Bancorum Ra-
uaſcheriorum, & aliorum in Ciuitate Neapolis,
ſemper prouidit, quod nummularij ſoluerent fa-
ctis cautelis de recepto, & liberato debitore, &
aliquando,quod cautio præſtaretur banco,quod
pro hac cauſa non moleſtaretur, & quod in dorſo
libri, vbi notantur depoſita, notaretur decretum
prædictum,& ipſius tenor deſcriberetur, vt quan-
do reperiretur originalis nummularij non mo-
leſtarentur.

2 Quam concluſionem declarant † non proce-
dere, quando is, qui pecuniam cambiauerit, &
apodixas,ſeu literas receperit, ſimulatè aſſereret
ſe literas cambij amiſiſſe, vt à contractu cambij
recederet,nàm eo caſu non liceret pecuniam re-
petere, ſed omninò teneretur ſeruare cambium,
& literas præſentare illi Mercatori cui cambij
ſolutio erat ordinata, cum in huiuſmodi contra-
ctu cambij non detur pœnitentia, vt latiùs infra
dicam, *ita Petr.Beuintend.deciſ.58.Philipp.Paſcal.
de viribus patr.poteſt.p.1.c.8.n.75.*

3 Alij in eam fuerunt ſententiam, † & quidem
de iure veriorem, quod vtique eo caſu ammiſſis
literis cambij, ſi campſor qui literas ſcripſerat,
conſentiat diſtractui,& reuocationi cambij, tunc
procedunt dicta per Doctores pro præcedenti
opinione allegatos,deliberatione, & indemnita-
te fienda cum opportuna campſoris indemnita-
te,cautela, & ſecuritate: Imò iſto caſu creditor
cambij, qui ammiſit literas, tenetur expectare,
quovſque mercator, cui literæ erant directæ, cer-
tioretur de cambij reuocatione, & de ammiſſio-
ne literarum cambij,ita vt ſi ad eum deferrentur,
eas non ſolueret,quo certiorato, habitoq; reſpō-
ſo,campſor poterit reſtituere pecunias facta ſi-
bi liberatione in forma Authentica, & cautione
præſtita,iuxta dicta per *Francum dicta deciſ.498.*
cum alijs ſupra adductis, *vt dixit Scaccia de com-
merc. & cambijs §.2.Glo.5.n.354.*

4 Si verò campſor, † qui ſcripſit literas cambij
inde deperditas, ante earum ſolutionem, vel ac-
ceptationem non vult recedere à contractu cam-
bij, tunc non teneretur aliquo modo reſtituere
pecunias, aliàs ſequeretur,quod campſarius poſ-
ſet ſemper ſimulata literarū ammiſſione reſcin-
dere, ſeu diſtrahere contractum cambij campſo-
re inuito, qui in eum caſum non contraxerat, &
hoc in caſu decipiuntur Doctores ſupra allegati
pro contraria opinione, *ita Petr. Beuinten. deciſ.
58 in fin.* qui teſtatur vidiſſe Genuæ ſeruatum in-
ter Mercatores, *nouiſſimè Scaccia de commerc. &
cambijs §.2.Glo.5.n.3.351.352.*

5 Tantummodo eo caſu campſor, † qui literas
ſcripſit, teneretur loco deperditarum literarum
cambij alias literas ſcribere eidem campſario
eiuſdem tenoris, vt dixerunt *Beniuteud.& Scaccia*
6 *in locis proximè allegatis*, quia de iſtis † literis cā-
bij non datur determinatus numerus, & vſus in-
troduxit fieri tres literas, quæ vocantur *Prima,
Seconda, e Terza di cambio*; Et quandoque ſolent
fieri quatuor, vel quinque, licet omnes ſub vnica
verborum formalitate, & dicitur in omnibus li-
teris cambij prædictis *pagate vna volta ſola.* Quod
fuit introductum Primò, nè fides cambij iam
contracti periret, Secundò nè creditor ammiſſis,
ſeu interceptis primis, vel ſecundis literis coga-
tur ad campſorem iterum redire,qui alias faciat,
7 quæ † quidem pluralitas, literarum cambii debi-
tori campſori, vel Mercatori eas facienti non no-
cet, quia vnica litera ex dictis præſentata reliquæ
reſtant inefficaces, & nulle, cum debeat fieri ſo-
lutio ex earum forma ſemel tantum. Nec credi-
tori cambii, cui facienda eſt ſolutio, nocet: Imo
releuat ab onere probandi cambium, ſi primæ,
aut ſecundæ, deperderentur literæ, *Bal.conſ.348.
facta fuerunt ſub num.3. verſus finem, ibi prætérea
dicit lib.1. Scaccia de commerc. & cambijs §.1. q.5.
num.44.verſ.aduerte ſecundo,& num.73.74.& §.2.
Gloſ.6.per tot. Azor. de inſtit. moral. par.3. lib. 10.
tit. de cambijs quaſt.4.*

8 Licet hoc caſu veriſſima illa ſit † reſtrictio, vt
prædicta non procedant, quando campſor, vel
mercator, cui literæ dirigebantur ſoluendæ, in-
terim fuerit conditione mutatus, & effectus de-
terior, vel non idoneus vt antea,vel mutaſſet do-
micilium a loco, vbi primitus erat deſtinata ſolu-
tio literarum cambii deperditarū, quia iſto caſu
non eſſet in poteſtate campſoris, & prioris num-
mularij, qui literas primas ſcripſerat, nouas refi-
cere literas, *Coſta in Memorial. in verbo cambij li-
teras,& in verbo Mercator fecit.Beniutend.dicta de-
ciſ.58. in fin. Scaccia de commerc. & cambijs §. 2.
Gloſ.5.num.353.fol.574.*

Ratio, qua potiſſimè moti ſunt prædicti Docto-
9 res ſupradictam profitentes opinionem, ea eſt, †
quia verè contractus cambii eſt contractus no-
minatus, ita vt in eo non detur pœnitentia, ſeu
variatio, diſtractus aut receſſus à forma primæua
altera parte in vita, cùm ſit contractus celebra-
tus ad vtriuſq; contrahentis vtilitatem, ideo niſi
vtriuſque concurrat voluntas nō poteſt reſcindi,
vel diſtrahi, & de conſuetudine ſaltem eſt cōtra-
ctus nominatus, ideo quod ſemel placuit amplius
diſplicere non poteſt, *l.ſicut,ff.de action.& obligat.
Bald.conſ.348.facta fuerunt,num.1.lib.1.& num.2.
in fine,& num.3. de magis communi tradit Salon. de
iuſt.iure & contract. lib.2.tit.de cambijs q.t.n.4. in
fine, Ioan. Baptiſt.Cauat. tract. de cambijs tit. de ſo-
lutione in loco ad quem f.230.Soccin.conſ.68.in cau-
ſa qua vertitur lib.3.in princ. & preciſè ſub num. 2.
Card.Tuſc.concl.12.lit.C.vol.1. Curt.Iun.conſ.132.
habita diligenti num.2.verſ.indagandum, Scaccia de
commer.& cambijs §.2. Gloſ.5. num.447. cum plur.
ſeq.fol.591.* qui de communi teſtatur *Rota Genua
deciſ 4. num.7.& ſeq. Philip. Paſcal. de virib. patr.
poteſt.par.1.cap.8.n.74.75. in fine fol. 115. Maſcar.
de probat.concluſ.630.n.7.Burſat.conſ 39.n.2.lib.1.*
10 Quod † ne dū in ſubſtātialibus contractus cam-
bii, ſed etiam in accidentalibus eiuſdem prohi-
betur pœnitentia, & receſſus altero ex ipſis con-
trahentibus inuito, vt ſi vellet variare ſolutionē
deſtinatam fiendam, puta Romæ vt fiat Mediola-
ni, *vt poſt Foller. ad Maran. & Io: Baptiſt. Cauat. de*

cambijs

cambijs dixit Scaccia de commer.& cambijs dicto §.
2.Gloſ.5.d.n.447.cum pluribus ſequen.
Quamuis Doctores non mediocriter ſe torſe-
11 tint in hac quæſtione, † quis contractus vere eſ-
ſet contractus cambii, & multi multa dixerunt,
an mutuum, an emptio & venditio, an permuta-
12 tio ſit. Et in rei veritate † cambium ſatis differt à
mutuo, & quatuor differentias poſuit Conrad. de
contract.q.98.& 99. Sotus de iuſt.& iure lib.6.q.8.
art.2. Lopez de contract.fol.7.qui fol.6.& ſeq. ſatis
verè expedit materiam cambii & par.2 cap.5.rei-
cit Garſsam tenentem, quod cambium contineat
mutuum ſaltem virtualiter, item quod cambium
differt à mutuo quia fit cum lucro & non gratis,
ſicut mutuum, Villagut.de vſuris quæſt.1.num.9.
Item quod non ſit mutuum dixit Caetan.cap.2.de
cambijs,& cap.3.tom.6.par.1.fol.405. Bal.in l.2.
C.de vſuris rei iudicat.vbi num.2.dicit, quod cam-
bium eſt contractus ſeparatus à mutuo, Rota Ge-
nuæ deciſ.14.n.88. Idemq; quod non ſit mutuum,
licet dicat innominatum præſcriptis verbis do, vt
des dixit Lupus in cap.Nauiganti §.2.n.51.fol.104.
& num.79.fol.116.ex Nauarro ibidem num.9.&
Calder.conſ.11.tit.de vſur. Bart.in l.naturalis,§.ſed
ſi facio,ff.de præſcript.verbis, Boninſ.de cambijs c.6.
verſ.Machi andrà fol.14. Fab.Genuenſ.de cambijs
p.2.c.5.n.55.verſ nec etiam n.56.tom.6.p.1.f.416.
Michael.Sal.ad Diuum Thomam 2.2.poſt quæſt.78.
in diſput.de cambijs q.1.art.1.ſub n.4.verſ.denique,
& art.2.ſub n.2.verſ.ſecundo quo fol.527.Io.Azor.
de Iuſtit.Moral par.3.lib.10.tit.de cambijs cap.5.
q.1.Medina in ſuis tractat.to.2.tit.de rebus per vſur.
acquiſ.q.5.col.1.verſ.Corollariæ fol.359. Mandel.
conſ.198.n.57.Molina de contract.diſp.396.Scaccia
de commerc.& cambijs §.1.quæſt.4.num.5.6.7.&
ſeq. vbi late ponit omnes differentias, & quæſt.7.
par.1.num.41.verſ.ſecunda, & §.9 n.5. Licet Me-
noch.conſ.1180.num.6.lib.12. dixerit, quod cam-
bium idem eſt, quod mutuum ex Goffred.& Ho-
ſtienſ.in ſumma de vſur. Medin.in Cod.de reſtit.tra-
ctat.de cambijs quæſt.1.in fin.
13 Nec deſunt, qui tenuerunt, † quod contractus
cambii eſſet innominatus do, vt des, Card.Caetan.
tract.de cambijs cap.3.num.1.tom.6.par.1.fol.405.
Ioan.de Anania in cap.nauiganti ſub nu.47.& ibid.
Nauarr.ſub num.9.verſ.vnde primum & ſub nu.21.
verſ.Hic contractus,& num.22.de vſur.Michael.Sal
ad Diuum Thomam 2.2.poſt quæſt.78.in diſput.de
cambijs q.1.art.1.ſub n.4.verſ.denique in fin.tom.2.
f.525.& art.2.ſub num.7.verſ.ad ſecundum, licet
Nauarr.non ſequatur Ioan.Baptiſt.Cauat.de camb.
in preludijs verſ ſed eſt permutatio f.212. Bero.conſ.
194.num.14.lib.1. qui hanc eſſe magis cõmunem
profitetur, quos refert Scaccia de commer.& cam-
bijs §.1.q.4.n.17.f.161. Mantica de tacit.& ambig.
conuent.lib.25.tit.1.n.11.vol.2. Lupus in cap.Naui-
ganti §.2.n.51.f.104.& n.79.f.116.
14 Alii dixerunt, † quod cambium ſit permuta-
tionis contractus, Genua deciſ.32.nu.5. Caetan.de
cambijs dicto cap.3.& 4.Sotus de Iuſt.& iure lib.6.
quæſt.8.art.2.f.605. Deciſiones auric f.264. Lupus
de vſuris §.2.cap.20.tom.7.f.138. Bero.conſ.207.n.
52.lib.3. Mantica de tacit.& ambig.cõuent.lib.25.
tit.1.num.10.volum.2. Medina in ſuis tract.tom.2.
tit.de rebus per vſur.acquiſ.quæſt.5.col.1.verſ.di-
cendum ergo fol.359. Fab.Genuenſ.de cambijs nu.1.
fol.411.Cardin.Tolet.in tract.de inſtit.Sacerd.lib.5.
cap.50. Michael Sal ad Diuum Thomam 2.2.poſt
quæſt.78.in diſput.de cambijs q.1.art.1.ſub num.4.
verſ.denique, Io:Baptiſt.Cauat.de cambijs in prælud.
verſ.adhoc,& verſ.cambium f.212. Romoal.Col.eo-
dem tract.cap.2. Boninſ.eod tract.cap.5.verſ.in ol-
tra. ab iſta non diſcrepat Sotus vbi ſupra: Io: Azor.
de Inſtit.Moral.par.3.lib.10.tit.de cambijs cap.1.
& cap.5.q.1.verſ.accedit,& q.2. attentauit dice-
re, quod in hoc cambio præter permutationem
ſit admixtus contractus locationis, cum nummu-
larius locet operam ſuam ad transferendum pe-
cuniam ad alium locum, licet ibi non firmiter re-
ſoluat, quod non admittit, Scaccia de commer.&
cambijs §.1.quæſt.4.num.20. Molin.de contract.diſ-
put.396.& huc pertinent citati ſupra in opinio-
ne, quod non ſit mutuum, ſed contractus in nomi-
natus do, vt des, qui contractus do, vt des non dif-
fert à permutatione, niſi tãquam genus à ſpecie,
15 vt dicit Bologuet.in l.2.n.38.ff.ſi cert.petat. Et † ge-
nerale eſt, quod permutatio æquipollet venditio-
ni, quando datur res æſtimata pro re æſtimata,
Gloſ.& Doctores in l.1.C.de rei permutatio.Tira-
quel.de retract.lignag.§.1.Gloſ.14.num.19.vbi etiam
de ſtatuto, Ripa in l.2 num.39.ff.ſi cert.petat.Boer.
deciſ.144. Bellacomb.to.2.commun.opin.fol.4.c.6.
Dec.conſ.555.num.10.Bece.conſ.83.num.2.Corbol.
de cauſa priuation.ex cauſ.aliena lim.12.nu.8. Burg.
de laudim.par.2.inſpec.4 Surd.conſ.433.num.27.
Simoncell.de decreto lib.2.tit.6.inſpect.13.nu.120.
Marzar.de fideicomm.cap.2.q.39.verſ.alias regula-
riter, Nepita ſuper conſuet.Catin.tit.de conceſſi mari.
n.51.& tit.46.nu.8. Molina de primogen.lib.4.c.4.
num.11.Decian.conſ.59.num.14.lib.1.& conſ.23.
num.9.lib.2. Bero.conſ.207.n.52 lib.3. Idem pro-
bat ſacra Geneſis, cap.33.num.19.vbi legitur quod
Iacob: centum agnis emit agrum.
16 Alii vero, & meliùs, † quod cambium ſit con-
tractus emptionis,& venditionis pecuniarum, &
ad eum reducatur, Anania in cap.Nauiganti n.46.
47.de vſur.Fab.Genuenſ.de cambijs par.2.c.5.to.6.
par.1.num.56.Syluеſtr.in verbo vſur.4.quæſt.8.§.1.
communem dixit Lopez de contractibus par.2.c.5.
f.43.& ſeq. licet ipſe impugnet ex Soto: Idem te-
net Nau.in man.c.17.n.286.& ſeq.n.293.& ſeq.&
lib.3.conſ.8.tit.de emp.& vend. Lauren.de Rodulfis
de cambijs in fine principij, Rota Genuæ deciſ.32.n.5
& prius deciſ.14.n.88. optimè Bald.conſ.348.n.6.
lib.1. vbi, quod eſt emptio pecuniarum, Calderin.
conſ.106.Bero.conſ.194.num.10.lib.1.& conſ.207.
num.52.lib.3. Surd conſ.528.num.3.vol.4. Caetan.
de cambijs cap.3.tom.6.par.1.fol.405.& cap.7.ſub
num.2.3.4.fol.407.& Baldum ſequitur Molina de
contract.diſput.396.Card.Tuſc.concluſ.11.liter.C.
num.3.vol.1.Boninſ.de cambijs cap.6.verſ.Ne anco,
& verſ.Preſuppoſto. Io: Nid.in tract.de contract.
mercat.cap.1.ſub num.4.tom.6.par.1.fol.288.Scac-
cia de commerc.& cambijs §.1.quæſt.4.à n.21.22
cum plur.ſequen.fol.162.ſeq. cum qua reſidet rela-
tis omnibus opinionibus, vt num.37.verſ.tamen
ego. & fuit inter alia diſcuſſum in facti contingẽ-
tia inter Marcum Antonium Pernice, & Socios
Merca-

Mercatores Ianuenſes, cum Sacra Religione
Hyeroſolimitana in Tribunali Regiæ Monarchiæ,
in quo tunc ſedebat Illuſtriſs.& Reuerendiſs. Don
Ioannes de Torres vti Iudex dicti Tribunalis, &
inde digniſſimus Epiſcopus Carinenſis, & inde in
Tribunali Conſiſtorii anno 1609. & fuit hæc opi-
nio approbata.

17 In tantum, † quod cambium reducitur ad em-
ptionem, & venditionem pecuniarum, ſiue dica-
mus quod ſit permutatio, ſiue emptio, & ſic ad
contractum nominatum.

Ex quibus in facti contingentia ſemper dubi-
taui de deciſione facta per Dominos Patrimo-
niales, & Iudices in cauſa in fauorem Regii Fiſci
contra quondam Pier Mariam Graſſini Mercato-
rem, conuentum, ad reſtitutionem ſcutorum ſex
mille, de quibus fecerat literas cambii in fera Pla
centiæ ſoluendorum quondam Illuſtriſs. Cardina-
li Montis Regalis de Torres, ſeu eius procura-
toribus pro totidem aliis penes eundem Graſſinũ
peruentis procuratorio nomine dicti Cardinalis
ex prouentibus Archiepiſcopatus Montis Rega-
lis, qui Cardinalis antequã literæ per correſpon-
dentem Placentiæ procuratoribus eſſent ſolutæ
deceſſerat, ideò Fiſcus Regius, qui ob mortem
dicti Cardinalis ſucceſſit in ſpolio ex iure Patro-
natus, quod Rex habet in Eccleſiis dignitatum,
petebat dictas pecunias hic Panormi ſoluendas à
Graſſino, & tamen Fiſcus non poterat moleſtare
Graſſinum, niſi ad obſeruantiam cambii, non au-
tem ad cambii diſtractum, ſicut nec ipſemet Car-
dinalis poterat à contractu diſcedere, cum in eo
non detur pœnitentia, *ex Baldo, & aliis ſupra*, Mer-
cator enim qui recepit pecunias Panormi, vt illas
ſoluere faciat Mediolani, vel Placentiæ, nõ poteſt
cogi ad reſtitutionem pecuniarum Panormi, ſi-
cut nec volens poſſet Mercator ſoluendo Panor-
mi liberari, quia non licet reſilere à contractu
cambii eumque altera parte inuita diſtrahere,
18 licet † videretur poſſe ſentẽtiã latam fauore Re-
gii Fiſci ſubſtineri *ex deciſione Rotæ Genuæ* 44. vbi,
quod quando in literis cambii dicitur pro totidẽ
cambiatis, non importat ſolutionem factam, &
ſignificat cambium eſſe factum in credito, ſecus
ſi dicatur pro totidem ſolutis, vel pro valuta ha-
bita, ex quo potuit inferri, quod pecuniæ adhuc
erant penes Graſſinum vti procuratorem Cardi-
nalis, & merito ad pecuniarum reſtitutionem
cogebatur. Secundo ſubſtineri poſſe videretur ex
eo, quod Graſſinus ad requiſitionem Regii Fiſci
reuocauit ordinem per eum datum de ſolutione
cambii, licet hæc reuocatio fuerit de facto, & nõ
de iure & eam fecerit pro faciendo rem gratam
Regiæ Curiæ: Qua reuocatione non obſtante ad
inſtantiam hæredum Cardinalis prædicti, Graſſi-
nus conueniebatur Florentiæ, de qua erat oriun-
dus ad obſeruantiam, & ſolutionem dicti cam-
bii, ex quo non erat locus pœnitentiæ; Tamen,
quia hæc lis ſpatio longi temporis non fuit cele-
rata, fuit ſuſpicatum de colluſione inter Graſſi-
num, & hæredes Cardinalis in damnum Regiæ
Curiæ, ex quibus forte potuit Graſſinus cõdem-
nari ad reſtitutionem, & diſtractum cambii.

19 Duximus prædicta † multo magis procedere,
quando literæ cambii eſſent iam acceptatæ à
correſpondenti in loco, cui dictarum ſolutio di-
rigebatur, quia tunc fortiùs nõ poſſent reuocari,
nec aliqua daretur pœnitentia; re ſolutum fuiſſe
in Rota Romana in vna Bononienſi locationis 4.
Iunii 1548. *teſtatur Puteus dec. 126. n. 2. 3. 4. lib. 3.
Scaccia de commer. & camb. §. 2. Gl. 5. n. 449. f. 591.*

20 Proinde dicimus, † quod acceptatis literis cã-
bii, non poteſt earum ſolutio recuſari per accep-
tantem, quamuis debitor, qui eas ſcripſerat, con-
ditione mutatus ſit vel decoxerit, *Foller. ad Ma-
ran. in ſpeculo par. 6. actu 6. num. 51. f. 387. Vincen.
de Franc. deciſ.* 303. qui teſtatur deciſum in Sacro
Conſilio Neapolitano, *Surd. conſ. 528. n. 14. lib. 4.
Scaccia de commer. & cambiis §. 2. Gloſ. 5. nu. 327.
fol. 569. Rouit. ad Pragmat. 1. de literis cambij n. 5.
in fine, Philipp. Paſcal. de viribus patr. poteſt. par. 1.*
21 *cap. 8. n* 70. Qui † intelligit hoc procedere, quan-
do decoctio ſcribentis ſuperuenerit poſt accep-
tationem literarum, in quibus terminis loquitur
Franc. deciſ. 303. Secùs vero, ſi tempore accepta-
tionis, iam ſcribens eſſet decoctus, quod accep-
tans ignorabat, *ex dictis per Fab. de Anna cõſ. 82.
n. 11. & ſeq. & n. 22. 23. cum plur. ſequent. volum. 1.*
Tu tamen in hoc dic contrarium, concluſionem
nempe procedere etiã ſi is, qui literas ſcripſerit,
fuiſſet iam decoctus nedum ante acceptationem,
22 ſed etiam ante ſcriptas literas; Quia † & ſi de-
coctor propter ruptam fidem videatur mortuus,
& ſit ei prohibitum commercium, tanquam inſa-
23 mi, Tamen † decoctio non inhabilitat eum, quin
alius poſſit pro eo ſoluere, & ſic qui eius literas
acceptauit non excuſatur; Nam aut ſciebat de-
coctionem ſcribentis, & tunc dicitur voluiſſe, &
potuit quod voluit, eiuſque periculo acceptauit;
Aut ignorabat, & ſibi imputetur, quia cum eo
contraxit, cuius conditionem non debebat igno-
rare, *l. qui cum alio 20. ff. de regul. iuris*, & hanc, quã
puto veriorem ſententiam poſt *Rotam Genuæ, &
Stracc.* tenet *Scaccia de commer. & cambiis §. 2.
Gloſ. 5. n. 329. 330. fol. 570.*

Et licet *Rouitus ſuper Pragmat. 1. de literis cam-
bij num. 5. quem refert Paſcal. dicto loco d. num. 70.*
24 attentauerit † dicere, quod etiam ſi poſt accep-
tationem literarum cambij moriatur debitor cã-
bij qui ſcripſerat literas, acceptans non teneretur
ad earum ſolutionem, quaſi mãdatum eſſet mor-
te extinctum; Cui non aſſentio: Vnde etiam ipſe
quoque *Rouitus* non firmat, ſed in fine dicti *nu. 5.*
dixit eſſe cogitandum, *ex dicta deciſione Vincen-
tij de Franch.* 303.

25 Conſequenter pertinet videre, † quid dicen-
dum, quando acceptatis literis cambij poſt ac-
ceptationem, & ante ſolutionem decoxerit ac-
ceptans, an ſcribens liberatus ſit, & videretur di-
cendum quod ſcribens literas cambij poſt acce-
ptationem earum eſſet liberatus, ita vt, ſi accep-
tans ante earum ſolutionem decoxerit, non tene-
26 retur campſario pecuniam reſtituere; Quia † ac-
ceptata litera, ſeu partita dicitur facta delega-
tio, & nouatio per fictionem, *textus in l. ſingularia,
ff. ſi certum pet.* per quam vnicus actus occultatur,
& videtur facta numeratio per mercatorem, vel
campſorem acceptantem creditori cambij, qui
literas

Digitized by Google

literas pręſentauit, & iterum per eum pecunia reddita mercatori cum paria ſint ſoluere, vel quod mercator, ſeu campſor ſe debitorem faciat, conſentiente creditore per acceptationem litterarũ cambii, Bart. & Doctores omnes in l ſingularia, vbi Bal. Angel. & Purpur. num. 93. ff. ſi cert. petat. Barbat. in cap. 1. extra depoſiti, Salicet. in l. ſi filius famil. ff. ad Macedon. Bald. in d. l. pro debito in fin. C. de bon. author. Iud. poſſiden. Afflict. bene deciſ. 353. qui dicit ita ſeruari de conſuetudine, Dec. conſ. 206. & conſ. 207. num. 2. Surd. conſ. 528. n. 14. vol. 4. Soccin. conſ. 64. & conſ. 68. lib. 3. Gabr. de nouation. concl. 1. n. 5. 6. 7. 8. lib. 3. Raudenſ. dec. 4. n. 110. Rota Genuæ deciſ. 2. n. 12. 13. 25. 26. Caſtil. deciſ. 46. vol. 1. Maſtr. deciſ. 177. vol. 2. Facbin. lib. 11. controuerſ. iur. c. 53. in principio, Hyeron. Gabr. conſ. 155. lib. 1. Menocb. lib. 3. præſump. 134. & à n. 50. & ſeq. & lib. 5. præſumpt. 3. n. 111. Vinc. de Anna allegat. 89. n. 2. cum plur. ſequen. Maſcar. de probat. concl. 630. n. 9. concl. 987. n. 8. concl. 989. n. 8. vol. 2. Ronit. ſuper Pragmat. 1. de literis cambyr in principio, Cuiacius to. 3. lib. 8. C. tit. 41. de nouation. Barboſa in l. ſi cum dotem, n. 9. ff. ſolut. matr. Surd. conſ. 145. n. 3. & 269. n. 16. Mantica de tacitis & ambig. conuent. lib. 17. tit. 7. n. fi. per Gabr. Pereira de Caſtro in deciſ. 126. Supremi Senatus Portugalliæ ſub num. 1.

27 Delegatio † enim debiti eſt ſolutio, & debitorem ipſo iure liberat, & primam perimit obligationem, Cagnol. in l. ſingularia n. 168. ff. ſi cert. pet. Surd. conſ. 269. n. 16. conſ. 154. conſ. 528. n. 27. conſ. 436. n. 1. cõſ. 445. n. 8. dec. 27. & dec. 74. Maceraten. var. reſol. c. 57. n. 62. 63. lib. 2. Gabr. conſ. 155. n. 29. lib. 1. Bero. conſ. 197. lib. 1. Purpurat. conſ. 60. nu. 9. Randen. deciſ. 4. Barz. dec. 26. n. 4. 5. Rota Genuæ deciſ. 2. & deciſ. 4. Franc. dec. 108. Put. deciſ. 124. & deciſ. 137. lib. 3. Gabr. de nouat. concl. 1. n. 49. Caſtrenſ. & alij in l. delegare, ff. de nouation. Menocb. conſ. 664. & cõſ 778. n. 13. Dec. cõſ. 107. n. 1 Burſ. conſ. 428. Eugen. conſ. 73. n. 20. Grat. deciſ. 164. num. 13. Barboſa in l. ſi cum dotem n. 9. ff. ſol. matr.

28 Quod limitatur Primò † non procedere, quando ſcribens literas ſciebat etiam pręſumptiuè, quod is, cui literæ ſcribebantur ſoluendę, erat vel decoctus, vel de proximo decocturus, quia per earum acceptationem nõ liberatur ſcribens, nec dicitur commiſſa delegatio propter dolum ſcribentis, Bald. in l. pro debito in fine, C. de bonis auctor. Iud. poſſiden. vbi Salicetus, & Angelus, Imola, & Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier ff. ſolut. matr. Soccin. in l. ſingularia n. 20 ff. ſi cert. pet. verſ limita tertio, Surd. dec. 23. n. 11. Afflict. deciſ. 353. n. 6. vbi Vrſill. Cagnol. in l. ſingularia n 190. ff. ſi cert. pet. Magon. dec. 39. n. 10. 11 in Florent. Bero. cõſ. 197. n. 7. 8. lib. 1. Natta conſ. 342. n. 3. 4. Surd. cõſ. 528. n. 9. Caſtil. dec. 46. lib. 1. Maſtril. deciſ. 177. lib. 2. Bertazol. de clauſul. clauſ. 23. gloſ. 4. & 18.

29 Limitatur ſecundo præfata concluſio † vt non procedat, quando mercator, cui literę cambii diriguntur ſoluendæ, non eſſet, debitor ſcribentis, quia tunc non eſt facta delegatio, etiam quod literæ fuerint acceptatæ, & conſequenter nõ cenſetur debitor ſcribens liberatus, quarè decocto acceptante poſſunt repeti pecuniæ à mercatore, vel campſore ſcribente ex veriori opinione cõtra Bart. recepta in l ſingularia, n. 19. ff. ſi cert. petat. ita Addictio ad Bart. d. loco lit. N. Bolognet. in d. l. ſingularia n. 89. 92. 95. 174. & 175. Gloſ. in l. quamuis, §. ſi mulier in verbo pro ſecundo, verſ. nec enim, & in l. ſi Titius in princ. ff. de nouat. Caſtrenſ. in l. delegare, ff. de nouation. & in l. ſingularia, col. pen. ff. ſi cert. petat. verſ. notandum, Iaſon. ibid. nu. 36. Soccin. ibid. vbi de communi, & conſ. 267. lib. 2. Cagnol. n. 175. Caſtrẽſ. & Alex. in l. qui vſufructum, ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 173. n. 4. lib. 7. Barbat. conſ. 19. n. 5. cõſ. 37. n. 4. 6. lib. 1. Mãdel. conſ. 2. n. 13. de commun. Gabr. de nouat. concl. 1. n. 20. 26. Rota Genuę dec. 2. n. 24. dec. 19 n. 7. Afflict. & Vrſill. dec. 353. n. 6. Turrett. conſ. 84. n. 21. 22. Card. Tuſc. cõcl. 142. n. 16. lit. D, vol. 2. Gregor. Lopes l. 15. tit. 14. par. 5. in verbo abiertamente, Bertazol. clauſ. 33. gloſ. 4. n. 2. 3. vbi dicit quod Aretin. qui contrarium tenuit dixit per modum dubitandi magis, quàm quod ita ſenſerit, Randen. deciſ. 4 n. 36. & 69. Ioſeph Ludouic. concl. 4. verſ. declara ſeſto, Maſtril. deciſ. 177 n. 6. vol. 2. Facbin. lib. 11. cõtrouerſ. iuris c. 54. Caſtil. deciſ. 46. n. 5. 9. poſt Surd. cõſ. 528. n 52. & ſeq. dec. 23. n. 5. dec. 187. n. 1. Papon. conſ. 75. n. 2. Bero. conſ. 197. n. 2. & 6. lib. 1. Rõchegal. de duobus reis in l. 3. n. 54. Carror. de excuſſ. bonor. par. 2. q. 54. n. 16. 17. Gabr. cõſ. 155. n. 12. conſ. 151. n. 16. 17. lib. 1. Menocb. cõſ. 296. n. 13. Odd. Sforz. cõſ. 87. n. 3. 4. Macerat. var. reſol. lib. 2. cap. 57. n. 55. ſeq.

30 Sed † alij cum Bart. ſequuti ſunt contrariam opinionem, quod adhoc vt delegatio fiat, nõ requiritur, quod delegatus ſit debitor delegantis, ex cõſuetudine totius Italiæ, quę approbauit opinionem Bart. Aretin. cõſ. 5. Gutier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 63. Molin. de cõtract diſp. 559. Afflict. deciſ. 353. num. 4. Menocb. lib. 3. præſumpt. 134. nu. 38. & conſ. 664. lib. 7. Odd. Sforz. conſ. 87. n. 5. Caualcan. dec. 33. n 5. par. 1. Stracca de decoctor. par. 5. num. 5. Ruin. conſ. 209. num. 4. lib. 1. Facbin. controuerſ. iur. lib. 11. cap. 54. Caſtil. deciſ. 46. n. 12.

Admiſſa tamen Prima opinione, quod requiratur vt delegatus ſit debitor delegantis, & mercatoris literas ſcribentis, adhoc vt propriè dicatur facta vera delegatio, & ſcribens per accepta-
31 tionem literarum cambij ſit liberatus: Declara, † quod, & ſi delegatus non ſit delegantis debitor, non ideo delegatio erit inefficax vel nulla, ſed erit delegatio in propria, quæ tamen eundem habet affectum, quem habet propria delegatio, quia tenetur ſoluere, ſicut ſi delegatus fuiſſet, vti debitor, Macerat. lib. 2. var. reſol. cap. 57. n. 55. ſeq. & nu. 67. ex Caſtrenſ. in l. delegare, & in l. ſi vſufructus, ff. de nouat. Dec. in l. ſingularia n. 97. ff. ſi cert. pet. & Bald. in l. ſi Citra, C. de cond. indeb. Idem dicit Socein. in d. l. ſingularia n. 20. & Cagnol. n. 164. & 174. Bertazol. de clauſ. clauſ 30 gloſ. 4. n. 3. Aloyſ. de Leo in l. 1. C. de nouation. & hoc ſentit Gabr. cõſ. 155. n. 15. vol. 1. dum loquitur de delegatione propria, vel impropria, Ioſeph Ludouic. concl. 4. verſ. declara ſexto, ex Ronchegal. in l. 3. in princ. n. 54. 55. ff. de duobus reis.

32 Vel ſaltem † dicẽdum eſt cum Aloyſ. de Leo in dicta leg. 1. C. de nouation. quod ſaltem iſte non debitor delegatus, vel mercator acceptans literas, qui non eſt ſcribentis debitor, eiuſdem erit fideiuſſor, vel Correus. Martianenſ. conſ. 37. n. 16. poſt Caſtrẽſ. Gab. cõſ 155. n. 3. 4. 16. lib. 1. Burſat. conſ. 39. nu. 10.

Affict.deciſ.353.n.2. Vincen.de Franc. deciſ. 303.
*Ioſeph Ludouic.dicta concl.4.verſ.declara ſexto,Rō-
chegal.in l.3.in principio,n.54.55.ff. de duobus reis ,
Philipp.Paſcal,de viribus patr.poteſt. par.* 1. *cap* 8.
num.71,in princ, Rouitus ſuper Pragmatica 1. *de
literis cambij num.* 1.

33 Contraria tamen † magis recepta eſt opinio,
quod vtique ſcribens literas cambij nunquam ſit
liberatus,niſi ſequuta fuerit effectiua ſolutio lite-
rarum,quamuis literæ fuerint in loco per merca-
torem correſpondentem acceptatę,licet poſt ac-
ceptationem fuerit cōditione mutatus vel deco-
ctione annichilatus,ſed vterque remanet obliga-
tus; acceptans tanquam fideiuſſor, ſcribens vero
tanquam principalis, *Bald.conſ.348. facta fuerunt
literæ ſub n.2.vol.1.& conſ.190.Sempronius vol.2.
Salic,in l.pro debito ſub n.4. C.de bon.autor.iud.poſ-
ſiden.& in l.ſi filius n.2.C.ad Macedonian.Soccin.cōſ.
267.n.3.vol.2. late Bolognett. in l. ſingularia nu.89.
verſ.Sed contrarium,ff.ſi cert.petat.Rota Genuæ de-
ciſ.2. per tot.& deciſ.8, n. 18.* vbi dicit ita ſeruari
de communi ſtylo mercatorum, *Rouit.ſuper Prag-
mat.1. de literis cambij n.1. 2. & idem in nouiſſimis
Commentarijs ſuper eadem Pragmatica n. 1. & ſeq.
Philipp.Paſcal. de viribus patr.poteſt.par.1. cap. 8.
n.71.* fuiſſe pluries reſolutum in Rota Romana,
teſtatur *Farinac. deciſ.679.par. 1.tom.2 in vna Ro-
mana literarum cambij Lunæ 1.Iunij 1615.* Nouiſ-
ſimè *Maſtril. deciſ.221. à nu.17. ad n.21.lib.3. latè
Gabr.Pereira de Caſtro in deciſione Portugalliæ 126.
per tot..* diſtinguens inter literam cambii ſtatim
ſoluendam quam dicimus *à viſta* , vel cum certo
termino aſſignato, ſeu vt dicimus *ad vſo* .

Nam in primo caſu dicit quod cum ſtatim ac
ictu oculi debeat per acceptantem literas, credi-
tori cambii fieri ſolutio,ſi creditor acceptanti,ad
ſoluendum nimis longam dilationem cōceſſerit,
ſiue permiſerit poſt literarum acceptationē lon-
gum labi tempus, & interim conditione mutatus
ſit acceptans vel decoxerit , periculo creditoris
cambii decoxiſſe dicitur, & primus mittens libe-
ratur, ſecus ſi breuis ſit dilatio , vel intermedius
tēporis curſus : Nam quamuis ſtatim facienda ſit
per debitorem ſolutio, ſemper ſoluenti modicum
debet indulgeri tempus, vt commodè ſoluere
poſſit, quæ modica dilatio nec debet domino, &
creditori imputari quod ſtatim literas non exe-
querit, niſi eſſet in dolo vel craſſa culpa , Nam in
parua dilatione præſumptio eſt nō ineſſe moram
culpabilem in non exigendo, vltra quod nec ſola
dilatio ſufficiens eſſet ad inducendum nouationē
ſine expreſſa conuentione de nouando; In ſecun-
do vero caſu ſi acceptans infra terminum ſtatutū
non ſoluens decoxerit, non ſit liberatus mittens,
nec ex dicta acceptatione poſſet prætendi dele-
gatio nec nouationis inducitur effectus ; Niſi ac-
ceptata litera de debito, creditor cambii aliam
dilationem dederit literas acceptanti,ſeu accep-
ta parte crediti cambii acquieuerit confidens vt
reſiduum ei deinceps ſolueretur , Quo caſu dicit
quod ſit facta vera delegatio, & primus debitor
incipiat non teneri, adeo vt ſi ſoluens decoxerit
ipſi imputandum non ſit, ſed creditori cambii &
domino.

34 Pro concordia † vtriuſque opinionis puto etiā
diſtinguendum, quod aut mercator, cui literæ
diriguntur ſoluendæ per ſcribentem in nundinis,
erat debitor ipſius ſcribentis, & mittentis,vel al-
ter eſſet facta vera delegatio, & tunc procederet
Prima opinio, vt poſt acceptationem litterarum
ſit facta nouatio, & delegatio ; cum ad veram
delegationem inducendam requiratur inter alia,
quod delegatus ſit debitor, ſecundum veriorem
opinionem, quam ſupra firmauimus, ita vt mer-
catore literas cambii acceptante decocto poſt
acceptationem periculum ſit creditoris cambii,
& ſcribens remaneat liberatus, cum per accep-
tationem literarum tunc ſit inducta vera dele-
35 gatio ex dictis ; Aut † verò acceptans literas
non erat debitor ſcribentis, & tunc non eſt facta
vera, & propria delegatio, & nouatio, & proce-
dit ſecunda opinio, quia tunc acceptans rema-
net obligatus tamquam fideiuſſor , ex accepta-
tione, & conſequenter ſcribens remanet ſemper
obligatus, tamquam principalis, & ſic vterque,
quo vſque fuerint literæ ſatisfactæ, & etiam ac-
ceptante decocto datur regreſſus contra ſcriben-
tem, quam concordiam quoque ſentijt *Paſcal. de
viribus patr. poteſt. dicto cap. 8. num. 71. in fine, &
Burſat. conſ. 39. num. 4. 5.6. ſequen. & n. 10. vol. 1.*
36 Qui † ponit formam literarum cambii , ex qui-
bus, & earum verbis dignoſcitur, quando mer-
cator, cui literæ ſcribuntur ſoluendæ, eſſet debi-
tor , vel non mercatoris ſcribentis ; *Burſatum* in
propoſito etiam adducit *Gabriel Pereira de Caſtro
deciſ.Portugal.126. ſub n.7.*

Sed quia prædicta procedunt, ſi tamen conſtet
de acceptatione prædictarum literarum cambii,
quæ acceptatio cum multipliciter fieri ſoleat,
37 ideo ſciendum, quod † aut literarum acceptatio
ſit tempore Nundinarum, & tunc in prima die
coram conſule fiunt acceptationes inter Merca-
tores in propriis Scartafaciis, quam acceptatio-
nem debent infra horas 24. ab hora, qua fieri in-
cipiunt, vel acceptare , vel repudiare , ad effe-
ctum, vt creditor cambii poſſit elapſis horis 24.
facere proteſtum contra ſcribentem, & iſto caſu
acceptatio dicitur tacitè facta per lineam per
tranſuerſum, & Crucem Sancti Andreæ in pro-
priis literis, ſeu ſcartafaciis ſignatam, vt ex capi-
tulis feriarum refert *Scaccia de commer. & cam-
bijs* §.2. *gloſ.4. num.10. fol.* 496. & *Gloſ.* 5. *num,*
332. *fol.*570.

Aut acceptatio fit alio in loco, & extra nun-
38 dinas. † & tunc, vel fit expreſſæ, quia mercator
expreſſis verbis acceptauerit, & tunc dicta ex-
preſſa acceptatio probatur, quia propria ſua
manu mercator appoſuerit acceptatam ſuper
literis, ſeu apodixa cambii, vel per publicum
inſtrumentum promiſerit ſoluere, & accepta-
39 uerit, † vel ſine ſcriptura fuerit facta expreſſa
acceptatio literæ, & poteſt acceptatio probari
per teſtes, licet literæ remanſerint penes cre-
40 ditorem cambii præſentantem ; vel † Tacita
fuit facta acceptatio, & dicitur tacitè fieri, &
probari per retentionem literarum cambii, pe-
nes mercatorem, cui literæ directæ fuerunt , vt
ſoluerentur, quæ retentio teſtibus etiam probari
poteſt,

poteſt. *Rota Genua deciſ.45. Auguſtinus in principio, bene Franc. deciſ.303. Scaccia poſt omnes de commer. & cambijs §.2.Gloſ.5.num.328.332.333. 334.335.fol.* 570.

Prædictam acceptationem literarum cambij
41 obligare acceptantem dicas : Primo † ſi fuerint
ipſe literæ cambij acceptate, ſecùs ſi eſſent acce-
ptate literæ, quas vocamus *de auiſo*, quia licet
Mercator eas ſine contradictione acceptauerit,
vel receperit, tamen non ex hoc dicitur accep-
taſſe literas cambii, meritò non poteſt cogi ad
ſoluendum, *Gama deciſ.336.per tot.Scacc. de commerc.& cambijs § 2.Gloſ.5. num.337. fol.570. Maſtrill.deciſ.221.à num.21.& ſeq. lib.* 3. qui teſtatur
deciſum in Conſiſtorio, quidquid dixerit *Vincen.*
42 *de Anna allegat.* 89. Secundo † niſi acceptatio
literarum cambii facta ſit ſub proteſtu, de quo
per Scacciam dicto loco n.338. & 358.

SVMMARIVM.

1 *Dos eſt ſemper reſtituenda mulieri, pacto aliquo non obſtante. ſoluto matrimonio per mortem viri.*
2 *Dos eſt reſtituenda dotanti moriente muliere ſine filijs. ſi fuerit ſtipulata ei reddi debere.*
3 *Dos ſi fuerit ſtipulata reſtitui cui ius & caſus dederit, intelligitur de filijs ipſius ſponſæ.*
4 *Dos ad filios pertinet de generali Martini conſuetudine poſt mortem matris.*
5 *Pater eſt ſucceſſor filij in dotibus maternis, & quando, num.6.7.*
6 *Natus in ſexto vel octauo menſe habetur pro non nato, quia naturaliter viuere non poteſt.*
7 *Pactum à dotante appoſitum dotis reſtitutioni in caſu, quo filius ex matrimonio procreandus deceſſerit infra certam ætatem, quid operetur.*
8 *Pacta ſeruanda, & nulla maior iuſtitia, quam pacta ſeruare.*
9 *Legitimæ ratione an dotem maritus retineat, filio decedente infra ætatem in pactum dotis reſtituendæ deductam.*
10 *Excluſus à ſucceſſione, an à legitime excluſus cenſeatur.*

ARGVMENTVM.

Pactum à dotante dotis reſtitutioni appoſitum in caſu, quo filius ex matrimonio procreandus infra certam ætatem deceſſerit, quid operetur, etiam quo ad excluſio-nem patris à legitima.

RESOLVTIO XXXXVIII.

DOtis reſtitutio, ſi per dotantem
ſibi, vel ſuis, vel alio ſtipulata
ſit, per maritum in caſu diſſo-
lutionis matrimonii, & dotium
reſtitutionis fiendæ, Non dubii
1 iuris eſt, ſoluto † matrimonio
viri obitu omni modo, pacto aliquo non aduer-
ſante, dotem mulieri fore reſtituendam, ne eam
indotatam remanere contingat, *Surd. conſ. 78. per tot. Fontanell.de pact.dotal.clauſ.4.glo.9.par.5. n.187.Maſtril.deciſ.74.Bald.Nouel.de dote p.7.priuil.11.num.6. Cancer.lib.3. var.reſol.cap.7.n.203. Franciſc.Molin.de ritu nuptiar.lib.3.quæſt. 59.n.1. 2.3.& ſeq.Ceſal conſ.713.num.35.& 36. Giurb.ſuper conſuet.Meſſan. cap. 8.Gloſ.1. num. 15.20.21. Gratian.diſcep.769.n.17.lib.4.* Si vero morte mu-
2 lieris matrimonii † diſſoluatur, filiis ex eo quoq;
defectis, per maritum dotanti, vel ſuis reſtituenda
dos eſt, *Bart.in leg.poſt dotem in fin.ff.ſolut.matrim. Franc.deciſ.619.num.3.lib.4. l. dos à patre, C.ſolut. matrim. Minad.deciſ.21. Seraſin.deciſ.815. num.3. Capic.deciſ.176.nu.28. Bald. Nouell. de dote par.7. priuil.11. Honded.conſ.75.n.2. vol.2. Fontanell. de pactis dotal.clauſ.4. Gl.24.num.38. Surd.conſ.471. n.13. Grat. diſcept.556.num.33.Maluaſ.conſ.114. num.4. Menoch.conſil.1132. n.8.*

At ſi cum filiis deceſſerit vxor, ſtipulationem
3 de dote reſtituenda † cui ius, & caſus dederit cõ-
miſſam eſſe dicimus, quod tunc de filiis & hære-
dibus ipſius ſponſæ, quibus ſuperſtitibus facien-
